BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
6 E
3

CONSILIA FEVDALIA EX VARIORVM Doctorum scriptis diligentissime collecta.

Quorum nomina sequens proxima pagina indicabit.

Hac postera editione à M. D. Leonardo à Lege Iurisconsul. Mantuano recognita.

His præterea rerum & verborum accessit locupletissimus Index.

Ex legato

VENETIIS
Apud Cominum de Tridino Montisferrati.
M. D. LXXII.

CONSILIA FEVDALIA EX VARIORVM

Doctorum scriptis diligentissime collecta.

Quorum summa sequens proxime pagina indicabit.

Hac postera editione a M. D. Leonardo a Lege IurisConsul. Mantuano recognita.

His praeterea rerum & verborum accessit locupletissimus Index.



VENETIIS
Apud Cominum de Tridino Montisferrati
M. D. LXXII.

CONSVLENTIVM, ET SVBSCRIBENTIVM NOMENCLATVRA.

AVGVSTINVS DE ECCLESIA REGIVS CONSILIARIVS AD LECTOREM.

Abes Lector illustrissimorum & prudentissimorum virorum Responsa, non ad gratiam clientulorum, neque amore patrocinij, sed ex fide secundùm leges & veras ac receptas Iureconsultorum sententias reddita à consumatissimis & diu in supremis gradibus, iudicandi munere functis in varijs prouincijs & eminentissimis tribunalibus, in vnum redacta ad Dei optimi maximi laudem, virtutis maiorum monumentum, ac bonorum iudicum solatium & auxilium.

Augustini de Ecclesia Regij consiliarij ad Lectorem Carmen.

En tibi prudentum ceu quaedam oracula lectore,
Qui proceres varijs iura dedere locis.
Omnia difficilis in aperta luce tenebris,
Omnia iudicio sunt trutinata graui.
Nec lucri fallacis odor, nec gratia fucis,
Vera tegit, tecti pectora nuda patent.
Haec tibi si prosint nostro cumulata labore,
Sat mihi mercedis, sat mihi laudis erit.

CONSILIA VARIORVM
DOCTORVM ET MATERIARVM
MAXIME FEVDALIVM.

Argumentum.

RAESENS causa omni ex parte ardua est. Primò ex parte delegantis, qui est Karolus v. omniū Imperator, à constitutione mundi citrà maximus. Secundò ex parte delegatorum, qui sunt inter cæteros, illustris. Antonius à Leua, omnium tempestatis nostræ Armorū ductorū princeps: Marinus Caracciolus, Cardinalis meritissimus, & omnium Antistitum religiosiss. Adrianus de Salma, Iacobus Chyambrier, Philippus Archiatus, nec non præfati reuerēdissimi D. Cardinalis auditor, Ioannes Masouerius, omnes Iurisconsulti doctissimi, sapientiss. & integerrimi. Tertiò ex parte competitorum, qui sunt illustriss. Duces Sabaudiæ & Mantuę, illustriss. Franciscus Marchio Salutiarum. Respub. Ianuensis, cōmunitas Vercellarum, cōmunitas Casalis, & plerique alij illustres & magnifici. Quartò ex parte rei, de qua agitur, scilicet, Marchionatus Mōtisferrati, qui est ex maioribus Italię. Quintò ex parte loci fori iudicialis qui est inclita ciuitas Mediolani secunda Roma. Sextò ex parte consulentium hincinde, qui sunt celeberrimi Iurisconsulti & publici iuris vtriusque professores, in ferè omnibus vniuersi orbis terrarum publicis academijs, ac celeberrima inclitarum ciuitatum collegia. Septimò ex parte dominorum hincindę causarum patronorum qui sunt (me excepto) peritissimi, acutissimi, ac consumatissimi, diuersarum regionum Aduocati. Octauò & vltimò ex multiplicitate difficillimorum & subtilissimorum articulorum, in causa ipsa emergentium & disputandorū. Quid ergo facere debui rudis ego, & imperitus nauita, in tanto pelago, tot feruentibus fluctibus, ac tot irascentibus & contrarijs ventis agitato? Terrebat profectò, & valde dubitabam sarcinam hanc, humeris meis longè imparem assumere. Timebā præterea ne fortè etiam illustrissimi & excellentiss. Francisci Sfortię II. Mediolani ducis ac domini nostri semper optatissimi mētem offendissem, si patrocinium in huiusmodi causa, & maxime aduersus illustrissimos Duces Sabaudię, & Mantuæ, eius cognatos obseruātissimos pręstitissem. Verùm diligentissimè considerans & optimè de omnibus confirmatus ab illustri Philippo Sacco, iurisconsulto acutissimo, & excellentissimi Ducalis Senatus Mediolani præside meritissimo domino meo obseruantissimo, mox viri, pro quo intercedo, excellentia Francisci, scilicet, Marchionis Salutiarum, ingenio, solertia, prudentia & magnanimitate, aliquo principe non inferioris, necnon & iustitia, quam maxime in hac causa fouet allectus recusare non potui. Quantò enim plus vigilaui, laboraui, ac studui, tantò clariorem pro eo iustitiam & æquitatem comperui, intrepidè ac cum ingenti animo operi totum me addixi, & paucula infrascripta exaraui, corrigenda tamē, limanda & reformanda, prout opus erit, per alios doctissimos aduocatos, pro ipso illustrissimo Marchione Francisco interueniētes & cōsulentes, quorum iudicio vti meliori magis integro & infallibili omnia subijcio.

SVMMARIVM.

1 *Inuestitura conditionalis valet.*

2 *Fœmina hæres non obstante agnatorum & meliora iura prætendentium contradictione in possessionẽ bonorum etiam feudalium mittitur.*

3 *Inuestitura in hæredem vasalli renouanda est.*

4 *Fœmina ad feudorum successionem admittuntur, si hoc concessio habeat.*

5 *Descendens alterius lineę ad feudi successionem non admittitur, si descendens ex linea illius descendentis, in quem feudum peruenit, extet.*

6 *Consuetudo quòd fœminæ succedant in feudo, ualet.*

7 *Consuetudo ex unico actu induci potest.*

8 *Familia merum et mixtum imperium habens, consuetudinem etiam contra ius inducere potest.*

9 *Intellectus c. i. de mil. & uasal. qui arm. bellic. depos. in usib. feud. & nume. seq.*

10 *Clericus beneficiatus & in ecclesiastica dignitate cõstitutus, an & quod feudum obtinere possit.*

11 *Exceptio iuris tertij an & quando agentis intentionem excludat.*

12 *Persona ante omnia in omni iudicio legitimanda est.*

13 *Instrumenta contra tertios non probant.*

14 *Exemplum an fidem faciat.*

15 *Verb. Donamus & largimur, donationem non feudum important.*

16 *Feudum quid.*

17 *Feudum an confirmatione probetur.*

18 *Confirmatio quid operetur.*

19 *Feudum ne alienetur prohibitum est.*

20 *Examen ad futuram rei memoriam facturus ad hoc vt valeat, quòd de dubitatione & periculo ante examinationem fidem facere teneatur.*

21 *Citatio uisurum fieri examen ad futuram rei memoriam qua esse debeat.*

22 *Exceptio ex defectu iurisdictionis examinantis nunquam negatur.*

23 *Testes super fama ad æternam rei memoriam recipi non debent.*

24 *Processus factus in aliquo territorio an faciat fidem contra personas non suppositas iurisdictioni illius territorij.*

25 *Hæreditatẽ si quis asserat ad aliũ pertinere, sibi præiudicat, & ius, quod in ea habebat, perdidit.*

26 *Patientia loco traditionis habetur.*

27 *Cursus temporis ad quod ominis uita non attigit legitimi tituli loco habetur, & uim priuilegij habet, præsumiturque bona fides, licèt non allegetur.*

28 *Bona fides etiam ex temerarijs & iniustis causis causatur.*

29 *Præscriptio longissimi temporis locum habet, etiam si alienatio per personam prohibitam fiat.*

30 *Præscriptio contra non ualentem agere non currit.*

31 *Lapsus triginta annorum indistinctè in feudis non præiudicat.*

32 *Præscriptio centum & uiginti annos excedens bonã fidem non requirit.*

33 *Concessio simpliciter facta hæreditaria est, & maxime quũ pter uerb. hæredib. appositũ est uerb. filijs.*

34 *Ad feudum hæreditarium nullus admittitur, nisi primi acquisitoris hęres mediatus uel immediatus sit*

35 *Hæres factis cuius est hæres contrauenire non potest.*

36 *In feudo hæreditario succedere uolens ultimi decedentis hẽditatẽ repudiare, & feudũ acceptare nõ põt.*

37 *Nominatio in feudi concessione cùm sit de longinquo, an fidem faciat.*

38 *Cõcessio feudi facta propter merita personæ, an personalis dicenda sit.*

39 *Imperator dum coronatur se Imperij seu Regni bona non alienaturum iurat.*

40 *Accessorium sui principalis naturam sequi debet.*

41 *Verb. Donamus, concessioni feudali optime conuenit.*

42 *Feudum sine inuestitura esse non potest.*

43 *Feudum quatuor modis acquiritur.*

44 *Verb. Confirmamus, diuersimodã significationẽ hẽt.*

45 *Alienandi potestas in feudali concessione data secundum feudorum naturam intelligenda est.*

46 *Verb. Res, generale est.*

47 *Verb. proprietas, ꝙ solũ directũ dominiũ cõprehẽdat.*

48 *Inuestitura noua propter adiectionem seu incrementum facienda non est. & nu. 50.*

49 *Pronomina possessiua meum, tuum & suum scilicet, etiam de utili dominio intelliguntur.*

51 *Fidelitas proprium & peculiare uasalli est.*

52 *Feudum propter fidelitatem dari regulare est.*

53 *Vasallus in nonnullis domino famulari tenetur.*

54 *Inuestitura per sacramentum uel pugnam à uasallo probari potest.*

55 *Persona alienari quandoque dicuntur.*

56 *Feuda regulariter fœminis non conceduntur.*

57 *Fœminæ si ad feudum uocentur, ordine successiuo, et sic masculis non extantibus uocata censentur.*

58 *Nomen collectiuum quando prælationem importet.*

59 *Inuestitura facta pro se & hæredibus tàm masculis quàm fœminis, ordine successiuo facta censetur, quod in concessionibus allodialibus magnarum dignitatem locum habet. & nu. 60.*

61 *Rex Britanniæ ex filia Regis Galliarum defuncti sine masculis ad Regni successionem non admittitur*

62 *Obseruantia antiquissima et consuetudine longissima ius & præscribitur & quæritur.*

63 *Familia merum & mixtum imperium habens cõsuetudinem etiam contra ius inducere potest.*

64 *Consuetudo in regalibus quantũ ad successionem sem perseruanda est.*

65 *Feudi & concessionis natura ex consuetudine declaratur.*

66 *Consuetudo & præscriptio cùm hominum memoriam excedant, uim priuilegij habent.*

67 *Agnatus ad hoc ut in feudo succedat, nõ requiritur, ut hæres sit, sed ut descendens.*

68 *Feuda ad extraneos hæredes non transeunt.*

69 *Agnatus hæreditatẽ ultimi uasalli repudiare põt, & feudũ paternũ hęreditariũ acceptare, et num. 71.*

128 *Actoris ius deduci debet ex iure residente in propria persona, & non in exclusione iuris alterius.*

129 *Citatio per edicta publica multitudinem personarum citatarum continens vales & tenet.*

130 *Fama & instrumenta in antiquissimis contra tertias personas probant.*

131 *Citatio in antiquis exemplis interuenisse præsumitur.*

132 *Exemplar idem operatur atque testis de auditu auditus.*

133 *Testis de audita auditus in antiquissimis probat.*

134 *Exempla quæ facta fuere ad instantiam non contendentium, etiam facta sine citatione valent.*

135 *Exempla stante consuetudine probant etiam sine citatione.*

136 *Singula quæ non nisi qualemqualem præsumptionem faciunt, simul iuncta in antiquissimis plenam fidem faciunt, & nu seq.*

137 *Exempla singula semiplenam faciunt fidem, si originale non reperiatur.*

138 *Testes ad futuram rei memoriam examinari facere actori prohibitum esse regulare est.*

139 *Reus ad futuram rei memoriam testes examinari facere potest.*

140 *Testes ad futuram rei memoriam, an coram alio, quàm iudice causæ examinari possint.*

141 *Testes super fama quandoque ex causa recipi possunt.*

142 *Processus factus vel extractus ab archiuo vnius iurisdictionis, an fidem faciat contra personas illi iurisdictioni non suppositas.*

143 *Substitutio vulgaris facta ad unum casum porrigitur & ad alium.*

144 *Conditio, si hæres non erit, quomodo accipienda sit.*

145 *Gubernationem assumens & gerens alieno nomine iuri suo renuntiare non censetur, modò alia coniectura capi possit.*

146 *Hæres particularis se particularem hæredem non expectata uniuersalis hæredis aditione declare pōt.*

147 *Testatri dispositio cessat in feudis.*

148 *Animus quis fuerit factis declaratur.*

149 *Hæres particularis rei sibi derelictæ possessionem propria authoritate capere potest.*

150 *Officium nulli damnosum esse debet.*

151 *Testari de feudis non potest.*

152 *Repudians hæreditatem an ius suum donare videatur.*

153 *Compromissum an in arbitratores factum sit, ex pronuntiandi modo cognosci potest.*

154 *Vassallus in arbitratorem compromittere non potest.*

155 *Compromisso stante nullo, ea quæ inde secuta fuère, nulla censenda sunt, & nu. 159.*

156 *Compromissum factum inter spoliatum & spoliatorem nullum est.*

157 *Compromissum in arbitratores est quædam transactionis species.*

158 *Vasallus sine domini licentia compromittere non potest.*

159 *Præscribendi facultas & dominium in arbitramentalis sententiæ executione ex patientia non transferuntur.*

160 *Præscriptionem non currere sine bona fide iuris est canonici.*

161 *Inuestitura facta de re aliena sine consensu domini directi & agnatorum non ualet.*

162 *Emptio rei suæ non tenet.*

163 *In instrumento qui ut testis interuenit, nihil sibi præiudicat.*

164 *Verba enuntiatiua quando non probant.*

165 *Iniuriæ remissione quòd remissio damni incursi ex iniuria non includatur.*

166 *Feudum in generali alienatione facta per uasallum non, nisi exprimatur, uenit.*

167 *In generali liberatione remissa non intelliguntur ea, quæ uendicari possunt.*

168 *Dominium non amittitur, nisi transferatur in personam in quam dominus vult transferre.*

169 *Rei iudicatæ authoritas operatur, ut dominiū transferatur, si restituens dominus est, si verò non est dominus, vsucapiendi conditio.*

170 *Spoliator contra suum spoliatorem interdicto unde vi agere potest, & ante omnia restituendus est.*

171 *Sententia lata in possessorio sententiæ petitorij non obest.*

172 *Princeps de bonis occupatis inuasorem inuestire non potest, nec bonam fidem tribuere.*

173 *Inuestitura sequens secundum conditiones antiqua, si de ea constat, facta esse præsumitur.*

174 *In præscriptione tanti temporis cuius initij memoria non extitit, bona fides requiritur.*

175 *Spoliator propter eius malam fidem præscriptionem inchoare non potest.*

176 *Vitium rem in quascunque manus deueniat, semper concomitatur.*

177 *Spoliatoris hærès dominij quæstionem referre non potest sicut nec potest immediatus spoliator.*

178 *Hæres hæredis in infinitum dicitur.*

179 *Bona fides requiritur in præscriptione tanti temporis cuius initij memoria in contrarium non extitit, & nu. 193.*

180 *Error iuris super titulo reprobato à iure ad præscriptionem non prodest, nec bonam fidem causat etiā in longissima præscriptione.*

181 *Bona fides quandoque ex iniustis & temerarijs causis causatur.*

182 *Coniecturæ in claris cessant.*

183 *Vocati sub nomine collectiuo, vti hæredibus, ordine successiuo uocati intelliguntur.*

184 *Concessio facta alicui pro se suisque hæredibus, quòd una concessio in persona cuiuslibet uideatur.*

185 *Agnatus nullus in feudo antiquo causam ab alio habet, sed unusquisque à concedente, & ut ex tunc, non ut ex nunc succedit.*

186 *Agnatus feudum quæsitum pro se & hæredibus, vltimi decedētis hæreditate repudiata, obtinere pōt.*

187 *Præscriptio agere non ualenti non currit.*
Conditionis inefficacia.

188 *Alienari non possunt restitutioni subiecta.*

Delatum

CONSILIVM I.

IN NOMINE CHRISTI, ac Mariae matris sem per Virginis. Videretur prima facie Illustrissimos duces Mantuae, qui principaliorē & de directo con trariam illustriss. Marchioni Francisco controuersiam faciunt habere tam in possessorio quàm in petitorio fundatam intentionem. Primò in possessorio ex duplici capite, sicuti ex duplici capite veniunt. Et primò ex capite inuestiturae eis concessę per serenissimum Carolum V. adhuc viuente illustriss. Ioan. Georgio Palleologo tenente Marchionatum, & patruo illustrissimae Margaritae Mantuae Ducissae actricis, quae

1 inuestitura cùm fuerit conditionalis, scilicet, decedente illustrissimo Ioan. Georgio sine haeredibus legitimis masculis, de iure valuit.c.j.& ibi doct.qui success.tenean. & in cap.j.§.j.quo temp.mil.& cap.j.de feud. dat. in vicem.leg.com.& in cap.j.§.moribus.si de feud.fu.controu.inter do.& agna. Bene facit, quia videtur constare de voluntate illustrissimi Ioan. Georgij per mandatum factū ad petendā inuestituram de ipso Marchionatu pro se, & haeredibus suis, ita quod existentibus masculis foeminae non succedant, & deficiētibus haeredibus suis. pro illustrissima Ducissa Margarita nepte sua, sub die 4.Nouembris 1531.& sic stante voluntate illustriss.D.Ioā. Georgij clarum est valere. vt per doct.in dictis locis, & est cā sus in l. fin.& ibi doct.C.de pac. Cùm itaque casus euenerit, non potest serenissimus Caesar recusare eos recognoscere, & possessionē tradere.c.j. §.si facta.& ibi doct.si de feud. fu. contro. inter dom. & agna. & per Iacob. Alua.in c.j. col.fi. versi. sed interdum vltra promissionē, per quos si.inuest.& dicunt doct. in c. imperialem.§.insuper.de prohib. feud. alien. per Feder, quòd non admittitur exceptio requirens altiorem indaginē, vt ibi per Bald.And. de Iser.Iac.Aluaro.in col.penult.versi.& circa hanc quest.dixit Bal. Secūdò ērex alio capite, quia illustrissima Ducissa Margarita est

2 haeres illustrissimi Io.Georgij. Sed foemina haeres nō obstāte cōtradictione agnatorū & meliora iura praetendentiū, mittitur in possessionē ēt bonorū feudaliū, ita decidit Ioā. Andr.in add. Specu. in tit.de rest.§.pen.in fi. per tex.in c.j.si de feu.fu.contr.inter dom.& agn.sequit Alex.in l.fi.col.fi. ver. Aliud notate dictū.C.de edic.diui Adr. Toll.& ibid. Ias. col.antep.ver.Nota ēt vltra Bar. Vnde viderētur praefati illustriss.Duces Mantuae mittēdi primò in possessionem.l. ordinarij. C. de rei vē.& l.incert.C. de interd. & l. si de vi.ff. de iudic.Et ita intelligēda est concessio serenissimi Caesaris, quae est de iustitia, & sic importat, quòd iuris ordo seruetur, secūdū Ang.in §.exheredatos.per illū tex.in versi.iuste.iuxta gl.in Auth.de hęred.& falc.col.j.refert & sequitur Ias.in l.pe.col.j.ver.Tertiò adde.ff. de iust.& iur. Secūdò principaliter ēt vīr illustriss. Duces Mātuae habere fundatā intentionem in petitorio, nā vt supra dictū fuit, produxerūt instru-

instrumentum inuestiture in eos factæ per
serenissimũ Carolum V. quæ de iure valuit,
quia fuit conditionalis, per iura superius alle
gata iuridicè Cæsar motus fuit, nam finita li
nea illustrissimorũ dominorum Palleologo
rũ masculina, iure merito illustrissima Mar-
garita neptis illustrissimi Ioan. Georgij ex
illustrissimo Bonifacio fratre, qui ante eam
Marchionatum tenuit, veniebat inuestien-
3 da, & † ita renouari debebat in eam inuesti-
tura. prout tenuit Bart. in l. j. §. permutitur. ff.
de aqua quot. & æst. & in l. j. ad fin. ff. de pri-
uil. cred. & in l. si mihi & Titio. ff. de ver. obli.
& per Alexã. consi. xciij. ad fin. vol. ij. & latius
in consi. lxxx. in ij. dubio. volu. j. & eo magis,
quia dicta illustrissima Margarita est hæres
illustrissimi Ioã. Georgij. vt per Alexã. in cõsi.
x. ad fin. vol. iij. Tertiò principaliter videtur
illustrissimi Duces Mantuæ habere funda-
tam intentionem in petitorio & possessorio
simul & semel, quia ẽt præsupposito, quòd cõ
stet de asserta concessione Ottonis in Alle-
dramum producta per exemplum non fa-
ciens fidem, vt dicetur infra. num. 9. versicu.
Tertium fundamentum. tñ dicta concessio
fuit tã pro fœminis, quàm masculis. vt patet
4 in verb. Vtriusque sexus familias. quo † casu
clarum est fœminas admitti deficiẽtibus ma
sculis. c. j. §. filia. de suc. feu. & c. j. de eo, qui si-
bi & hæred. suis. & in c. j. §. quin etiam. in titu.
episcopũ vel Abb. cum simi. Sed præsuponi-
tur etiam per illustrissimum Marchionem
Frãciscum, quòd Marchio Ioannes vltimus
ex descendentibus masculis ex linea mascu
lina Gulielmi primogeniti Alledrami, in
quẽ solũ peruenit Marchionatus Montisfer
rati, decesserit sine descendentibus, sed reli-
cta Violãta sorore & Theodoro Palleologo
eius filio, & quòd nullus masculus ex linea
masculina Gulielmi supererat, ergo dicta
Violanta, & seu Theodorus, tam ex testamẽ
to dicti Ioannis, quàm etiam sine testamen
to potuit succedere, per dicta iura. & licèt
ipse Theodorus potuit defecta linea mascu
lina Gulielmi succedere post Ioannem vlti-
mum eius descendentem masculum, ita de
bet & succedere põt dicta illustrissima Mar-
garita, defecta linea masculina Theodori
post illustrissimum Ioan. Georgium vltimũ
eius descendentem masculum, per dicta iu-
ra. Nec obstare videtur, quòd tempore mor
tis Ioannis supererat illustrissimus Manfre-
dus descendens masculus Alledrami per li-
neam masculinã, quia esto quòd verũ esset,
tamen Manfredus non potuit excludere

Theodorũ descendentem Gulielmi, in quẽ
Gulielmum Marchionatus Montisferrati
5 peruenerat, quia † donec extat descendens
ex linea illius descendentis, in quem feudũ
peruenit, descendens alterius lineæ etiã ma-
sculus nõ admittitur. tex. est in cap. j. de nat.
succ. feu. & ita in terminis videtur consuluis-
se Roman. in consil. xxxiij. Viso inuestituræ
Ang. in consi. cccxxj. Pro decisione quæsiti.
ad fin. & in eodẽ casu in quo cõsuluit Ang.
pariter consuluerunt D. Robertus Rlcar. de
Salic. in consi. ccv. Dubium super quo consi
liũ postulatur, inter consilia Bal. in v. part. se-
cundũ impressionẽ Mediol. & Paul. de Cast.
in consi. ccxij. Visa suprascripta facti narra-
tione, secundùm antiquam impressionem.
Vnde videtur dicendum, quòd illustrissima
D. Margarita habeat fundatã intentionem,
ita quòd cessent omnia allegata in contra-
6 rium. Confirmatur, quia † valet consuetudo
q fœminæ succedant in feudo, secundùm
Spec. in tit. de feud. §. ij. versi. xxj. & tradit Al-
uaro. in cap. j. §. & quia vidimus. qui feu. da.
poss. no. in c. significauit. de rescrip. & per il-
lum tex. consuluit Card. in cõsi. lxiiij. Quòd
domina Nepa. circa fin. Decius in consilio
ccccxxiiij. nu. 13. ccccxlv. nu. 20. consuetudo
7 autem † inducitur ex vnico actu, secundùm
Bart. in l. consentaneum. ad fin. C. quomodo
& quando iud. Bart. in l. nulla. §. j. ff. de alim.
8 & ciba. leg. Benè facit, quia † vna familia ha-
bens merũ & mixtũ imperiũ potest inducere
re consuetudinẽ, etiã contra ius. secundùm
Io. And. in add. ad Spec. in tit. de instru. edit.
§. cõpendiosè. in addi. incipiẽte, interposuit.
& dicetur in nu. 58. versi. Accedat. & ita cõsu-
luit d. Ias. in consi. xlvj. vol. j. Campeg. in cõsi.
ij. col. fi. inter consilia Bruni. Et tanto magis cũ
ista cõsuetudo sit præscripta per longissimũ
tẽpus, cum vigore successionis illustrissimi
Theodori Palleologi filij Violantæ, cui suc-
cessit illustr. familia Palleologa, dictum Mar
chionatũ tenuerit exclusis illis omnibus de
familia Aledrami, ergo pariter debet succe-
dere illustrissima ducissa Margarita, & post
eam eius descendentes, donec eius linea du
rauerit. Et cùm successio in dicto Marchio-
natu semel acceperit istam declarationẽ, in
illa perseuerandum est l. minimè. ff. de legib.
cum simi. Videturq; quòd illustr. Marchio
Frãciscus nullũ ius habeat in dicto Marchio-
natu in possessorio aut petitorio. In possesso
rio clarũ est, q a nec ipse nec aliquis ex illust.
Marchionibus Saluciarum eius antecessori-
bus Marchionatũ ipsum possederunt, saltẽ

proprio

proprio nomine, neque eciā allegat aut prætendit, nec allegare aut pretendere potest se hæredem illustr. Io. Georgij, aut aliquorum prædecessorū Palleologorū. Quinimò dicit se & profitetur de alia linea, nec alium titulū allegat habilē ad impediendū missionem in possessionem prefatorum illustr. Ducum, & sic quo ad possessoriū res videtur expedita. Pariter in petitorio nō videtur eius fundata intentio. Et primò principale fundamentū eius intentionis est, quòd sit Marchio Saluciarū, & ꝙ successerit in ipso Marchionatu illustr. Michaeli Antonio eius fratri, & tamen ei obstat illustr. Ioan. Ludouicus frater, natu maior. nec obstat asserere quòd illustr. d. Io. Lud. sit clericus beneficiatus, & in ecclesiastica dignitate constitutus. per c. j. de mil.
9 vass. qui arm. bell. depos. nam † ille tex. intelligitur de professo, quoniam talis omnia abdicat. c. cùm ad monasteriū. in fi. de stat. mona.
10 † Sed clericus beneficiatus, & in ecclesiastica dignitate constitutus retinet patrimonialia, vt de episcopo est tex. in c. episcopi. xij. q. j. & i c. j. de testa. & ꝙ ecclesiastica dignitas nō repugnet obtētioni feudi, est tex. in c. inter dilectos. de fide instr. vbi cōcurrit in eadē persona cōmitatus & episcopatus. & per illum tex. Fel. ibi. col. iij. versi. in tex. ibi, Lituardi Comitis. declarat text. in d. c. j. de mili. vasa. qui arm. bel. depos. vt procedat in professo. Item procedit in feudo requirente seruitium prohibitum clerico, Cald. in cōsi. ij. in tit. de feud. vbi etiam dicit, quòd potest renuntiare clericatui. d. Alex. consi. x. vol. v. repetito in consi. xcviij. volu. vj. Curt. Senior. consi. lxij. & lxiij.
11 Non etiā obstat si dicatur, quòd † hæc exceptio est de iure tertij exclusiuo volēte tertio, per tex. in c. j. §. præterea. quib. mo. feu. amit. vbi secundo genitus admittitur volente primo genito, & ita notat illum tex. Bal. Iac. de Belu. Aluaro. & alij, quia respondetur, quòd quādo agens non habet fundatā intentionē nisi in casu alicuius conditionis, tunc excluditur per exceptionē iuris tertij. l. si prior. §. à Titio. ff. qui pot. in pigno. hab. declarat. Aret. in l. cùm seruū. col. ij. versi. secunda cōclusio. C. de seru. fugit. & est de mente Bar. in l. ij. in primo casu. versi. aut ad hoc non tendit. dum alleg. l. quādiu. ff. de bo. liber. & ideo necesse esset, quòd illustr. Marchio Franciscus, ostenderet de consensu domini Io. Ludouici expresso vel tacito, nec sufficit silentium, vt no. declarat Aluar. ot. in d. c. præterea. & volunt Bart. & omnes in l. quæ dotis. ff. solut. matri.

12 Vnde † cùm ante omnia legitimāda sit persona in quolibet iudicio et summarijssimo. l. ij. & ibi doct. C. de edic. diui Adr. toll. debuit docere quō potuit obtinere Marchionatum Saluciarū stāte fratre natu maiore, in quo, vt ipse asserit, & capitulauit, seruatū fuit & seruatur ius primo geniture. Secundū fundamētū eius est, ꝙ sit descēdēs Alledrami per lineā masculinā, mediāte persona Thetes filij Alledrami, sed talis descēdētia non videtur plene probata, quia ad id probandū produxit solū nonnulla instrumenta inter ipsos Illustris. Marchionēs Saluciarū cōfecta, quę cō
13 tra illustr. Duces Mātuę † tanquā cōtra tertias personas nō probant, toto tit. res inter alios acta. quinimò, ꝙ Thetes fuerit filius Alledrami, non est aliquod instrumentū in quo legatur, & licèt produxerit nōnullos codices faciētes de eo mentionē, ij non sunt authētici, & ideo nō probant. Tertiū principale fundamentū illustr. Marchionis Francisci est in asserta concessione Alledrami sibi facta per Ottonē Imperatorē producta per exēplū,
14 quod † et fidem facere nō videtur per tradita in Auth. si quis in aliquo. C. de eden. maxime cùm non appareat de citatione, quæ requiritur in exēplatione auctoritate iudicis, vt volunt oēs in d. Auth. si quis in aliquo. cū concor. mod. ibi. imò ex exhibitione exēplationis apparet de nō citatione, secūdū Paul. de Cast. in consi. 50. in causa quæ vertitur. colū. iiij. ver. & si dicatur in antiquis. Alex. in cōsil. j. col. pe. vol. iiij. Io. de Imol. in consi. cvj. in causa quæ vertitur. colū. ij. Dec. consi. dxiiij. nu. 13. & dato ꝙ fidē faceret, nō videtur releuare, quia si rectè videatur & cōsideretur, videtur potius allodialis quàm feudalis, vt cla-
15 rè cōprehēditur in illis verbis, donamus † & largimur, quę verba importāt donationē & non feudū, prout in terminis cōsuluit Oldr. in cōsi. clix. & sequitur Dec. in cōsi. xxxij. & in consi. clxix nu. 2. & in consi. cclxxxix. nu. 3. Itē vtitur verb. confirmamus & corroboramus bona tā ex parentum cōcessione, quàm de acquestu. quę verba nō accōmodātur ad cō
16 cessionē feudi. † nā feudū est beneuola actio concedentis cū translatione vtilis dominij. c. j. in quib. cau. feu. am. Bald. Aluaro. & alij in præludijs feu. Nec enim cōstat ꝙ bona obuēta Alledramo, vel ex successione parentum, vel de proprio acquestu essent feudalia, igi-
17 tur † ex cōfirmatione nō probatur feudū. nā
18 † cōfirmatio præsupponit rei cōfirmatę preexistentiā, & semper cōmēsuratur ad confirmatum,

matũ, secũdum Bal. in l. nominationes. colũ. fi. C. de appel. & per Alex. in consi. cxxij. col. v. & seq. vol. iiij. Item confirmat omnes res & proprietates suas. Sed de natura pronominis meũ, tuũ & suũ, est denotare dominiũ & possessionem, l. si ita. §. quintus. vbi Bar. ff. de auro & arg. leg. l. certũ. §. j. vbi ẽt Bar. ff. de cõfes. igitur dicta verba nõ cõueniũt cõcessioni feudali, per quã retinetur directũ dominiũ, & trãsfertur vtile, vt per Bal. Aluaro. & alios in prælud ijs feud. in definitione feudi. Curt. Iunior. in tract. feud. in ij. parte. Itẽ subiungit quę in antea acquirere poterunt, quæ verba ẽt nõ cõueniunt cõcessioni feudali, per quã cõceditur de bonis & iure cõcedẽtis, nõ aũt de eo, qđ quis labore suo & industria acquisiturus est. Itẽ in ipsa scriptura cõcessionis nõ legitur aliquis actus verus inuestiendi. iuxta c. j. de consuet. recti feud. & iuxta c. j. quid sit inuestitura. nec legitur iuramẽtũ fidelitatis, quod est potissimũ signũ & demõstratio feudi, vt in tit. quid præcedere deb. an inuestitura. & in titu. de no. for. fidel. Item subiungit, quicquid ibidem hactenus iuris regni italici parturijt, & sicut hucusq; iure regni nostri, & dominio submissa sunt, ita ammodò in antea præfati Alledrami Marchionis dominio subdãtur, & in eius ius delegẽtur, & omnino trãsfundantur. quæ ẽt verba importãt trãslationẽ pleno iure; quia sicut erãt pleno iure in Ottone Imperatore, ita trãsferũtur. Itẽ subiũgit, habeatq; potestatẽ tenẽdi, vẽdẽdi, cõmutãdi, alienãdi pro anima, iudicãdi, et quicquid eorũ decreuerit animus faciendi omniũ hominũ cõtradictione remota. quæ licentia ẽt nõ conuenit feudali cõcessioni, q̃a

19 feudũ prohibitũ est alienari. c. imperialẽ. de prohib. feud. alien. per Fede. & c. j. de alien. feud. & c. j. de proh. feu. alien. per Loth. & c. j. §. si l iuellario. quib. mo. feu. amit. cum simi. Itẽ subiungit. interea per huius nostræ donationis & cõfirmationis, & sic enixã mentem propter verborũ geminationẽ faciendi concessionem allodialem demonstrat. arg. l. balista. ff. ad Treb. Quartũ principale fundamẽtũ illustr. Marchionis Francisci est, præsupposita dicta concessione feudali, & q̃ ipse sit ex descendentibus Thetes filij Alledrami, & q̃ ipse sit ẽt Marchio Salutiarum, q̃ ex eo quia illustr. Marchio Ioannes vltimus decedens Gullielmi filij Alledrami decesserit sine descẽdẽtibus masculis, q̃ feudũ dicti Marchionatus Montisferrati fuerit apertũ illust. Marchioni Manfredo, & q̃ dictus illustr. Mãfredus successerit in ipso Marchionatu, illũq; tenuerit & possederit, & quòd ab eo spoliatus & deiectus fuit per illustris. Theodorum Palleologum, & q̃ propterea dictus illustr. Theodorus fuerit violentus occupator, & ideo q̃ ipse & oẽs eius successores, vsque ad illustr. Ioã. Georgium nullũ ius habuerint, sed ius habuerint dictus illustr. Mãfredus & successores, vsq; ad ipsum illustr. Marchionẽ Frãciscũ, nunc agẽtẽ. Itẽ hoc fundamentum minime probauit. Nec obstat assertus processus factus ad instantiam ipsius Marchionis Mãfredi ad æternã rei memoriã, in quo videntur examinati nõ nulli testes super obseruãtia & cõsuetudine, q̃ feminæ nõ succedunt, nec successerũt, nec succedere debẽt, nec possunt in feudo nobili, nec in aliquo Marchionatu, nec ẽt descendentes ex fœminis, licẽt sint masculi, & q̃ ex conuentionibus initis inter auos paternos dicti Marchionis Io. & Manfredi, q̃ si vnus eorũ decederet sine descẽdentibus masculis superstes & eorũ descendentes masculi succederẽt, & q̃ Marchio Mãfredus erat descẽdens per lineã masculinã ab Alledramo, & q̃ Marchio Ioan. instituerat Marchionẽ Manfredum in eius testamẽto, & q̃ alij scripti hæredes erãt inhabiles, quia fœminæ & descendentes ex fœminis, & q̃ ideo ipse Manfredus erat hæres, & q̃ Marchionatus Montisferrati erat feudũ & tantum tanquã feudum, & q̃ Marchio Manfredus tanquã Marchio & hæres Marchionis Ioã. tunc tenebat & possidebat Marchionatum ipsum Montisferrati, & q̃ reputabatur Marchio Montisferrati, tãquam hæres dicti Marchionis Io. & pro tali se gerebat. Itẽ, & q̃ de prędictis erat publica vox & fama, quia in dicto processu nõ vr̃ posse fieri fundamentũ, quia illust. Marchio Manfredus nõ potuit dictos testes examinari facere, nisi tanquã actor ex quo tanquã Gubernator possidebat Marchionatũ, & ideo ante litẽ cõtestatã nõ potuit examinari facere. c.

20 dudũ. el grande. de elec. & c. j. de lit. cont. in rubro & nigro. Corn. in cõsi. cxxxvj. col. j. ver. his tamen nõ obstantibus. volu. j. Secundò si Marchio Mãfredus ex aliquo periculo mortis vel absentiæ testiũ, volebat testes examinari facere, vt trad. in l. in lege Aquilia. ff. ad leg. Aquil. & in c. q̃m frequẽter. vt lit. nõ cõt. & in auth. si q̃s in aliquo docu. C. de test. debebat fidẽ facere de tali dubitatione & periculo ante examinationẽ, vt tradit ĩ d. c. q̃m frequẽter. & i. d. aut. si q̃s ĩ aliquo docu. Cor. consi.

consi.clxxij.col.ij.versic.quia antequā.vol.ij. Tertiò requirebatur citatio partis. d. cap. quoniam frequenter. & ibi doct.Bart.& alij in d.authen.si quis in aliquo. Bart. & alij in l. iiij.§.præter.ff.de dam.infect.in quibus locis
21 dubitant † an sufficiat citatio ad domū.& dicit d.Alex.in consi.cciij.in secundo dubio ad fin.vol.ij.melius esse etiā in reo,quòd fiat citacio personaliter. Quartò dicitur, quòd ex quo agebatur de causa feudali, & consequenter iudex erat Imperator feudi dominus;debuerunt examinari testes corā Imperatore domino,feudi,qui est iudex cōpetēs, vt tradunt Doc.in c.cæterū.de iud.& in l.j.ff. eod.cū concordan.modernorū ibi.ita in terminis Barto.in l.societatem.§. arbitrorū.col. iiij.versic.quis ergo erit iudex.ff.pro soc.& in l.cùm hi.§.transactionis.ff.de transac. & latè Alexā.consi.cliij.vol.v.& sic dictus processus est nullus, ex defectu iurisdictionis exami-
22 nātis, † quę exceptio nunquā negatur,vt per gloss.in clemen.j.in glos.fin. de sequest. poss.
23 & fruct. Quintò † nō potuerunt recipi testes ad æternam rei memoriā super fama, Bal.in dicta authen.si quis in aliquo. col. penul.versi. quæro nunquid ista authen.Secundò principaliter dicitur, dato quòd dictus processus valeret,& teneret, tamen non faceret adhuc fidē contra illustrissimos Duces Mantuę tertias personas, secundùm Innoc. in capit.significauit.de testib. Tertiò principaliter dicitur, etiam quòd dictus proces-
24 sus valeret;† tamen cùm sit processus Archiui Asten. non facit fidem extra territorium Astense, & contra personas non suppositas iurisdictioni illorum quotū authoritate deputata,& custodita sunt in archiuo,secundū Ioan.Andr.in addit.Specu. in titu.de instru. edit.§.nunc dicendū restat.in additio. incip. nunc de argentario,&c.ad fi.& in addit.incipiente,quintū supplementū.iuncto versi.sequenti incipiente, sextum supplementū & Bald.in rubr.C.de fide instr.in vlti. col. versi. sed restat dubium. iunctis notatis per eum ibidem in penult.col.versi.quintum supplementum.& Anto. de But. in c.ij. col.iij.versi. Octauus casus.iuncto versicu. Nonus casus. de fide instru.Moderni in auth. si quis in aliquo documento.C.de eden.d.Alex. in cōsil. xvj.col.ij.ad fi.versi. quia respondeo primo. vol.v.& in consi.cxxxviij.col.iij. vol.j.Sed causa hæc agitur in ciuitate Mediolani. & illustrissimi Duces Mantuæ nullatenus subditi sunt officialibus Asten.igitur,&c. Quartò principaliter dato quòd dictus processus fidem faceret, non videtur releuare; quoniā ex parte illustrissimorum Ducem Mantuæ productū est instrumentū testamenti dicti Marchionis Ioannis, in quo in effectu hæredem instituit in Marchionatu Montisferrati, & alijs bonis præfatū illustrissimū Theodorum,& donec veniret ad capiendū possessionē Marchionatus, deputauit ipsum Marchionē Manfredū, cū nonnullis alijs ad gubernationē Marchionatus. Plus ex eorum parte probatū est,quòd ipse Marchio Manfredus gubernationem assumpsit dicti Marchionatus, vt patet in pluribus actis in causa productis, quę fecit & gessit tāquā gubernator.Imò etiā plus; productum est instrumentū compromissi facti per Marchionem Manfredum ex vna, & Theodorū ex altera. Producta est etiā sententia arbitramentalis inter eos lata,à partibus homologata, ac inuestitura feudalis facta per illustrissi. Theodorum in illustrissimum Marchionem Manfredum, de bonis de quibus in sententia arbitramentali.& alia plura, per quę apparet Manfredū consensisse & approbasse Theodorū in Marchionē Montisferrati, & consequenter censetur iuribus suis renuntiasse.c. j.§.præterea.& ibi no.quib.mod.feu.amit.& in c.j.§.Titius.si de feu.fue.cōtro.inter do.& agna.& maximè,quia productū est mandatum dicti illustrissimi Marchionis Manfredi tanquā gubernatoris status Montisferrati, cùm alijs gubernatoribus, syndicis locorū, & vasaliis Mōtisferrati,ad adeundū illustrissimā Violantē, & filios hæredes institutos, eisque intimandum & denuntiandum testamentum illustr.Marchionis Ioānis; & Marchionatū Mōtisferrati ad eos spectare ex dicto testamēto,& φ deberent venire personaliter capere,& adire hereditatē prædictā, & terrā,& Marchionatū Mōtisferrati, ita φ videtur non posse negari, quin ipse Marchio Manfredus acciuerit spontè illustr. Theodorū ad veniendū & ad accipiēdū ipsum Marchionatū, vnde libens & volens nō pōt dici spoliatus,quia scienti & volēti nō fit iniuria.l. nemo fraudare.ff.de reg.iur.& ī regula,scienti.de regu.iur.in vj.l.j.§. vsque adeo.ff. de iniur.no.Bart.in l.quāuis.in fin.ff.de in ius voc. Decius in d.l.nemo. Confirmatur forti & vrgēti fundamēto,quia cùm hereditas adeatur solo animo.l.pro hærede.&.l. gerit. & ibi Bartol.latè,& Doct.ff.de acquir.hæred.& est in facultate cuiuslibet legitimi & testamen-

tarij hæredis adire, & repudiare hæreditatẽ sibi delatã, & seu etiã cuiuslibet legatatarij agnoscere vel repudiare legatũ, iuribus vul-
25 garibus. † Ergo Manfredus constituendo mandatarios, qui accedant ad Violantem & filios tanquam heredes testamentarios Marchionis Ioannis, & tanquam illos, ad quos pertinebat Marchionatus Montisferrati sibi preiudicauit, quia asserendo: quòd illi erant hæredes, & quòd Marchionatus Montisferrati ad eos spectabat, asserebat se non hæredẽ, & Marchionatũ ad aliũ spectare, & sic hę reditatẽ & Marchionatũ perdidit. l. fi. in princip. ff. de inoff. testam. & est de mente Ang. & aliorum in l. inter officium. ff. de rei vendica.

Accedat quia quamuis Bal. in l. fi. C. com. de leg. tenuerit. per text. in c. Raynaldus. de testa. quòd sententia arbitrij declaratoria dominij non inducit translationẽ, sicut sententia, tamen Alex. eum reprehẽdit, & vt puto, bene, in l. Pomponius. in §. si iussu. col. v. vers. quã cõmunẽ conclusionẽ limito vltra Doct. ff. de acquir. posses. vnde videtur dicendum; quòd attẽto quòd Marchio Manfredus erat dñs. Montisferrati, nedũ præstitit facultatẽ præscribendi illustrissimo Theodoro: sed imò transtulerit dominiũ, cùm passus fuerit in executione sententiæ arbitramentalis il-
26 lum possidere, † quæ patientia loco traditionis habetur. §. interdũ. Instit. de re. diui. & l. ij. C. de acquir. poss. cum similibus. Confirmatur quia nõ solũ Marchio Manfredus fecit actus expressos per quos videretur elici consensus & iuriũ suorũ renuntiatio: sed omnes eius illustrissimi Marchionis Manfredi successores vsque ad ipsum illustrissimũ Marchionẽ Franciscũ inclusiuè fecerunt tales actus, per quos videntur approbasse illustrissimos Palleologos in veros & legitimos Marchiones Montisferrati, & eorum prætensis iuribus in ipso Marchionatu renũtiasse, scilicet gerẽdo se pro Gubernatoribus, & vices gerẽtibus pro ipsis Palleologis; vel Marchionibus, se recognoscendo in vasallos de bonis Marchionatus ab ipsis Palleologis, tãquam Marchionibus Montisferrati, acceptãdo cõpromissa arbitrando inter ipsos Palleologos tanquã Marchiones Montisferrati, & alios Principes ad restituẽdũ bona Marchionatus Montisferrati per eos occupata illustrissimis Palleologis tanquam Marchionibus Montisferrati. faciendo ligas & confœderationes, ac etiam adhærendo & alios plerosq; actus similes faciendo, prout ex pcessu apparet: ex quibus videtur oriri fundamẽtũ ineuitabile cõfirmãs iura ipsorũ illustris. Palleologorũ in Marchionatu Mõtisfer. & penitus elidẽs iura illustriss. Marchionis, & maximè stãte titulo inuestituræ Hẽrici Imperatoris in ipsum illustris. Theodorũ de dicto Marchionatu, vnde titulũ habẽt, & authore Cęsare supremo iudice, & feudi dño iustè possederunt. l. iustè. cũ simi. ff. de acq. pos. Et tãto magis, q̃a inuestitura Ottonis in Alledramũ cantat ad vtrisq; sexus familias. Vnde cùm illustris. Theodorus esset descẽdẽs ex sorore illustriss. Marchionis Ioãnis, essetq; heres institutus in eius illustriss. Marchionis testamẽto, haberetq; cõsensum Marchionis Manfredi, vt s. & inuestiturã Hẽrici Imperatoris, videtur negari nõ posse quin fuerit iustus & legitimus possessor, & saltẽ, q̃ illustrissimi eius successores potuerũt præscribere stãtib' pręmissis ex q̃bus elicitur titulus & bona fides; & maximè per cursum tãti tẽporis, q̃ memoria in cõtrariũ non extat, cùm Marchionatũ tenuerũt & possederũt annos supraducẽtos, ad q̃d tẽpus vita hominis nõ attingit, p not. per Inn. in c. veniẽs. de ver. sig. Spec. in tit. de prob. §. j. vers. quid si testes vtriusq; partis. Io. And. & Ant. de But. in c. quid per nouale. de ver. sig. Ale. in cõsi. xvj. col. v. versi. nec ad hoc obstat id quod no. Inno. & cõsequẽter, q̃ poruerũt pręscribere ẽt sine titulo. c. j. de præsc.
27 in sexto. † Nã cursus tãti tẽporis habetur loco legitimi tituli. l. hoc iure. §. ductus aquæ. & ibi gl. ff. de aqua quot. & æsti. & hẽt vim priuilegij. c. sup quibusdã. §. p̃terea. iũcta. gl. sup versi. non extat. de verb. sig. Car. cõsil. lxxxviij. Alex. d. cõsi. xvj. col. ij. versic. ij. principaliter: vol. v. & in cõsi. vj. j. col. vol. j. & in cõsi. lxxiiij. col. ij. versi. & si dicatur. vol. iiij. & p Fel. in c. si diligẽti. col. vij. vers. nona & vltima restrictio' de præs. & dicit And. de Iser. in c. j. quę sint regalia. in ver. flumina publica. col. iij. quem refert Ias. in repet. l. quominus. col. xj. ff. de flumi. q̃ cursus tãti tẽporis valet tm̃ quãtũ Imperator cũ cã. & Iaso. in l. si certis annis. col. fi. in vndecima limitatiõe. C. de pac. post Cinũ & alios p eũ relatos, q̃ ex possessione, seu quasi tãti tẽporis præsumitur indistinctè ritulus, & quęritur nedũ vtile, sed etiã directũ dñium: sm Doc. in l. traditionibus. C. de pac. Soc. in cõs. cxxij. imò nedũ præsumit' titulus sed etiã bona fides, dato q̃ nõ allegetur, sm Inno. & Bal. in d. c. si diligẽti. ad fi. quãto igitur magis locus fuit pręscriptioni: cũ negari posse nõ videatur, quin affuerit titulus & bona fid

na fides. Et licèt possent multa opponi cõ-
tra dictos titulos & actus consentaneos; tam
illustriss. Marchionis Manfredi, q̃ successorũ
vsq; ad illustriss. Marchionẽ Franciscum, tñ
videtur non posse negari quin causata fuerit
28 bona fides, † quę etiam causatur ex iniustis &
temerarijs causis, secundum Bal. in l. j. C. vbi
causa sta. & per Socin consi. xxxviij. volu. ij.
Et cùm ex prædictis actibus colligatur mul-
tiplex tacitus consensus illustriss. prædecesso-
rum Marchionum Salutiarũ; ergo fuit locus
pręscriptioni secundũ Iac. Aluar. in c. j. §. hoc
quoque. prope fin. ibi, vel nisi tales agnati, de
succes. feu. & faciunt tradita per eum in c. j. §.
Titius. col. iiij. in ij. nota. si de feu. suc. cont. in-
ter do. & agnat. vbi tenet in d. §. hoc quoque.
ꝙ licèt qñ alienatio fit per agnatos, & sic per
prohibitum alienare; quamuis bona vendi-
ta sint imprӕscriptibilia; tñ si agnati postea
nati reperiantur cõsensisse tacitè vel expres-
sè, fiunt prӕscriptibilia. quinimo plus dicit
Iacob. Aluaro. in dicto §. hoc quoque. vbi di-
cit, quòd contra agnatos ex post conceptos
& natos, non potest per possidentes opponi
de prӕscrip. non haber locũ in pręscriptione
longissimi temporis, in quo non requiritur
titulus. ergo multominus habet locũ in pręs-
scriptione tanti temporis, cuius initij memo
ria non extat, ita egregiè & valde signanter
decidit Pau. de Cast. in l. fi. §. sed quia nostra.
col. pen. versicu. sed etiã postquam conditio
extiterit. C. com. de leg. vbi dicit quòd nõ est
29 dubium † quòd prӕscriptio longissimi tem-
poris habet locum, etiam si alienatio fiat per
prohibitam personam. & Pau. de Cast. sequi
tur Ias. in auth. res quӕ. circa prin. C. eod. idẽ
tenet Pau. de Cast. in consi. xvij. col. vj. & con-
silio ccxxvj. col. ix. vers. vlterius etiam dicitur.
& in cõs. ccxcij. col. fi. Corn. in consi. xvii. vol. j.
& in consi. ccxciiij. latissimè in cõsi. ccciiij. col.
xij. versic. vlt. dictus reus. in litera &. vsque ad
finem consilij. vol. iij. vbi dicit, ꝙ durũ videre-
tur, si quis possedisset rem, sub cõditione al-
teri relictam per sexaginta annos; & interim
quӕsiuisset dominiũ prӕscriptione, quòd ꝑ
legatarium ab eo auocaretur; & ꝙ etiã vide-
retur durum, quòd si quis stipulatus fuisset
emphyteusim pro se & filijs & nepotibus, &
illã receperit; si mox alius dictã rem emphy-
teuticam bona fide per annos xl. possederit,
ꝙ decedente primo emphyteuta eius filij,
vel nepotes possent eam auocare ab eo, qui
tã longissimo tẽpore dictã rem iure proprio,
vel emphyteutico possederit; sub eo prӕtex-
tu, quòd interim nõ erat ei ius quӕsitum; &
sic non poterant agere. & quod dictũ Paul.
de Cast. videtur satis rationabile, & ibi respõ
det ad regulam, non valenti agere. & respõ-
30 det. † quòd prӕscriptio non cucurrit contra
non valentem agere, sed contra dominum,
tunc tẽporis, quum agere poterat; & mediã-
te prӕscriptione ab ipso dño fuit extortũ do
minium, adeo ꝙ eueniente cõditione domi-
nium reperitur apud eum, quem disponens
non potuit onerare, Subiungens non repe-
riri iure cautũ, ꝙ istud dominiũ quod negare
non possumus, interim fuisset quęsitũ à ter-
tio prӕscriptione, cùm volet in fideicõmissa-
rium eueniente postmodum conditione; vt
ibi latius per eum. col. penul. versi. dico itaq;.
in lucra b. idem tenet d. Alexand. in consilio
lix. col. iij. vol. ij. Ias. in consi. lvij. col. pen. circa
fin. vol. j. vbi consuluit contra illustriss. Mar-
chionem Salutiarum; & dicit ꝙ bona fides
prӕsumitur, & quòd prӕiudicat non natis;
qui etiam non possunt petere restitutionem
in integrum. & idem consuluit Curt. Senior
in cõsi. lxxxiiij. Deus pius Iesus Christus. col.
iiij. versicu. & si opponatur amice. vbi dicit, ꝙ
prӕscriptio nocet nascituris; quia pater viue-
bat, qui poterat agere. quẽ refert, & sequitur
d. Francis. Balbus in tract. prӕscrip. in quarta
parte. q. viij. Et prӕdicta conclusio faciliùs ꝑ-
31 cedit in feudis, † in quibus lapsus xxx. ann. in-
distinctè pręiudicat, vt per Feudistas in c. j. §.
si quis per xxx. si de feu. fuer. contro. inter do.
& agna. & per lapsum dicti temporis prӕsu-
mitur bona fides, vt per d. Francis. Curt. Sen.
in consi. lxxxiij. col. ij. & idem voluit d. Alexã.
in consi. lix. col. iiij. ad fin. vol. iij. d. Franc. Balb.
in repe. l. Celsus. in iij. parte principali, in iiij.
conclusione. ff. de vsucap. & consuluit d. Ias.
32 in consi. xxxix. vol. ij. † ꝙ in prӕscriptione vl-
tra centum & viginti annos non requiratur
bona fides; & prӕsumpta mala fides nõ ob-
stat, Imò glo. in d. §. si quis per xxx. vult, ꝙ nõ
requiratur bona fides. & sequitur Iac. Aluar.
post alios per eum relatos. bene facit l. fin. C.
de sacrosanct. ecclesi. vbi prӕscribitur contra
legatum factum pro redimendis captiuis, li-
cèt captiui non essent expressi, & agere non
possent. & hoc quia vt dicit ibi glo. competit
vẽdicatio Episcopo. & idem text. in Auth. de
eccles. titu. in §. pro temporalibus. col. ix. quӕ
iura ponderat ad hoc d. Abb. Panormit. in c.
nihil. col. penult. de prӕscript. contra intelle-
ctum d. Anto. de Butr. ibi. & sequitur ibidem
d. Felin. Ergo multo magis in casu nostro,

videtur cucurrisse præscriptio cōtra illustrissimum Marchionem Franciscum; quia eius illustrissimi prędecessores poterant agere; & si neglexerunt, negligentia cōpleta præscriptione nocet. d. c. nihil. Et ex prędictis videtur dicendū, quod illustrissimus Marchio Franciscus non potest venire ad Marchionatū Montisferrati, etiam ex persona sua; cùm ipse descēdat immediatè ab exclusis per tacitas renuntiationes, & per præscriptionem; secus esset quando nō descenderet ab ipsis exclusis, sed de transuerso veniret; ita, in terminis signanter consuluit Paul. de Castro in consil. cliiij. circa præsentem casum notandum est, quod Singofredus & Henricus. colum. fina.

Confirmatur, quia etiam secundum tenorem inuestituræ Ottonis in Alledramum præsupposito, quòd sit concessio feudalis, tū est concessio hęreditaria, probatur in illis verbis; habeat & teneat, firmiterque possideat tam ipse quàm sui hæredes; & ibi, quòd si aliquis contentionem de his supradictis rebus cum eodem suisque hæredibus habuerit &c. & ibi, liceat eidem Alledramo suisq; hæredibus, quæ verba faciunt feudum hæreditarium secundùm And. de Isern. in c. j. in §. hoc quoque. col. ij. de success. feu. & in c. j. in prin. an agna. vel fil. Iac. de Belui. in c. j. de eo qui sibi vel hæred suis. & idem tenent ibi omnes Feudistæ. Bar. in l. vt iurisiurādi. §. si liberi. ff. de oper. lib. lo. de Imol. in l. quod dicitur. ff. de verb. oblig. sequitur Ias. ibidem in ij. qō. Barto. ad finem, vbi allegat Bald. ita tenentē in pluribus locis, & pariter allegat Paul. de Castro in pluribus locis dicens, quòd ita tenet vbique. eandem opinionem tenet Alexand. in consilio decimo. ij. volu. & in consil. xiij. colum. iij. & in consi. xviij. colum. tertia. & in consi. xxvj. per totum. volu. v. & in consilio cxxiiij. colum. tertia. volu. quarto. Brunus in consilio primo. colum. viij. Io. Campeg. in cōsilio secundo. in fine, & in consil. vndecimo. colum. quarta. insertis in consilijs Bruni. Ias. in consilio ix. colum. tertia. & Socy. in consil. decimo. colum. iij. insertis in eisdem consilijs Bruni. Brunus ipse in consi. xviij. colum. iiij. Angel. in consilio clxxiiij. Cur. Senior in cōsilio lxxxij. colum. quarta. Cur. Senior consi. j. colum. quinta. versicu. secundam decisionē. in consilio lxxviij. colum. prima, & penulti. versiculo, & eodem modo. clxxxv. columna secunda. & in consi. ccviij. secundo dubio. & in consil. cccxc. nu. quinto. Anto. Rube. in consi. xviij. Plus tenuit Bald. in c. j. colum. iiij. an

33 agna. vel fil. † quòd concessio simpliciter facta est hereditaria. idē tenuit Comen. in cōsi. clxvj. Alex. in consi. xx. vol. v. Ant. Rub. consi. xviij. col. j. & consi. lxxxiiij. col. j.

Quinimo plus per bona fundamenta cōsuluit Cur. Iunior consi. ij. quod concessio est hereditaria, etiā dato, quod dictio hæredibus, non esset apposita in principali dispositione, sed in clausulis executiuis. Et propterea in casu nostro res videtur clarior; quia in fine cōcessionis dicitur; preterea recipimus eundē Alledramū Marchionem cū filijs & hæredibus suis; &c. Nā quando in concessione vltra verbū, heredibus, est appositum verbū, filijs; tunc nemo discrepat, quod concessio est hęreditaria; vt per Docto. in prædictis locis. Nec huic conclusioni obstare videtur, si velit dici, quod in his feudis magnarum dignitatū, & præcipuè in Marchionatu Saluciensi & Montisferrati seruatū est ius primogenituræ; & sic nō deferatur iure hæreditario; prout videtur voluisse Ias. in consi. clxviij. col. fi. versi. ista fortius procedunt. in iiij. vol. vbi allegat And. de Iser. ita tenere in cap. Imperialem. §. pręterea Ducatus. circa principium. de proh. feu. alie. per Federicum. quia respōdetur, quòd And. de Iser. non dicit id, ad quod Iason eum allegat; quinimo quòd primogenitura deferatur iure hæreditario, videtur text. formalis in cap. licet. de voto. vbi secundogenitus nisi adimpleat votum paternum, priuatur iure primogenituræ deficiente primogenito sine prole; qui non priuaretur nisi eam haberet iure hæreditario, & ita in terminis consuluit Oldra. consi. lxxxvij. vbi in col. v. vers. vlterius. inducit dictum tex. dicto modo. quem refert & sequitur d. Abb. Panormita. in cōsi. tertio. in primo dubio. vol. ij. d. Iason in l. si non fortem. §. libertus. ad fin. ff. de condictio. indebit. Marti. Laudē. in tractatu primogenitur̨. col. penultima. versiculo, quæro an primogenitus mortuo Rege. & colum. finali. in vltima quæstione. Socy. in consi. xlvij. colum. secunda. circa principium. volu. iij. & quòd sit hæreditarium videtur etiā probari ex testibus examinatis ad æternam rei memoriā ad instantiam illustrissimi Marchionis Manfredi deponentibus super sexta parte capitulorū, quod Marchio Mādfredus tenebat & possidebat Marchionatū Mōtisferr. tāquā hęres illustriss. Marchionis Ioannis. Et propterea præsup-
34 posito, quod sit feudū hęreditariū † ad illud admitti non pōt illustrissimus Marchio Franciscus; nisi sit hęres primi acquisitoris mediatus vel immedia-

immediatus.secũdũ Iac.de Belu. in cap.j.de
eo.qui sibi & hæred.suis.& in c.j. an agn. vel
filij defunct.& ibi Mart. Laud. & Iac. Aluar.
And.de Isernia,& alij in c.j.§.hoc quoque.de
succe.feud.& Aluaro. in cap.j.§. & quia. qui
feud.da.poss.d. Alexan. consi.x.col. pen.vol.
iij.vbi dicit hanc esse cõmunem. & in consil.
xxx.col.iij.versi.sexto.vol.j.quoniã, vt dicunt
Doctor.in prædictis locis,non venit ad dictũ
feudũ, tanquam hæres vltimi decedentis, à
quo feudũ vacat; sed tanquam successor &
hæres primi acquirentis, vt etiam dicit Cald.
consi.xiij. in tit.de feud. Deci. in consi. ccviij.
ad fin.Curt. Iunior consil.j.col.v. versi.secun
dam itaque facio principalem conclusionẽ.
Brunus in consi.xviij.col.iiij. versi.tertiò quia
præsupposito. & per Alexand. clarissimè in
consi.xxvj.col. penult. versicu. sed iam vt di-
ctum est. & per totum, volu. v. & Brunus in
consi.xl.col.ij.versic.iiij. & ideo cùm illustris-
simus Marchio Franciscus non possit esse
immediatus hæres Alledrami primi acqui-
rentis, quia non erat conceptus tẽpore eius
mortis.l.si Titius. & l.itẽ si prætor. ff.de suis
& legit.l.j.§.si quis proximior.ff. vnde cogna.
& ita in specie tenet d. Præp. in cap.j. §. hoc
quoque.colum.fin. versi.quæro de alia quæ-
stione.de success.feu.& fuit originalis opinio
Ioan. de Blauasco, prout eum refert Bald.in
cap.j.colum.v.versic.dicit Ioan. de Blauasco,
in tit.an agna. vel fil. vnde necesse est, quòd
sit hæres mediatus,& sic quòd sit hæres vlti-
mi decedentis, cuius si est hæres, est etiam
hæres omnium illustrissimorum prædecesso
rum.l. finali.C. de hæredibus instit. & con-
35 sequenter†illorum factis & gestis contraue-
nire non potest. l. cũ à matre.C. de rei vend.
Iacob. de Belu. in dicto cap.j.§. hoc quoque.
de success. feud. & ibi Bald. in vltima colum.
Andr.de Isern.in cap.j. de alien. feud. pater.
& consuluit in terminis d.Alexan.in dicto cõ
sil.xxvj. volu.v. Sed, vt supra demonstratum
est, plurima gesta fuerunt per illustrissimos
Manfredum,& successores, ex quibus elici-
tur consensus & approbatio illustrissimæ fa-
miliæ Palleologę in Marchionatu Montis-
ferrati, & renuntiatio iurium ipsorum illu-
strissimorum Marchionum Salutiarum, &
contra eos præscriptionem legitimam per
tempus cuius initij memoria in contrarium
non existit cucurrisse.quinimò plus videtur,
quòd ex quo Marchia Salutiarum etiam cõ-
prehenditur in inuestitura Ottonis in Alle-
dramũ, quæ, vt supra præsupponitur est hæ-
reditaria,ex quo illustrissimus Marchio Fran
ciscus dicit se Marchionẽ Salutiarũ, necnon
dicat se hæredem illustrissimi fratris vltimi
decedentis,quia in feudo concesso pro se &
hæredibus,non est differentia inter agnatos
36 & filios,†quia non potest volens succedere
in feudo hæreditario repudiare hæredita-
tem vltimi decedentis,& acceptare feudum,
secundùm Iaco.de Belu.ita intelligentẽ tex.
in cap.j.an agna.vel fil.vt ibi per eum. & hãc
opinionẽ tenet And. de Isern. & Matthęus
de Afflict.ibi,& in cap.j.de eo, qui sibi & hæ-
red.suis.& videtur tenere Alexand. in consi.
x.col.penult.volu.iij.eandem opinionem vi-
detur tenuisse Bart.in l.quod dicitur.ff.de ver
borũ oblig. & in l. vt iurisiurandi. §. si liberi.
ff.de oper.liber. & in l. Gallus.§. etiam. ff. de
liber.& posthu.& in l.item veniunt.in §.nunc
videndum est.ff. de pet. hæred. & consuluit
nouissimè Curt.Iunior.in consi.cxxxviij. vbi
noua consideratione inducit tex.in cap.j. an
agna.vel fil.& reprehendit Alexan.consulen
tem satis esse,quòd sit hæres primi acquiren
tis,vt ibi per eum.

Emittet uerbum suum, & liquefaciet ea;
Flabit spiritus eius, & fluent aquæ uiuæ

Prædictis non attentis dicitur intentionem
illustrissimi Marchionis Francisci fundatam
esse, ipsumque illustrissimum Marchionem
iustitiam fouere, referendumque esse inui-
ctissimo Cęsari eius partes pro iustitia esse in
uestire & recognoscere illustrissimum Mar-
chionẽ Franciscum tanquam descendentẽ
Alledrami ex Thete mediantibus illustriss.
eius Thetis descendentibus legitimis ma-
sculis Salutiarum Marchionibus, & vocatũ
ex inuestitura Ottonis in Alledramum pri-
mum stipitem & acquisitorem de Marchia
Mõtisferrati,& bonis & iuribus in ipsa inue-
stitura Ottonis descriptis pro se & hæredi-
bus, & prout & sicut illustriss.eius Marchio-
nis Francisci antecessores descentes Alle-
drami & Gulielmi eius primi filij masculi &
legitimi tenuerunt & possederunt vsque ad
illustris.Marchionem Ioãnem vltimũ desc&ẽ
dentẽ masculũ dicti Gulielmi. Ad quod de-
monstrandum in primis aduertendũ est cir-
ca inuestituram seu concessionẽ Ottonis,an
sit feudalis vel allodialis. Considerandũ ita-
que est in primis ꝙ quanquã non potest dici
serenissimũ Ottonẽ creasse Alledramũ Mar
chionẽ eum nominãdo Marchionẽ in dicta
cõcessione,quia non apparet ex ipsa conces-
sione, quòd voluerit eũ creare Marchionẽ,

clem.si summus Pontifex.§.j. de senten.exc. & in Canonistæ.l.ex his.& ibi Doct. maximè Ias. C.de testamen.milit.doct.Bar.in l.ex hac scriptura.col.iij.versi.venio ad tertium.quando verba proferuntur per modum demonstrationis.ff.de donat.not.in c.si.de succes.ab intesta.d.Alex.in consi.xvij.col.ij. versi.confir
37 mantur predicta.volu.ij. † talis tamen nominatio in ipsa concessione cùm sit de longinquo,probat,quòd illustrissimus Alledramus erat Marchio,secundùm Anto.de But.in d.c. fin.col.antepen.circa medium.de succes. ab intest.Bal.& Sal.in l.cum aliquis.& ibi Ias.C. de iure delib.Ias.in d.l.ex his.col.ij.vers.quartò singulariter limita.& d.Alex. in consi.xxv. col.ij.vol.iiij.& in consi.xv.col.ij. volu.v.

Considerandū est etiam,ꝙ Otto in procemio concessionis dicit, Alledrami Marchionis interuentu,& petitione Adlaydæ nostræ coniugis,&c. & in principio concessionis dicit,concedimus,donamus atq; largimur prę fato Alledramo Marchioni, & sic expressò nomine proprio & appellatiuo dignitatis; & propterea videretur dicēdū,ꝙ tum quia nomen proprium procedit;tum,quia dicit, cuius petitionibus annuentes, & ipsius fideli-
38 tatis consideratione, † quasi Otto videatur considerare merita personę,& nō dignitatē, quòd concessio dicatur personalis & facta personæ, non autē realis, nec facta dignitati,per tradita in c. quoniā Abbas. de officio deleg.Bar. & Doct.in l.& quia.ff.de iurisdic. om.ind.& Barto.in l.si cōmunis seruus ita stipuletur.ff.de stipul.seruo. Sed quia si vellemus tenere, ꝙ fuerit libera donatio omniū locorū & bonorū cōprehensorum in ipsa donatione & pleno iure, certè dicta concessio
39 non valuisset. † Nam Imperator tempore coronationis iurat de non alienando bona Regni; quia non est merus dominus iurium Regni, sed potius præpositus & administrator.c.intellecto.& ibi Abb. in tertio notabi. de iureiuran.& proculdubiò dicta alienatio fuisset nulla, præsupponendo, quòd fecisset liberā donationē de omnibus contentis in ipsa donatione cū facultate alienādi, quā facultatē etiā habuisset, si expresse data nō fuisset, quando fuisset libera donatio, ideo clarissimè non tenuisset, quoniā fuisset magna deminutio, secundū Bald. in proœ.feu. in verbo, expedita.Bart.in l.prohibere. §. fi. ff.quod vi aut clam.& dicit d.Abb.in d.c. intellecto.col.ij.circa mediū, quòd ita communiter tenetur. Io.de Imo.in rub.ff. de ver.ob.

& Angel.in l.si certarū.in princip.ff.de testa. mili.& est de mente Bal.in ti. de pace Const. in verbo, successorū suorū. d.Alex.in consi. xxiiij.col.fina. volu.v. Ideo dicendū est, ꝙ dicta bona adiecerit Marchiæ, & consequenter concesserit dignitati, augendo Marchiā, quā ipse Alledramus iam obtinuerat, nam iamdudū Marchio erat;vt ex lectione cōcessionis ponderando, vt s.apparet, & hoc vt actus valeat, secundū Bar. in d.l.si cōmunis seruus ita stipuletur.col.ij.versi. quæro quando secūdū vnū modū.& in l.si vnus.§.si.ff. de pact.& ita intelligatur cōcessio, ꝙ fuerit adiectio Marchię, de qua dudū Alledramus fuerat inuestitus, quia datur accessoriè, vt fiat
40 vna Marchia tota,† & quia dabatur accessoriè vt fieret vna Marchia tota, pariter regulari debebat hisdē legibus & priuilegijs, quibus prima Marchia.l.peculiū.in princi. ff. de leg.ij.l.grege.ff.de leg.j.c.Imperialē. §.Ducatum.de prohib.feu.alie.per Fed.glo.in c.j.ne sede vac.Bar.in l.si conuenerit.§.si nuda.ff.de pig.act.Et ita intelligēdo verba;cōcedimus, donamus & largimur;non repugnant datio ni, seu adiectioni in feudū, nam datio in feudū est in gratiā, vt declarat notabiliter Bal. in proœ.feu.& optimè facit quod dicit And. de Iser.in c.j.quib.mod.feu.const. pot.vbi dicit,ꝙ si per priuilegiū, vel instrumētū patet, qualiter dominus donauit tale feudū vasallo;& vasallus reperiatur possidere,censetur de tali feudo inuestitus.Et sic notat,ꝙ per donationem in feudū, potest dici constitutū feudum,& verba adaptantur ad feudi cōcessionem, igitur idem potest dici in casu nostro: Accedat quia Imperator Otto vtitur verbis formalibus;per hoc nostrū præceptū, prout iustè & legaliter possumus,concedimus, donamus atque largimur. Ergo voluit valere prout valere poterat,sed valere non poterat in vim purę,simplicis & liberę donatiōis, vt dictum est, sed bene in vim cōcessionis feudalis,& seu adiectionis ad præcedentē concessionem;iudicanda igitur est dicta concessio feudalis, & ita quasi in terminis cōsuluit Soc.in consi.lxvj.vol.iij.& faciunt ea quæ dicit Ias.in vsi.feu.col.ix.verū.si quis tamen vel let.vbi etiam ipse cōtra opinionem Oldr. in cōsi.clix.incip.ex præsenti themate quatuor videntur per ordinē suboriri. in j.dubio principali,pōderat, ꝙ ex quo feudū est beniuola
41 & gratuita cōcessio, † verbū;donamus;optimè conuenit concessioni feudali, & ꝙ etiam verba possunt impropriari secūdū subiectā

mate-

materiã; vt ibi per eũ. Et per curtium Iuniorem ĩ trac. feu. in j. parte principali, v. q. prin. col. iiij. versi. cũ non secundũ requisitum. Dico autẽ quòd fuit adiectio, quia si rectè considerentur verba concessionis, præsupponitur, quòd Alledramus esset Marchio ante concessionem; si ergo erat Marchio, ergo anteà fuerat de Marchia in inuestitus ab Imperatore. c. j. & ibi Doct. quis dicatur Dux,
42 vel Marchio. † nec enim feudũ potest esse sine inuestitura. cap. j. & ibi declarat Aluar. in princ. quib. mod. feu. const. potest. Et licèt nõ adsit instrumentum inuestituræ, non refert; quia scriptura de necessitate non requiritur. c. j. §. si enim domino. & §. si verò, quid sit inuest. c. j. qui test. sint necessarij. & declarat Aluar. in c. j. in prin. col. iij. versi. sed vtrũ scriptũ
43 quid sit inuestitura. † Nam feudũ quatuor modis acquiritur per inuestiturã, per successionem, per adeptionem possessionis, præcedente licentia domini, præsente Curia, & si quis steterit in possessione feudi per annum domino sciente & nõ contradicente, sed seruitia recipiente. c. j. in princ. & ibi Aluaro. de cõsuet. rec. feu. Et quoniã sumus in antiquis, vt dictũ fuit s. talis assertio probat, & præsumuntur omnia solenniter interuenisse, vt traditur in l. sciendum. ff. de verb. obliga. cũ concord. Moder. ibi. Dico etiam ꝙ fuit adiectio; quia loca primò nominata videntur de nouo dari, nõ autem data confirmari; prout in alijs bonis factum est; quia confirmauit tã hereditaria, quàm acquisita, & sic verba cõcessionis optimè verificantur; quia prima loca, quæ dicit cõcedere, donare & largiri, intelligũtur de nouo data ipsi Alledramo Marchioni, & adiecta Marchiæ primò habitæ, secunda cõfirmantur. Et quia hęc possunt esse propria libera & allodialia, possunt ẽt esse vt credendũ est, aliqua feudalia; & maximè Marchia precedẽs propria libera & allodialia, confirmatur impropria, libera & allodialia, nec enim in his potest cadere conductio in feudum; quia conducerentur propria vti propria; & sic cõductio esset nulla, secundũ Bar. & comuniter Doct. in l. si rem aliquam. ff. de acqui. poss. Paul. de Cast. in consi. cliij. su per primo quæsito. col. j. Nec mirum est, ꝙ
44 illud verbũ, cõfirmamus, diuersimodè significet secundũ naturã bonorum; vt respectu propriorum, liberorũ & allodialium, confirmet impropria, libera & allodialia, respectu verò feudaliũ cõfirmet in feudalia, secundũ gl. in l. ij. in verb. manumitti. ff. de off. procon. & leg. Pau. de Cast. in cons. ccix. visis his. col. iiij. & ita etiam intelligatur potestas alienãdi data in concessione, quia facultas concedatẽ liberè alienandi propria, libera & allodialia; & concedatur facultas alienandi feudalis limitatiuè secundũ constitutiones & consuetudines feudales, scilicet cũ consensu dñi & agnatorũ, vel etiã sine consensu in casibus in quibus licet, put ita intelligit Deci. clausulã, quibus dederit. in cons. cxciij. col. iiij. versi. & ideo consonat, ꝙ illa verba, & cui dederit.
45 † Et ꝙ potestas alienandi data in concessione feudali intelligatur secundũ naturã feudorũ, tenuit Spec. quem sequitur Io. And. in tit. de loca. §. nunc aliqua. versi. xciiij. & ita cõsuluit d. Alexan. in consi. cvj. vol. iiij. repetito in consil. cxxviij. vol. quinto. & ante Alexandrum consuluit Bald. in consil. cclxxv. quod pro regula in feudis. columna penultima. in principio. versicu. addo etiam circa prima dicta in quinta parte. secũdum impressionẽ meam. Consuluit & Ant. Rub. consi. cx. posset etiam intelligi facultas alienãdi respectu aliquarum rerum particularium Marchiæ, non autẽ totius Marchiæ, & tituli Marchiæ, secundum Alb. de Ros. in dictionario, in ver. feudum. col. iiij. vers. quæro pulchrã quæstio. & omnia planè procedunt. Concludo igitur ꝙ respectu locorum primò nominatorũ fuit concessio seu adiectio feudalis; respectu verò bonorũ & iuriũ secũdo loco nominatorũ fuit confirmatio. Sed quia ipsa confirmatio respicit diuersa bona & iura, scilicet propria, libera & allodialia, itẽ feudalia; respectu propriorum, liberorum & allodialiũ fuit confirmatio libera & absoluta; respectu verò feudaliũ fuit confirmatio feudalis, quę ꝓpriè cadit in feudis antiquis, vt declarat Aluaro. in c. j. in principio, quid sit inuestitura. & in capitulo primo. in principio, per quos fiat inuestitura. & in cap. j. §. fina. colum. fina. versiculo, oppone ab extra. de feud. cog.

Et pro ista intelligentia bene faciunt illa
46 verba; omnes res, & proprietates suas. † Nã verbum; res, est verbum generale. l. rei appellatio. & rei appellatione. ff. de verbor. signifi. d. Alex. in l. j. col. iij. in viij. notabili. ff. si cer. pe. & sic aptum comprehendere feudalia, emphyteutica, iura & actiones, bene facit l. rem in bonis. & ibi not. ff. de acquiren. rerum do. bene etiam facit decisio And. de Iser. in cap. j. ad finem principij. de cap. qui cur. vend. vbi dicit, quòd appellatione bonorum veniunt feudalia. & Specul. in tit. de instru. edi. §. nunc

aliqua. versic. clviij. vbi dicit, quòd qui repu-
diat bona paterna, intelligit repudiare em-
phyteutica ecclesiæ, refert & sequitur Ias. in
l. quod dicitur. in ij. quæst. Bar. ff. de verb. obl.
47 verbum autē † proprietates, comprehendit
solum directū dominium; secundùm Bald.
in l. pen. in ij. col. C. si à non comp. iudi. qua-
propter dixit Bal. in l. ij. ff. de cōd. instit. quòd
si quis in libello dicit proprietates ad se per
tinere, vel se esse proprietariū, & postea in
processu probet de vtili dominio, vt puta, ꝙ
sit vasallus vel emphyteuta, succumbit. De
quo verbo ponit Iason in l. naturaliter. §. ni-
hil commune. in ij. lectura in euidentialibus.
ff. de acquiren. possess. & in §. omnium. col.
x. Inst. de act. & in l. traditionibus. col. iij. vers.
subdit Bald. & sequenti. C. de pact. & sic ces-
sant omnia pōderata in contrariū; & primò
non obstant illa verba, concedimus, dona-
mus & largimur, ponderata s. nume. 10. quia
respondetur, quòd optimè conueniunt cō
cessioni primorum locorum, quæ est feuda-
lis, & adiectio ad Marchiam, vt s. cōclusum
48 fuit. † Et cùm fuerit adiectio seu incremen-
tum, non fuit opus noua inuestitura; vt tra-
ditur in cap. j. in §. sed etiam res. & ibi no. Al-
uaro. per quos fiat inuestit. & in c. j. in §. si q̄s
de manso. col. iiij. versi. quæro, an pro tali in-
cremēto. de contr. inuest. faciunt tradita per
Bart. in l. si conuenerit. §. si nuda. ff. de pignor.
act. cum alijs supra allegatis. Non etiam
obstat, quòd in secundo c. appositū sit ver-
bum confirmamus, & corroboramus, pon
derata supra eo. nu. 10. versicu. itē vtitur. quia
optimè conueniunt, vt dictū fuit. Et inquan-
tum opponitur non constare, quòd bona
confirmata essent feudalia; respondetur,
imò constare; quia ex dicta concessione ꝓ-
batur (vt dictū fuit) quòd Alledramus du-
dum antea erat Marchio; ergo erat inuesti-
tus de Marchia, vt dictum fuit. Et confir-
mando omnes res suas, ergo etiam confir-
mabat Marchiam, quā præsupponebat ha-
bere. nam confirmatio præsupponit semper
aliquid prius esse, quod confirmetur, secūdū
Bal. in l. nominationes. circa fin. versi. conclu-
de ergo. C. de app. Deci. in rub. de confir. vtil.
vel inutil. col. j. vers. secundo pro introductio-
ne. Non etiā obstat, vt dixi eod. nume. versi.
item confirmat. quod confirmat res suas ꝓ-
prias, quæ non possunt cadere in concessio-
ne feudali. propterea quia concedens in feu-
dum retinet directum. Nam respondetur, ꝙ
respectu propriorum liberorum & allodia-
lium, non est confirmatio feudalis, sed li-
bera; & ꝙ est confirmatio feudalis respectu
tantùm feudalium, & ꝙ verbum, confirma-
mus, extenditur ad vtraque secundum eorū
naturam, vt declaratum est suprà. Et pro hac
intelligētia optimè facit doct. Bar. in l. Quin-
tus. in §. argento. ff. de auro & argen. lega. dū
dicit, ꝙ regula, de qua ibi, fallit ratione perso
næ, ad quā loquitur. Item ratione personæ
loquentis, item ratione rei, quæ omnes fallē-
49 tiæ optimè conueniunt. † Et qui etiam pro-
nomina possessiua meum, tuū, & suū, intelli
guntur etiam de dominio vtili, vel quasi. l. ser
uos. cum simi. ff. de leg. iij. Bar. in l. certum. §. j.
per illum tex. ff. de confess. & in authē. sacra-
menta puberum. col. fin. & ibi etiam alij. C. si
aduer. ven. per Bal. in rub. C. de verb. sig. Ias.
in l. indebiti. §. sed si nummi. in vj. notab. ff. de
condi. indebi. Non etiam obstant illa verba,
quæ in antea acquirere poterit, ponderata s.
eo. nu. 10. vers. itē subiungit. Quia respōdetur
pariter intelligi confirmari secundū naturā
quærendorū, vt si acquireret feudalia, confir
mentur vt feudalia; si libera & allodialia, con
firmentur vt libera & allodialia. Inquantum
etiā opponitur eod. nu. 10. vers. itē in ipsa scri-
ptura. non legi in dicta concessione interue-
nisse actum verū, vel fictū inuestiendi: nam
respondetur, quòd imò interuenit, quando-
quidem concedendo prima loca, transtule-
rit dominium, secundùm Ang. in l. officium.
ff. de rei vendic. Ioā. And. in c. olim. de ver. sig.
in nouella. Bal. in cap. licet causam. col. viij. de
probation. & in præludijs feud. colum. ix. &
Alexan. in consi. clxxxvij. colum. fina. versicu.
quod autem. volu. ij. Ias. in d. l. traditionibus.
col. ij. versic. nunc se offert pulchrum dubiū.
C. de pact. Item intelligitur concessa licentia
ingrediendi possessionem; & hæc dicitur in-
uestitura, vt declarat Aluaro. in d. c. j. in prin.
50 quid sit inuestitura. Præterea † cùm sit ad-
iectio seu incrementum, non requiritur in-
uestitura, vt dictum est; respectu verò aliorū
confirmatorum non requiritur inuestitura,
sed sufficit confirmatio, vt dictum est. s.
Pro ista etiā cōsideratione faciunt illa ver-
51 ba, & ipsius fidelitatis consideratione, † quia
fidelitas est proprium & peculiare vasalli. c. j.
qualiter vasal. iur. deb. fid. & c. j. de form. fide-
lit. & c. j. de no. for. fidel. & ibi Docto. imò va-
sallus intelligitur suo nomine fidelis. c. j. an
test. remo. deb. & cap. primo. §. primo. versic.
cùm verò Corradus. qui feud. dare poss. Ias.
in præludijs feud. colum. decima. versiculo,
quid

quid autem sit fides. ibi, pro hoc quod dicitur feudū. & si verbum, fidelis, significat vasallum, ergo verbum, fidelitas, significat vasallagium, & homagium bene facit, quia dicit Alledramum Marchionem petijsse concessionem, & confirmationem, postea subiungit, cuius petitionibus annuētes, & ipsius fidelitatis cōsideratione, & sic mouetur propter fidelitatem Marchionis, ergo propter fidelitatem vasalli & feudatarij, bene facit;
52 † quia regulariter feudū datur propter fidelitatem, cap. nulla. & ibi Aluaro. in j. notabili. per quos fi. inuest. & sic prędupponit, quòd Marchio Alledramus optimè seruauerit fidelitatem, quam tenetur, & debet Marchio seruare, & proinde nedum meruerit confirmari in Marchia, sed eidem Marchia augeri, prout auxit addendo loca primo nominata, & ideo non obstat, quòd in dicta scriptura non legatur iuramentum, quia iuramentum, fidelitas & inuestitura pręcesserāt.

Non etiam obstat inquantum eodem nu. 10. versi. item subiungit quicquid. quòd transtulit pleno iure propter illa verba, & quicquid ibidem hactenus iuri regni Italici pertinuit, vt sicut hucusque iuri regni nostri & dominio submissa sunt, ita ammodò in antea præfati Alledrami Marchionis dominio subdantur, & in eius ius delegentur, & omnino transfundantur. Nā respondetur quòd ex quo transfundit & delegat in eū tanquā Marchionem non potest intelligi pleno iure, nec ratione directi dominij, quod non cadit in Marchione, sed in superiore, vt declarant Bald. & alij in prælud. feud. Accedat quod in proœmio dicitur oportet Imperialem excellentiā, autem serenitatis suę honestis fidelium suorum petitionibus inclinare, ponderando illud verbum fidelium suorū, & exponendo, id est, vasallorum suorum, vt supra prox. Et dum subiungitur, quatenus promptiores & deuotiores eos in suum efficiant famulatum, per quæ verba præsupponitur induci ad dictam concessionem, adiectis & confirmatis, vt Marchionem Alledramum promptum & diligentem ad eius famulatum efficiat promptiorem & diligentiorem, quæ magis propriè conueniunt vasallo quàm simplici donatario. † Nam vasallus tenetur in multis famulari domino, vt in tit. quæ fuit prima cau. ben. amitt. & in tit. quib. mo. feu. amitt. Et ex pœmio colligitur causa finalis cuiuslibet dispositionis. l. fin. & ibi Doct. ff. de hæred. instit. & in l. j. & ibi Bar.
53

per illum tex. ff. ad Macedon. Alex. consi. vij. col. ij. vol. ij. & in consi. xx. col. ij. vol. j. & per Soc. in consi. clxv. col. iij. Pro ista consideratione etiam bene facit inquantum subiungitur in dicta concessione, quòd nulla persona Italici regni possit eū disuestire, quia disuestitura propriè cadit in vasallo inuestito, & est actus contrarius inuestituræ, & per quem inuestitura soluitur, vt declarat Bald. & sequuntur alij in c. j. §. fina. col. fin. per quos fiat inuestit. ergo præsupponit concessionem ipsam feudalem esse, alias impropriè loqueretur, quia priuatio prędupponit habitum. l. decem. ff. de verbo. obliga. & quod non est, dissolui non potest. l. eius. ff. si certum peta. & in terminis est glo. & ibi Doct. in c. Imperialem, §. insuper. in ver. dominū offenderit. de proh. feu. alie. per Fed. quę allegat bonum tex. in l. bouem. §. si sub conditione. ff. de ædil. edic.

Clarissimè etiam probatur, dum subiungitur, quòd si aliquis contentionem de his supradictis omnibus cùm eodem suisque heredibus habuerit, volens illi obijcere, quòd inuestituram inde præterito tempore non habuerit, liceat eidem Alledramo suisque heredibus per nostrā datā licentiam & huius nostri constitutionē aut per sacramentū aut pugnam declarare. Ergo vult duo, q de supradictis omnibus habuerit inuestiturā, ergo con-
54 cessionem feudalem. c. j. quid sit inuest. † & q eā possit probare per sacramentū vel pugnā, quæ probatio propriè cadit in vasallo de pugna est tex. in c. j. §. non est consuetudo. & ibi gl. & doc. de alie. feu. pat. de sacramēto est tex. in c. j. §. si vero vasallus. & §. si aūt. quid sit inuest. & c. j. §. si tres. de pace tenen. & c. j. in princi. & §. penult. & per totū. de consuetud. rec. feu. Probatur etiā, quia cùm recipit cū filijs & hæredibus, & bona iustè & legaliter pertinentia sub eius mondiburtione, & sic sub eius protectione, quæ propriè cadit in domino erga vasallū, nā sicut vasallus tenetur erga dominū, ita dominus erga vasallū. c. j. §. fin. de for. fid. & c. j. §. domino cōmittente. si de feu. defunc. cont. sit inter dom. & agna. vasall. & c. j. qualiter do. prop. priue. licet de sui natura dicta verba non importēt inuestiturā feudalem, prout consuluit Aret. in consi. clxxvj. Magnifici viri. quod est consilium penul. col. ij. versi. circa tertium. Et quid importent ista verba, ponit Bar. in §. omnē. in proœ. Digest. col. pe. versi. item dicitur hic, q iura protectionis. Bar. & Ang. in l. j. C. de exc. mu. li. x. & est bonus tex. i c. accepimus. & in cap.



cap. ex parte tua. el secundo. & ibi d. Abb. de priuileg. d. Andr. Barbat. in consilio j. colum. penul. vol. iiij. Ioā. de Pla. in d. l. j. C. de excus. mu. lib. x. Decius in c. ad audientiā. de appel. & quanquā in casu Aret. non importent inuestiturā, tamen in casu nostro (vt dixi) multum opitulantur ad declarandū, quòd dicta concessio sit feudalis. Ex his patet non obstare, prout dictum fuit in dicto numero 10. de enixa mēte Ottonis, quòd voluerit donare. Ad licentiā alienandi, responsum fuit s. num. 35. ad fi. 36. & 37. Vltimò bene facit, quia cōstat descendentes Alledrami tenuisse Montemferratum, & recognouisse Imperatores de Monteferrato tanquam de Marchionatu, & sic ex primordio tituli posterior formatur euentus, vt dicit tex. in l. vnica. prope fi. C. de impo. lucra. descri. lib. xj. imò si de aliquo titulo non cōstaret, tamen præsumeretur feudum, ex quo Imperatores tam longissimo tēpore in feudum recognouerunt, secundùm Bal. & alios in c. j. §. fin. de feu. da. in vicem leg. comm. bene facit, quia qualitas concessionis declaratur ex sequētibus actibus. l. si ventri. §. j. vbi glo. & Ang. ff. de priuil. cred. c. officij. & ibi gl. de elect. l. itē si filiusfamiliās. §. proinde. & ibi Bar. ff. ad Macedō. Bal. in l. si certis annis. col. iij. & ibi Ias. col. fin. C. de pact. bene facit l. ij. C. de acquir. poss. & Corneus in consi. xxiij. ccc j. & cccxij. volu. j.

Secundò principaliter circa dictam concessionem aduertendum est, quoniā eleuata fuit difficultas, an illa verba, ac vtriusque sexus familias, debeant habere coniunctionem, ac vtriusque sexus familias, vel præpositionem ad: circa quam difficultatem satis videretur esse congruenter responsum, respondendo, quòd hactenus non fuit exhibitum aliquod exemplum authenticū, in quo legatur præpositio ad, sed in omnibus exēplis pro parte illustrissimi Frācisci Marchionis productis legitur coniunctio ac, tam in procemio, quàm in dispositione, & ideo illis standum esse, quia aliud productum nō est aliter continēs. l. cum precibus. C. de proba. cum similibus. Sed tamen vt curiosis etiam satisfiat, dicitur, quòd si bene inspiciatur, & consideretur locus concessionis, vbi posita sunt dicta verba, non potest dici salua ratione recti sermonis, quòd præpositio ad, stare possit, sed imo de necessitate stare debeat coniunctio ac, argu. l. Plautius. ff. de auro & argen. leg. & ibi Bart. & Bart. in l. fina. per illum textum. ff. ad Trebellia. nam dicta verba, tam in procemio, quàm in dispositione, sunt posita post verba, res, & proprietates suas, & sic post res quæ conceduntur, vnde congruenter, & secundū rectū sermonem debet stare coniunctio copulatiua, quæ coniungat & copulet personas quæ conceduntur ad res quæ etiam conceduntur,

55 † nā personæ etiam dicuntur alienari, vt per glo. in l. inuitus. ff. de fideicom. libet. & tex. in c. j. §. prę terea Ducatus. de proh. feu. alie. per Federic. & per Ias. in l. pacto successorū. quam legit sub l. debitorū pactionibus. in secundo notabili. C. de pact. per Barbat. in c. verū. col. penult. de foro compet. & in consil. xj. in ij. volu. per Socynū in consi. lxxxvij. iij. volum. per Iasonem in l. si non sortem. §. libertus. col. ix. in fi. & sequenti. ff. de condi. indebi. latè Brunus in consi. xij. in tertia ratione. col. xxj. & sequentibus, & Moderni in l. ij. in princ. ff. soluto matrimo. Nam si voluisset concessionem respectu personarū quibus conceditur extendere ad vtriusque sexus familias, non posuisset in dicto loco, vbi res conceduntur, quia non congruebat, sed posuisset post personā Alledrami Marchionis, & sic post personam cui conceditur, & sic in procemio posuisset, ibi, de beati nostri præcepti pagina illi ad vtriusque sexus familiās cōcederemus, & in dispositione ibi, præfato Alledramo Marchioni ad vtriusque sexus familias, & infra, ibi, tam ipse, quàm sui hæredes vtriusque sexus, in quibus locis congruenter cadebāt.

Et quòd debeat stare coniunctio seu copula, ac, nō præpositio ad, clarè probatur, quia in eadē concessione tertio loco inseritur inter res in ablatiuo casu vtriusque sexus familijs, vbi non est dubiū, quòd vtriusque sexus familiæ cōceduntur cū rebus ibidem nominatis, ex quo sequitur, ꝙ vna pars dispositionis declarat aliam. l. vtrū. & ibi Bart. not. ff. de petitione hæreditatis. & per Modernos in l. qui filiabus. ff. de legatis primo. Confirma-

56 tur, † quia feuda non conceduntur regulariter fœminis, & maximè feuda iurisdictionū & dignitatū maximarum, ad quas fœminæ sunt inhabiles. c. j. §. hoc autem notandū. qui feudū da. possunt & in c. j. §. ad filias. de successio. fratrū. & in c. j. an mutus. & in cap. 4. de alie. feu. pat. Ista tamen quæstio non videtur multū vtilis, quia etiam dato quòd staret præpositio ad, & posset dici fœminas voca-

57 tas, † tamen intelligerentur vocatę ordine successiuo, non extantibus masculis. cap. 4. §. quinetiam. Episcopum vel Abbatem. & in cap.

cap.j.§. filia verò de success. feud. & in cap. j.de eo qui sibi & hæred.suis. Curt. Iunior in tract.feud.in prima parte tertiç partis principalis,versi.decimosexto ad limitationem.d. Alex.in l.quod dicitur.in penult.char.col.iij. versi.nã in feudo.ff.de verb.obl. Et i terminis quãdo vocant sub nomine collectiuo, & per dicta verba vtriusque sexus; consuluit d. Alex.in consilio ix.in v.vol.& sequit Curt.Iunior in tract.feud.in dicta prima parte tertiç partis principalis,in xvij.q.& ante Alex.consuluit Fulgo.de quo ipse non meminit,cõsi. viij.quicquid dicat Decius in consi. ccvij.in primo dubio,vbi reprehendit Alex.& malè: nã dictũ Bal.in l.fi.C.de suis & leg. in quo se fundat Decius, loquit in inuestitura recepta sub uerbis importãtibus simultaneã successionẽ masculorũ & fœminarũ; & ideo ad casum Alex.non conuenit; licèt etiã ipsa decisio Bal. in casu suo fortè de iure nõ ꝓcedat; tum q̃a mouet per tex.non authenticũ,tum etiã per fundamenta Curt. Iunioris in tract. feud.in iij.parte , in xvj.q. & alijs urgentibus fundamentis.Et contrariũ cõsuluit Fulgo.in consi.ccxxix. col.ij. versi. deinde si exprimatur.& ego addo contra Bal. ibi esset tex. in l. cum te in Gallia.& ibi ponderat Bald. circa princ.versic.cum te vnum ibi, unde intelligitur secundum naturã obligationis.C. si cer. pet.nã si dictiones simultaneç;vt puta, simul & cum;etiã quòd ponantur coequaliter,intelliguntur secundum naturã dispositionis: ergo appositæ in concessione feudali, intelligentur secundum naturam cõsuetudinum feudalium , uolentem quòd fœminæ admittantur non existentibus masculis, sed nõ expedit de veritate Decisionis Bald. disputare pro sustentatione opinionis Alex. & Fulgo. quia verba sunt diuersa. Non est etiã verum, quod dicit Decius in dicto consilio v.

58 † quòd collectiuum importet prælationem tantũ in casibus in quibus est disparitas gradus; sed imò semper etiã vbi est paritas gradus,si ratio prælationis adsit; ita Bar. qui cõmuniter approbatur in l. hæredes mei.§.cũ ita.versi.& aduerte.ibi,& ꝑ hoc dicebã.ff. ad Trebell.& ibidem Moderni,& in l.Gallus.§. quidam rectè.ff.de lib.& posthu. & inter cæteros Soc.consi.clxj.col.iiij.in iij. quæst. versi. secunda conclusio fit, quòd institutio & idẽ cõsuluit in effectu d.Alex.in consi.xxix.quoniam abundè.col.pen.versi.fortificantur prç dicta.vol.j.Curt.Iun.in d.tract. feud.i iij. par. versi.duodecimò pro limitatione. Benefacit, quòd in fortioribus terminis consuluit Dyn. consi.ij. visis & diligẽter examinatis in suprascripta quæst.allegationibus.versi.prætereà etiã si in feudi cõcessione.d. Signor. de Homed.cõsi.x.col.ij. versi. itẽ nõ obstat tertiũ.& in consi.xj.quidã nomine Fanus, ĩ qui

59 bus cõsilijs Dy.& Signo.dicunt † q si inuestitura cantet pro se & hæredibus,tã masculis, quàm fœminis;tamen adhuc intelligitur ordine successiuo, scilicet vt fœminæ admittãtur, ita demum si masculi non existũt & idẽ consuluit Soz.consi.xix.col.ij.versi.quinimò fortius videtur.& col.iij.versi.& posito.in casu fortiori; & uidetur etiã de mente Io. Gãpegij in consilio xj.inserto in consilijs Bruni, col.ij.versic.vnde pro confirmatione referẽdo Bal.in consilio lxxxij. primæ partis, incipiente,proponitur,quòd inuestitur aliquæ mihi in consi.ccxv. in secunda parte secũdũ impressionẽ Mediolani.bene etiã facit Rom. in consi.j.& quod tradit Soz. in consi. cxiij. col.ij.& in consi. cclxxx. ad fi. Brun. in tract. statu. excludẽtiũ fœminas.in v.art.q. xij. & in viij.art.q.xxij.col.ij.versi.sed Bart. in d.§. si liberi. Quinimò si non apparet qualis fuerit concessio, fœminç non admittuntur stãtibus masculis,ita Alex. in cõsi.xv. col.penult.ver-

60 sic. & dato volu.v. † Et hęc cõclusio habet etiã locũ in concessionibus allodialibus magnarũ dignitatũ. Nã in successionibus q̃ iure primogeniturç deferuntur , etiam quòd fœminæ admittãtur, vocantur tamen primo masculi; & nõ existentibus masculis fœminæ admittuntur, vt not.per Bal.in c. significauit. col.i.de rescr. & latius per Mar. Laud. ĩ trac. suo; de primogenitura.colum.v.versi.quęro nunquid fœmina.Et dicit Ioan.de Imol. in c. grandi.de supplen.neglig. prælat. in sexto. quem ibi Gem.& alij sequuntur,quòd in Regno Allodiali fœminç non succedunt; nisi ex priuilegio vel consuetudine; & quãdo adest priuilegium vel consuetudo,ita demũ succedunt deficientibus masculis, vt etiam ibi per Vinc.facit quod dixit Bal.in l.i.versi. & adde

61 de Rege Angliç.ff.de senat. † q Rex Angliæ descẽdens ex filia Regis Francorũ defuncti sine masculis, non põt in Regno Frãciæ succedere;q̃a nec mater eius potuisset, & facit Ro in d.cõsi.i. & hoc semper obseruatũ fuit à tẽpore Alledrami primi stipitis vsq;ad tẽpus Marchionis Ioãnis vltimi descẽdẽtis masculi ex Gulielmo primo filio Alledrami, vt clarè probatũ fuit per testes examinatos ad instãtiã Marchionis Manfredi super prima parte

te capitulorũ in causa productos. Et pariter seruatũ fuit per illustrissimã familiã Palleologam à tempore occupationis citra, prout etiam seruatum fuit in persona Illustrissimæ Margaritæ ducissæ Mantuæ, nunc aduersantis q̃ bis exclusa fuit à masculis, scilicet ab Illustrissimis fratre, & patruo. Et cùm tam longo tempore in occurrentibus casibus, ita
62 semper obseruatum fuerit, † ex tam antiquissima obseruantia & longissima consuetudine in casibus occursis, præscriptũ, & quæsitum fuit ius ipsis masculis descendentibus. Nam consuetudo & obseruãtia valet, & attenditur secundum Card. in c.j. §. qualiter. si de feu. fue. controuer. inter do. & agnat. Nã consuetudo & obseruantia est optima legũ interpres. l. si de interpretatione. & l. diutina.
63 & l. minimè. ff. de legib. Accedat † quia vna familia habens merum & mixtũ Imperium potest inducere consuetudinem, etiã cõtra ius, vt per Ioan. And. in addit. Specul. in tit. de instru. edit. §. compẽdiosè. in addit. incipiente, interposuit. per Ange. in l. iij. ff. de testam. & in l. fin. C. eod. Barto. in consi. lxxj. Ex facto proponitur. domi. Alexã. in l. si non speciali. C. de testam. & dicit Bal. i c.j. de feu.
64 march. † & q̃ in regularibus, quantũ ad successionem est semper seruanda cõsuetudo, allegat tex. in c.j. de feu. alien. quod dicit fixum & cordi tenendum; quia mors Regũ, & dominorũ frequens est, facit tex. in c.j. de feu. cogni. vbi Iac. Aluaro. dicit in nobilibus, quòd consuetudo vincit in his legem scri-
65 ptam; † & quòd ex consuetudine declaratur natura feudi, & concessionis, vt ibi per eum
66 latè in col. iij. versi. ex quibus. † Et cùm dicta consuetudo & præscriptio sic ex tanto tempore cuius initij memoria non existit in contrarium, habet uim priuilegij l. hoc iure §. ductus aquæ. ff. de aqua quot. & æstiua. & c. super q̃busdam. §. præterea. de verb. sign. & quæ scribit latè in proposito, Decius in cõsi. lxxxv. vbi consuluit fœminãm non debere admitti propter lõgissimam contrariam obseruantiam. Et ideo etiam quòd dicta concessio esset tota allodialis, & in ea verè staret præpositio, ad vtriusque sexus familias, & ita vocatæ etiam fuissent fœminæ, tamẽ intelliguntur vocatæ ordine successiuo, non extantibus masculis ex linea masculina ab Alledrami descendentibus. Et quisque remotior descendens masculus præfertur fœmine in his magnis dignitatibus, etiã quòd distet ab vltimo moriente per millesimum gradum, secundum Aluaro. post Bal. ibi i c.j. §. si capitanei versic. & suprà dicta sunt multum notanda. de feud. march. vbi dicit esse valde notandum; quia potest quotidie euenire in facto in his magnis successionibus Illustrissimorũ Comitum, & cæterorũ Illustrissimorum Dominorum & Regum habentiũ concessionẽ ab Imperatore iam sunt anni quingenti. & vltrà. Et sequuntur alij Feudistæ ibi volentes, quòd feudum transeat in infinitũ ad trasuersales vltimi morientis descendentes tamen a proprio stipite, sequitur, notãdũ reputans, Barthol. Cæpola in cautela cxcvj. incipiente, est dubium. Tertiò principaliter circa dictam concessionem est aduertendum, quòd loca ibidem descripta, & quæ vt suprà in primò principali fundamento pro intentione illustrissimi Marchionis Francisci, nume. 31. 33. & 38. conclusum fuit, addita fuerunt ad Marchiam, nõ sunt ex locis possessis per illustrissimum Ioan. Georgium & illustrissimos Palleologos prædecessores; & pro eis in præsenti causa non agitur; quia tã tùm agitur pro locis comprehensus in Monteferrato & eius Marchia, quæ loca Montisferrati & Marchionatus nusquam leguntur in dicta concessione donata, sed tantummodo confirmata; ut clarum est legere in ipsa concessione, vnde videtur inferri & sequi clara conclusio, quòd etiam si dicta cõcessio respectu locorum, & iurium donatorũ posset dici puta, & simplex donatio, non tamen obesset illustrissimo Marchioni Francisco agenti, non ad ipsa bona donata quæ sunt extra Montemferratum, & Marchiam Montisferrati, & quæ nunquam fuerũt possessa per illustrissimum Ioan. Georgiũ, sed ad bona cõfirmata, scilicet ad loca Marchiæ Montisferrati, de qua vt suprà in dicto principali fundamẽto conclusum fuit, ante ipsã cõcessionem dudum Marchio Alledramus inuestitus fuerat in feudum Marchiæ. Cum itaque non appareat de dicta p̃cedente inuestitura cõfirmata & corroborata in dicta concessione; & Marchio Alledramus eiusque descendentes omnes ipsam Marchiam tenuerint, & possederint in feudum Marchiæ, & semper se recognouerint, ac ab Imperatoribus recogniti fuerint tanquam de feudo Marchiæ, & proinde iuramenta fidelitatis præstiterint, certè præsumuntur ex tit. præcedenti Marchionatus, per iura & authoritates in præcedenti primo principali fundamento pro intentione illustrissimi Marchio

Marchionis Francisci nume. 51. Imò probatur ex ipsa cõfirmatione, quia confirmat illa Aledramo Marchioni, vt dictũ fuit in dicto primo principali fundamento. Et sic negari non potest quin Marchionatus Montisferrati sit feudũ paternũ, auitum & antiquum. Quartò principaliter est aduertẽdum circa dictam concessionem, quia ex quo cantat pro se & hęredibus, videtur quòd sit hæreditaria. Ex quo sequitur quòd illustriss. Marchio Franciscus habet necesse dicere se hæredem mediatum vel immediatum Alledrami primi acquisitoris, ex quo fundamẽto sequuntur incouenientia de quibus suprà in vltimo fundamento contra intentionẽ Marchionis Francisci. num. 25. & 26. Et in hoc illustrissimi Duces Mantuę locant ferè totam eorum intentionem. Et illud ad tollendum multum laborant omnes pro illustriss. Marchione Francisco consulentes. Quod funda mentum facilè tolleretur, si teneremus opinionem Paul. de Cast. in l. ex facto. §. fin. ff. ad
67 Trebell. volentis, † quòd non requiratur, ꝙ agnatus sit hæres, sed sufficiat, ꝙ sit descendens. quam opinionem tenet gloss. ibi, & notabilem reputat Ias. in l. si non sortem. §. libertus. ad fin. ff. de cond. indeb. & secundũ eam consuluerunt in vno & eodem casu Soci. in consi. lvij. in tertio volu. & Decius in consilio xxxviij. illam etiam tenet d. Ias. in consi. lvij. col. j. ad fin. & princi. sequentis, vol. j. quę opinio probabilis est, & in puncto iuris sustentabilis, vt dicam infra nume. 83. versicu. placet. Sed quia circa illam sustinendã satis scripserunt, & quidẽ doctissimè & pertinentissimè alij celeberrimi consultores, ideo ego cogitaui demonstare per viua & vera fundamenta iuris, ac per veras & communes conclusiones Doct. quòd etiam tenendo, quòd feudum hoc sit hęreditarium, tamen adhuc illustriss. Marchio Franciscus potest ipsum feudum vendicare absque eo, quòd se dicat hæredem illustrissimi eius fratris vltimi defuncti Marchionis Salutiarum, & quod potuerit obtinere Marchiã Salutiẽsem absque eo, quod se dixerit hæredem dicti illustrissimi eius fratris. Et in primis dico, quod & si possideat Marchiã Salutiensem, non tamen est fundata intentio illustrissimorum ducum Mantuæ, quod illustrissimus Marchio Franciscus sit hæres illustrissimi fratris, secundũ Iac. de Ardizo, quem refert Aluar. in c. j. col. vj. versic. quæro quid si vasallo mortuo, & se-
68 quuntur omnes, an agna. vel fil. † quoniã feuda non transeunt ad extraneos hæredes, & ideo agnatus immiscendo se in bonis feudalibus, etiam quod feudum sit hæreditarium, non dicitur se gerere pro hærede. l. pro hærede. §. si quis tamẽ. & §. Papinianus. & l. si quis
69 non quasi. ff. de acqui. hæred. † & quia agnatus potest repudiare hæreditatem vltimi vasalli, & acceptare feudum paternum hæreditarium, vt statim subijcitur, licet secus sit in filio, quia nõ potest acceptare feudum hæreditarium, & repudiare hæreditatem patris, & ideo ex possessione feudi hæreditarij probatur hæres patris, secundum Bald. in dicto cap. j. col. iiij. versic. quæro an filius. an agna. vel fil. sequitur Afflict. ibi, col. xj. versi. quærit demum Bal. hic. Sed per errorem refert Bal. decidere in feudo non hæreditario, quia, vt infrà dicetur, Bal. tenet illum tex. procedere in feudo hęreditario. Punctus est ergo demõstrare, quod agnatus possit repudiare hęreditatem vasalli vltimi defuncti, & acceptare feudũ paternũ hæreditarium. quę conclusio
70 pendet ab † intellectu. c. j. an agna. vel fil. defun. Circa cuius intellectum quot capita, tot fuerunt sententiæ. Bulg. & Pileus fuerunt in vna opinione, Odofr. & Specul. in alia. Ioan. Andr. in alia, Cyn. in alią, & multi alij in alijs diuersis. Difficultas reducitur ad duos principales intellectus. Alter fuit Iac. de Bel. qui fuit in illa opinione, quod dictus text. intelligatur loqui in feudo concesso acquirẽti pro se & liberis, quia in concesso acquirenti pro se & hæredibus, non est differentia inter filium & agnatos, prout fit in ipso tex. decidẽte, quod filius non posset repudiare hæreditatẽ paternam, & acquirere feudũ, agnatus vero possit. & hanc opin. tenet Andr. de Iser. ibi, & in cap. j. de eo, qui sibi & hęred. eandẽ videtur tenere Alexand. consi. x. col. penult. vol. iij. eandem videtur tenuisse Bartol. in l. quod dicitur. ff. de verb. oblig. in l. vt iurisiurandi. §. si liberi. ff. de oper. libert. in l. Gallus. §. etiam. ff. de liber. & posthu. & in l. item veniunt. §. nunc videamus. ff. de pet. hæred. Cõtrariam opin. tenuit Bald. in d. cap. j. col. iij. versi. item quæritur, nunquid repudiãdo. an agna. vel fil. quod imo loquatur quando feudum est quæsitum pro acquirente & hęredibus, quia hoc casu filij non possunt repudiare hæreditatẽ patris vltimi vasalli defuncti, & retinere feudũ, sed benè possunt agnati, ista opin. fuit originalis Iacob. de Ardizo, in summa in tit. de success. feu. col. xiiij. versi. itẽ quæritur nunquid repudiando. vbi tenet

quòd quãdo feudum est quæsitum pro se & liberis, tunc filius vasalli vltimò defuncti, potest repudiare hæreditatē patris & retinere feudum, & sic de directo contra opin. Iac. de Bel. tenentis, quia tex. in d. c. j. loquatur quando feudum est concessum pro se & liberis. Si itaque opinio Iac. de Ardizo. & Bal. est vera, tex. in d. c. j. loquitur in feudo hereditario, scilicet concesso pro se & hæredibus, & eo casu filius nō potest retinere feudum & repudiare hæreditatē, agnatus verò potest, vt sit differentia inter filium & agnatum, quam expressè ponit tex. ibi; & si ista opinio est vera, illustrissimus Marchio Frãciscus potuit obtinere Marchiam Salutiensem, & repudiare hæreditatem illustrissimi fratris vltimi Marchionis Salutiarū, & consequenter si non est hæres dicti fratris vltimi Marchionis, nō est etiam hæres alicuius ex illustriss. Marchionibus Salutiarū circa Alledramum. Punctus est ergo defendere opinionem Iac. de Ardizo, & Bal. pro quorum opinione videtur mihi esse text. apertus in c. j. an agna. vel fil. qui considerat tantùm, an feudum sit paternum vel ne, vt agnatus admittatur ad successionem feudi, defuncto vasallo sine omni prole, repudiata hæreditate ipsius vasalli, ad idē est text. in d. c. j. de grad. succed. in feu. vbi an admittatur agnatus, consideratur tantū an feudum sit paternū, hoc est, an agnatus qui vult succedere, sit descendens masculus primi acquisitoris, nec reperio tex. in toto libro feudorum requirentē, quòd debeat esse hæres vltimi vasalli decedentis. De iure au-
71 tem communi clarum est, † quòd potest repudiare hæreditatem vasalli, & petere feudum antiquum sibi quæsitū & transmissum ab ascendente communi, prout etiā in filio confitetur Iac. de Bel. in d. c. j. an agna. vel fil. vbi dicitur innuere gl. ibi, quòd filius potest de iure cōmuni, & iuris rigore repudiare hæreditatē patris, & tenere feudū. Sed quòd de iure cōsuetudinario feudorum est secus, vt ibi per eum. Nec ratio Iac. de Bel. ibi est bona, quòd agnatus nō possit repudiare hæreditatē vasalli, & tenere feudum antiquū, quia cōcedens potuit cōcedere sub illa qualitate, quòd qui deberet admitti, sit hæres, quia ista ratio bene procedit quo ad primū acquisitorem, quòd qui vult admitti debeat esse hæres primi acquirentis, quando concedens cōcesserit primo acquirenti & eius hæredibus, non autem quo ad posteriores vasallos, quia de ipsorū hæredibus nihil dixit.

Et ista est communis opinio, vt infra dicetur. Et sic opinio Iacobi de Bel. remanet sine lege & ratione. Et aliam opinionem prout ipse Iacobus de Bel. refert in c. j. de eo qui sibi. & hæred. su. tenuerunt Bulg. & Iacob. per tex. in l. si quis operas. ff. de oper. lib. & in l. stipulatio ista. §. si quis ita. ff. de verbor. obligat. eandem tenuit Iacob. Alvaro. in d. cap. j. an agna. vel fil. colum. v in secunda limitatione. Licèt alleget aliquos pro ista qui tenent contrarium, eandem tenet d. Card. seu d. Præpo. ibidem colum. v. in sexta limitatione. Salice. in l. omnimodo. §. imputari. C. de inofficioso testamento. Cy. in l. liberti, libertæque. colū. penultima. C. de oper. liber. & in l. si manumissus. C. de libertis & eorum liberis. Bar. in l. j. ff. de interdic. & releg. d. Alexand. & Iason alios in l. adoptiuum. §. patronum. ff. de in ius vocan. Ioan. de Anan. in consilio xxxij. Alber. de Rosa. in repertorio suo iuris canonici, prope finem, in verbo, feudum. & in l. emancipatum. §. j. ff. de senat. Paul. de Cast. in l. apud Iulianum. §. si quis alicui. ff. de legatis j. & ibi Moderni, & istam opinionem tenuit vbique Paulus de Castro in lecturis & in consilijs in l. pro hærede. §. si quid tamen. ad finem. ff. de acquirenda hæreditate. in l. si mihi & Titio. ff. de verborū obligationibus. in authentica, post fratres. C. de legitimis hæredibus. in l. si post mortē. in principio. ff. de legatis primo. in l. si patroni. in principio. ff. ad Trebellianum. & clarius in consil. ccxvij. præmittendum est, quòd cùm dicta venditio. columna ij. versiculo, sed ad primum. in secunda parte nouæ impressionis, vbi expressè dicit, quòd potest repudiare hæreditatem, & tenere feudum antiquum. Et idē dicit in consil. cccxj. circa id quod primò quæritur. in secundo dubio, columna tertia, versiculo, sed quando prima inuestitura, & per totam in prima parte nouæ impressionis, vbi allegat Cynum post Petrum ita tenere in l. secunda. C. de libertis & eorum liberis. eandem tenet dominus Alexander in consilio xxx. columna iiij. versicu. sexto pro hoc. iunctis his quæ dicit in secunda colum. versiculo octauo. volum. j. quod est repetitum in consi. ij. in v. volu. eandem tenet in consi. xix. & in consi. xxvj. colum. ij. & sequen. vol. v. & clarius in l. si patroni. columna antepenultima, ad finem, versiculo, sed vbi recepisset. ff. ad Trebellianum. vbi expressè dicit, quòd filius potest repudiare hæreditatem patris, & retinere feudum antiquum, eandem tenet

net vbique Ias. in l.quod dicitur. in ij.quæst. Barto.ad finem.ff.de verbor. obligat. vbi reprehendit Bar.aliter sentientem. idem tenet in l.si non sortem.§.libertus.col.penult.ff.de condi.indeb.& in l.post mortem.in princip. in secundo notabili.ff.de lega.j.Aretin.in d.l. quod dicitur.colum.penult. versicu.vnde dicit notabiliter Bar.& in consi.xiiij. ix.colum. versic.illud etiam satis. Curt.Senior consilio xxv. Decius consil.cccxcv.colum.ij.& seque. & in consil.ccccxlv.colum.ix.nume.51.versic. sed breuiter.vbi allegat Bal.in c.quæ in ecclesiarum.de constit. Ant.Rub.in consi.lxxxiiij. in vltimis verbis,Canonistę in cap.ij.vbi latè Io.de Imol.col.v. versic.si autem generaliter. & sequentibus,de feud. & sic apparet, quòd sine controuersia ista est verior & magis cõmunis opinio, tam inter Feudistas, quàm Legistas & Canonistas;superest tantum vna difficultas, quam peperit dicta opinio Iaco.
72 de Belui.tenentis, quòd † ad hoc vt agnatus possit obtinere feudũ concessum ascendenti suo pro se & hæredibus, debet saltem esse hæres primi acquisitoris mediatè,vel immediatè.ita tenet Iaco.de Belui. in c.j. de eo.qui sibi & hered.fu.& in cap.j.an agnat.vel fil.defunc.eandem opinio.tenent ibidem Martin. Laud.& Iac.Aluar. eandem tenent Andr.de Isern. Aluar.& alij in cap.j.§.hoc quoque. de success.feud.& Aluar.in c.j.§. & quia. qui feudare poss. Et quòd sufficiat esse hęres primi acquisitoris,consuluit d.Alexan.consil.x.col. penul.vol.iij. vbi dicit hanc esse communẽ. & in consi.xxx.col.iij.versic.vj.primo volu. & ratio est;quia vt dicunt Doct. in prædictis locis, non venit ad dictum feudum, tanquam hæres vltimi decedẽtis à quo feudum vacat; sed tanquam successor,& hæres primi acquirentis,vt etiam dicit Calde.in consi.xiij. in tit. de feud. & Deci.in consi. ccviij. ad fin. Curt. Iunior in consi.j.col.v.versic.secundam itaq; facio principalem conclusionẽ. Brun.in consilio xviij.col.iiij.vers.Tertiò quia præsupposito.& clarissimè Alex.in cõs.xxvj. col.penul. versi. sed vt iam dictum est.& per totum vol. v.& Brunus in consi. xl.col.ij. versicu.quarto. Vnde videretur dicendum, quòd illustrissimus Marchio Franciscus,qui non potest esse immediatus hęres Alledrami primi acquirentis,licet sit eius descendens, quia nõ erat conceptus tempore eius motus, vt dictum fuit,supra in vltimo fundamẽto pro illustrissimis Ducibus Mãtuæ ad destructionem intentionis illustrissimi Marchionis Francisci nume.25.allegãdo d.Præpositum in d.c.j.§. hoc quoque. colum.finali.versicu. quarto de alia quæstione.de success.feu.non possit obtinere feudum vel Salutiense, vel Montisferrati repudiata hæreditate fratris, nisi ostẽdat se hæredem patris vel alterius superioris descendentis Alledrami, ita quod se ostendat hæredem mediatum Alledrami. Sed huic difficultati primò respondetur, quod ista alia opinio processit ab altera opinione Iaco. de Beluis. intelligentis text.in d.c.j.an agna. vel fil. non habere locum, quando feudum est quæsitũ pro se & hæredibus, quã opinionem supra proximè reprobaui; & ostendi communem & veriorem in contrarium,& ideo destructa opinione Iaco.de Belui.à radice & matre ac originali fundamento istius alterius opinionis;sequitur destructio istius alterius opinionis.l.egi.ff.de except.rei iudi.& cap.cùm Paulus.j. qõ.j. ostenditur ratione inconuincibili tenendo communem supra defensatam.Nã Iac.de Belu. And.de Iser.Alexan.& Brunus, ac cęteri omnes tenent, quòd in feudo quęsito pro se & hęredibus, sit satis tam filio quàm agnato esse hęredem primi acquisitoris, vt obtineant feudum hęreditarium, ergo nulla esset differentia inter filium & agnatum; quia filius modò esset hæres primi acquisitoris,ita posset patris vltimi vasalli hæreditatem repudiare sicut agnatus, & tamen text. in dicto cap.primo,an agna.vel fil. constituit manifestam differentiã inter filium & agnatum, ergo agnatus tenendo cõmunem opinionem supra defensatam, potest hęreditatem repudiare,& feudum obtinere; absque eo,quod aliter ostendat se hæredem primi acquisitoris;quia satis est,quod sit de eius descendentibus. Stringo;quia tenendo opin.Iacob.de Belu.quod text.in d.c.j.procedat solùm in feudo quæsito pro se & liberis; & postea tenendo etiam dictam suam aliam opinionem, quæ est communis, quod in feudo hęreditario sufficiat esse hæredem primi acquisitoris; sequitur necessariò,vel dicere quod decisio illius text. est vana, quia filio & agnato semper sufficit esse hęredem primi acquisitoris;vel quòd filius est deterioris conditionis in feudo quæsito pro se & liberis, quia cogitur esse hæres patris;& in hæreditario sufficit, quòd sit hæres primi acquisitoris; quod quàm absurdũ sit, de se patet. Et pro ista opinione bene facit quod consuluit Decius in consi.lxxviij.vbi tenet istam opinionem, licèt non aduerterit
73 ad errorem tenentium contrarium; † Vnde

ſatis eſt agnato probare ſe deſcendentem
primi acquiſitoris, & dicere, quòd vult feu-
dum deſcenſum à cõmuni aſcendente pri-
mo acquiſitore, & hoc facere poteſt ex priui
legio & gratia ſibi conceſſa, per text.in d.c.j.
an agna.vel fil. ſecundum intellectum Iaco.
de Ardizo, & Bal. veriorem & magis cõem,
vt.ſ.proximè oſtendi. Audeo plus dicere, vi-
74 delicet, † quòd agnatus poſſit dicere, ꝙ vult
feudum tãquã hæreditarium primi acquiſi-
toris, & ꝙ vult eſſe hęres immediatus primi
acquiſitoris, & tanquam hæres immedia-
tus primi acquiſitoris, poterit conſequi feu-
dum, ſicut videmus in fideicommiſſis con-
ditionalibus, quia quandocũque eueniat ca-
ſus fideicommiſſi fideicommiſſarius in cu-
ius perſona purificata eſt conditio, licet di-
ſtet milleſimo gradu à teſtatore fideicom-
mittente, poteſt recuſare hæreditatem vl-
timi morientis, & dicere ſe hæredẽ antiquiſ-
ſimi teſtatoris defuncti antè per centũ ge-
nerationes & vltrà, ante conceptionẽ ipſius
fideicõmiſſarij agentis, & dicitur hæres gra-
uantis, & non grauatoris. l.cohæredi. §.cùm
75 filiæ.& ibi traditur.ff.de vulg.& pupill. † quia
regula legis, item prætor.& l.Titius.ff.de ſuis
& leg.non habet locum in ſucceſſionibus cõ
ditionalibus ex teſtamẽto & contractu, quia
ſufficit vocatum reperiri in rerum natura, &
conceptũ eſſe tempore euenientis conditio
nis.ita decidit Lamber.de Rampo. in ſua qõ.
incipiente, quidam Mæuius. refert & ſequi-
tur Io.And.in addit.Specu. in rub.de teſtam.
circa tertiam col.verſi.item Lamberti.d.Alé.
in conſi.xxij.col.ij.& in conſi.xxvj.colum.fin.
vol.iij.quod conſilium xxij. eſt errore dupli-
catum in conſi.xiij.vol.iiij. d. Baptiſta de ſan-
cto Seuerino inter conſilia d.Alexan.in con-
ſilio xiiij.col.ij.verſic.tertiò, quia eadem con-
cluſio.& col.iiij. in princi. & ad medium col.
verſi non enim filij.vol.iiij. Alex.in conſi.xcj.
col.iiij. verſ.oſtenditur.volu.j. Socin.in conſi.
cxiij.col.quarta, & quinta.vol.j. Pau.de Caſt.
in conſ.clxiiij. col.iiij.verſic.circa quintum.

Et in feudo hoc ſpecialiter dicit Bal. in l.ſi
in perſonam.circa fin.C.de fideicõmiſ.And.
de Iſern.in d.c.j.§.hoc quoque.col.ij.de ſucc.
feu.& ibidem Iaco.Aluar.col.pen.Decius in
conſi.ccccxlv.col.iiij.nume.20. verſi.non ob-
ſtat, quòd domina Belladama.& numero 21.
verſic.& in feudo ſpecialiter. Et hæc opinio
videtur mihi honeſtior, & in puncto iuris ve
76 rior, † quia licet feudum ſit quæſitum pro ſe
& hæredibus, non tamen eſt propriè & verè
hæreditarium, vt etiam dicit Deci. in d.con-
ſilio lxxviij. Benè facit, quia non eſt dubiũ,
77 † quòd aſcendens poteſt ſtipulari pro deſcẽ-
dentibus naſcituris, ſecundum Alexan.in l.
quod dicitur.col.ix. verſic. itẽ addit hic Ang.
ff.de verbo.obli.& in terminis, de feudo, Ro-
ta in nouis deciſio. deciſione cclij. & faciunt
tradita per Cur.Iun.in tracta.feu. in ſecunda
parte.q.vij.verſi.ſecunda cadit neceſſaria du-
bitatio. Bene etiam facit, quia omnes tenent
78 indifferenter, quòd illud verbum, † hæredi-
bus, in conceſſione feudali exponitur pro
deſcendentibus, & ſic importat idẽ ac ſi di-
xiſſet, pro deſcendentibus hæredibus, vnde
ſuccedit id quod dicit Bar.in l.tale pactum.§.
fin.per illum text. ff.de pact.quòd vbi aſcen-
dens nominat deſcendentes in aliquo con-
tractu hæredes, intelligitur in eos ſupremũ
iudicium conferre, ergo Alledramus ſtipu-
lando conceſsionem feudalem pro ſe & de-
ſcendentibus hæredibus, in eos contulit ſu-
premum iudicium, & vocauit ordine ſucceſ-
ſiuo, & Barto.ſequuntur Moder.ibi, & in l.li-
cet.& in l.pactum quod dotale. C. de pactis.
d.Alex.in conſi.clxviij.col.pen. ad fin. verſic.
fortificantur.volu.v. & ſic res eſt clariſſima,
79 † quòd agnati poſſunt aperto feudo illud pe
tere abſque eo quòd aliunde ſe oſtendant
hæredes primi acquiſitoris, quia veniunt ex
contractu qui pro vltima volũtate habetur.

Et licet Iacob.de Belui. dicat ſuam conſi-
derationẽ eſſe ex mente concedentis. vt faci-
lius ad eum reuertatur feudũ, quia imò dici-
tur eſſe cõtra mentem concedentis, quia vt
dicit Alb.in diction.ſuo, in verbo, feudũ.col.
iiij.verſicu.quædã etiam ad ſcriptos hæredes
non tranſeunt, dans feudũ cogitat non ſolũ
de perſona eius cui dat, ſed etiam de genere
& poſteris eius, cui dat, eligens eos ſibi in ob-
ſequio.argu.l.cùm vnus.circa principium. ff.
de alimen.& ciba.leg. & eſt expreſſum in li-
bro feu.in cap.j.de nat.ſucceſ.feu.& in cap.j.
§.donare.qualiter olim feudũ pote.alienari.
Si ergo concedens cogitat prouidere poſte-
ris, ac generi & agnationi primi acquirentis,
ergo non cogitat de reuerſione feudi ante
finitam generationem, & ſine culpa agnato-
rum, nec cogitat aſtringere agnatum adire
hæreditatem vaſalli decedẽtis, qui fortè obli
gauit, & diſtraxit, ac peruertit feudum. Sed
imò Imperator qui eſt ius ipſum conſuetu-
dinarium feudorum, prouidit tali inconue-
nienti, qñ permiſit agnatum obtinere feudũ
repudiata hæreditate vaſalli, quæ permiſſio
neceſſa-

necessariò intelligenda est in casu quo feudum sit quæsitum pro se & hæredibus, vt supra demonstratum est, cū modificatione tamen, quòd id non liceat filio, propterea quia filius habuit esse à patre vasallo, vt declarāt omnes in dicto c.j. an agna. vel fil. Bene facit,
80 †quia cōcedens feudū debet intelligi concedere secundum Consuetudines feudales, iuxta ea quæ tradunt Bart. & Doctor. in l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebel. sed consuetudines feudales permittunt feudum concedi etiam posteris in perpetuum, nec auferunt, nisi finita generatione, vel cōmissa felonia, eiusdem animi igitur debet censeri concedens. Accedat quia si intelligimus text. secundū opin. Iaco. de Belu. nullam faceret gratiam agnato, sed tantùm grauaret filium, qui de iure cōmuni potuisset repudiare hæreditatē patris, & retinere feudum, vt ipsemet Iacob. de Belu. fatetur ibi, & propterea planior est intelligentia Iacob. de Ardizo, & Bald. ibi, ad illum tex. vt gratiam illam noluerit indulgere filio; quia habuit esse à patre, sed tantùm agnato, qui necesse nec feudum habuit à decedente. Ideo videbatur inconueniens, quòd quanquam feudum esset hæreditarium, quòd vasallus potuisset onerare agnatum post eum successurum, à quo vasallo agnatus nec esse, nec feudum habet. Sed pro veritate nisi esset authoritas tantorum patrū qui cōflictum fecerunt super istis duabus opinionibus inter se cōtrarijs & repugnantibus; quorum sine controuersia opinio Iac. de Ardiz. & Bal. prævaluit, vt. s. clarissimè demonstratū est, ego adhærerē opinioni Io. And. in addi. Specu. in tit. de feud. in §. quoniā, in xxxvij. q. in addi. incipien. directè. vbi tenet, quòd tex. in d. cap. j. an agna. vel fil. procedit generaliter in feudo quibuscūque verbis quæsito, quòd filius non possit repudiare hæreditatē patris, & tenere feudū, & consequenter si decisio text. procedit generaliter in filio, procedit etiam generaliter in agnato, vt agnatus possit feudū quibuscūq; verbis cōcessum retinere, & vasalli vltimi hæreditatem repudiare; nec debeat fieri aliqua distinctio; quia vbi lex non distinguit, nos etiam distinguere nō debemus, vulgata l. de pretio. ff. de publi. & hoc tamen in feudo habente propriam naturā feudi & non trāsitorio ad quoscunq; hæredes etiam extraneos: & cessarent tot eleuatæ difficultates, tot amaritudines, totque doctorū disputationes. Sed quia opin. Iac. de Ardi. & Bal. prævaluit, & est
81 munis cum illa transeo: †quia à communi cōsulendo & iudicando nō est recedendum, vt per Doct. in l. j. C. de pœna iud. qui malè iudi. Et secundū istum res est clara in fauorem illustriss. Marchionis Francisci, quia potuit retinere feudum Marchię Salutiensis, licet nō dixerit se hæredem illustriss. fratris vltimi defuncti Marchionis. Nec text. in cap. j. an agn. vel fil. arctat agnatum volētem obtinere feudum ad ostendendum quòd sit hæres primi acquirentis aliter quàm per acceptationem ipsius feudi: ideo satis est quòd feudum acceptet: aliter nō esset differentia inter filium & agnatū contra dispositionem illius tex. Concludo igitur circa præsentē articulū, veriorē
82 & cōmunē opin. esse† ꝙ agnatus possit obtinere feudum etiā hæreditarium absque eo, quòd dicat se hæredem vltimi vasalli decedentis: imò ꝙ nō etiā tenetur ostēdere se hæredē primi acquisitoris: sed dato, ꝙ teneretur se ostēdere hæredē primi acquisitoris: prout tenuerūt quāplures excell. Doct. vt s. retuli,
83 Dico† ꝙ potest agnatus conceptus post mortem primi acquirētis per mille generationes dicere se hæredem immediatū primi acquirentis, sicut fideicōmissarius testatoris per iura, rationes & authoritates suprà relatas. Et ex his patet ꝙ D. Franc. Curt. in d. eius consi. cxxxviij. col. fin. ineptè reprehendit d. Alexā. tenentem satis esse, quòd agnatus sit hæres primi acquirētis, nam mouetur fundamēto nō vero, scilicet, ꝙ cōmunis cōclusio sit, ꝙ c. j. an agna. vel fil. nō habeat locum in feudo hæreditario, præsupponendo, ꝙ intellectus Iac. de Belu. ad illū tex. sit cōmunis; & tamen contraria opin. Iac. de Ardiz. & Bald. est verior & cōmunis, vt supra demonstratū est. Licèt etiā illatio nō sit cōcludens; quia stat simul, quòd agnatus nō possit acceptare feudum hæreditariū repudiata hæreditate vltimi vasalli, & limitatio Alexan. & sequacium sit etiam vera ad illum text. scilicet, nisi agnatus sit hæres primi acquirēti, aliter quàm mediāte persona vltimi vasalli, vt videmus quasi in omnibus regulis iuris quę limitantur, & limitationes non dicuntur contrarię regulę, sed declarationes & restrictiones. Quòd autem Curt. Iun. decipiatur in cōmuni opinione circa intellectū d. c. j. facilè perpēditur ex lōgè pluribus authoritatibus per me superius adductis; licèt etiā do. Alexā. per eū allegatus pro sua opinione, in cōsi. xxviij. col. pen. vol. v. teneat cōtra eius opinionē, dū allegat Bar. in l. cum qui. ff. de interdict. & releg. & dicit, ꝙ

magis communiter sequuntur cæteri. vbi Bart.
84 vult, † quòd in feudo recepto pro se & liberis, factum patris non nocet filio; secus est in feudo recepto pro se & hæredibus; ergo filius potest obtinere feudū receptum pro se & liberis repudiata hæreditate patris; quia si nō posset hæreditatem patris repudiare, factum patris filio hæredi noceret. Alexā. quoque in consilio xix. colum. ij. eodem volu. v. post relatā opinionem Andr. de Iser. allegat Cyn. Bart. Ioan. And. & Bald. contrariam tenētes, & consultatio domini Alexā. est in filio, non
85 autē in agnato, quod & ego fateor, † quia filius feudum hæreditarium non potest obtinere repudiata hereditate patris. Aret. quoque in dicto consil. xiij. vltimatè dicit se nolle casum decidere, ratio quoque, quam dicit ineuitabilem Curt. Iun. tollitur ex deductis per me supra, nā licet tex. in d. cap. j. loquatur de feudo paterno & antiquo, & cōstituat differentiā inter filiū & agnatum, scilicet, quòd filius non possit retinere feudum antiquum, & repudiare hæreditatem paternam, tamen adhuc differentia, quam ponit ille text. inter filium & agnatum procedere potest in feudo hæreditario, non tamen taliter hæreditario, quòd sit transitoriū ad quoscunque hæredes, nā in transitorio ad quoscunque hęredes procederet opinio Iacobi de Belui. & sequacium, nec filius nec agnatus possent retinere feudū repudiata hæreditate vltimi vasalli; non quidem per text. in cap. j. an agna.
86 vel fil. sed per regulas iuris communis, † quia quis non potest esse hæres pro parte, & pro parte non l. ius nostrum. ff. de reg. iur. Nam
87 † feudum acceptum pro se & hæredibus, licèt dicatur hæreditariū non tamen transit ad hæredes extraneos, & sic non retinet propriam naturam rei hæreditariæ, secundum glo. Dyn. Bart. & alios in l. ex facto. §. fina. ff. ad Trebell. Bart. & ali. in l. Gallus. §. & si parente. ff. de liberis & posthu. d. Alex. post Bal. ibi, in l. etiam. in principio, colum. penult. ad fin. versi. in ea. glo. ibi, secus & in feudis. ff. soluto matrimonio. Decius post alios in c. in præsentia. colum. xxiij. versi. prædicta conclusio li-
88 mitatur. de probationibus. † Nam verbum, hęredes, in materia feudali exponitur, id est, descendentes, vt volunt omnes in dictis locis, & facit text. in c. j. versi. & si clientulus. de alie. feu. & in c. j. §. de feu. fu. contro. Est ve-
89 rum, † quòd verbum, hæredibus, appositum in prima inuestitura, operatur vt filius vltimi vasalli non possit acceptare feudum repudiata hæreditate patris, per textum in dicto cap. j. & quo ad hoc dicitur hæreditarium, & in hoc verificatur communis conclusio Doctorum, quòd sit hæreditarium, quo ad istū effectū, non tamen quo ad istum alium effectum, scilicet, quòd agnatus non possit repudiare hæreditatem vltimi vasalli, & feudum acceptare, secundum opinionem Iacobi de Ardizo, & Bal. ad illum textum, quę est magis communis, vt supra demonstraui, vel etiam quo ad istum effectum, vt agnatus necesse habeat se dicere hæredem primi acquirentis saltem immediatum, vt supra demonstraui; filius verò habeat dicere se hæredem primi acquirentis mediante persona eius patris, vt est textus clarus in dicto cap. j. Et ideo non militat ratio Curtij Iunioris, qui infert, quòd cùm secundū communes conclusiones Doctorum, feudum acceptum pro se & hæredibus sit hæreditarium, & sic non possit succedere nisi ille qui sit hæres, nam non refertur ad vltimum vasallum decedentem, sed ad primum acquirentem, prout in
90 fideicommissarijs, vt supra dixi, sed † placuit filium, qui habuit esse à patre astringere, quòd in feudo acquisito pro se & hæredibus non possit repudiare hæreditatem patris, & tale feudum retinere, & militant optimè persuasiuæ rationes Iacobi de Belui. Bald. & aliorum recitatæ per Curtium Iuniorem in dicto consilio, columna vij. numero 19. Nec obstat, quòd tale feudum veniat in petitione hæreditatis; prout refert Curtius ibidem tenere Andream de Isernia, quia non est bonum argumentum, feudum venit in petitione hæreditatis, ergo est proprie hæredita-
91 rium, quia † etiam feudum concessum pro se & liberis venit in petitione hęreditatis, imò etiam competit petitio hęreditatis ad feudū extraneo, modo agat contra possidentē non comprehensum in inuestitura, secundùm Bar. quem ibi latè defendit, & sequitur Alexan. in l. si patroni. ff. ad Trebellianum. & Iason in consilio cxxxviij. colū. fina. volu. iiij. & sic consultatio Curtij Iunioris penitus corruit, & certè mihi videtur, quòd veritas sit secundum meam prædictam conclusionem.

Vidi etiam nonnullas responsiones datas per celeberrimos & prestantissimos Iurisconsultos ad fauorem illustrissimi Marchionis Francisci consulentes præsupposita vera opinione Iac. de Belui. quas referre superuacaneum est, tum quia ipsi longè melius exponūt, quàm ego ipse scirem referre, tum quia ego

ego Iac. de Bel. non assentio in hoc. Iuuat tamen dicere, quòd si illustrissimus Marchio Franciscus quem scio non fuisse hæredem vniuersalem illustrissimi eius genitoris, fuisset hæres particularis eius illustrissimi genitoris, maximè in aliqua annua pecuniaria pensione, prout sæpe solent facere principes quibus succeditur iure primogenituræ, quia posterioribus filijs relinquunt annuas pesio-
92 nes, † nã eo casu talis particularis successio in certa quantitate, prodest ad obtinendum feudum, secundùm Bart. in l. vt iurisiurandi. §. si liberi. versi. secundum dubium. ff. de ope. libert. & per Modernos in l. quædam. §. nihil. & ibi Alexand. col. v. versic. & ista. ff. de edendo. d. Alexan. in consi. ccxxviij. colum. penul. versic. nec prædictis. volum. j. & in consil. viij. colum. ij. versi. nec tunc dicuntur. volu. iij. & in l. quod dicitur. col. xx. circa medium. versi. vtrum autem in casibus. ff. de verborum obligat. Et tamen non obest vt teneatur ad onera hæreditaria, quia cùm habeat cohęredem
93 vniuersalem, dicitur legatarius, † & non tenetur ad debita & onera hæreditaria. l. quoties. & ibi volunt Bar. & omnes. C. de hæred. instituen. Vnde cùm illustrissimus frater primogenitus fuisset ipse hæres vniuersalis illustrissimi dicti genitoris communis, & illustrissimus Marchio Franciscus non sit hæres illustrissimi fratris, onera paterna, & aliorum prædecessorũ remanẽt in hæreditate fratris, quia ipsa hæreditas fraterna repræsentat hæreditates omnium illustrissimorum prædecessorum, ex quo repræsentat hæreditatem patris, per regulam legis si. C. de hæredibus
94 instituen. † quia hæres hæredis est hæres omnium antecessorum hæredum, vt ibi in d. l. fi. & sic illustrissimus Marchio Franciscus hæres particularis patris potest feudum obtinere, & tamen non tenetur ad facta paterna, nec illustrissimorum prædecessorum. Vltimò circa istum articulum, etiã tenendo opinionem Iacobi de Belu. limitatam tamen secundũ Alex. & sequaces, quòd sufficiat esse hæredem primi acquirentis, vt supra tenui,
95 potest nõ improbabiliter dici, quòd † ex quo (vt dictũ fuit) agnatus est in possessione feudi, non probatur hæres vltimi vasalli à quo feudum vacauit, etiam quòd feudum sit hæreditarium, secundum Iaco. de Ardizo, quẽ alij omnes sequuntur in d. c. j. an agna. vel fil. & dictum fuit supra, illustrissimus Marchio Frãciscus habet fundatã intẽtionẽ ex possessione Marchiæ Salutien. ꝙ sit hęres Alledrami, qui fuit primus acquirens Marchiæ Salutien. & Marchiæ Mõtisfer. ostẽdẽdo, ꝙ possideat Marchiã Salutien. quã aliter nõ potuisset obtinere, nisi esset hæres Alledrami, per iura, authoritates & rõnes supra allegatas. Et sic potest tanquam hæres Alledrami Marchiam Montisfer. obtinere. Nam etiam constat, ꝙ est eius Alledrami descendens masculus, vt dicetur infra in sexto principali fundamento. nu. 87. Et tamen exceptio illustrissimorũ Ducũ Mantuę, ꝙ sit hęres illustriss. fratris, à quo vacauit Marchia Salutien. non est fundata ex possessione Marchię Salutię. vt dictum est s. Et propterea dictis illustrissimis Ducibus incumbit onus probandi suã exceptionem. l. in exceptionibus. & ibi no. ff. de probat. & l. j. ff. de except. cum simil. aliter quã ex possessione Marchię Salutien: quia possessio feudi vacãtis ab vltimo vasallo nõ probat agnatum possidentem esse hęredem dicti vltimi vasalli à quo vacauit, secundùm Iac. de Ardizo, quem omnes sequũtur, in d.
96 cap. j. vt sæpe dixi. † Et tamen ipsa possessio probat possidentem esse hæredẽ primi acquirentis, quia citra nomen eius hęredis obtinere non potuit, secundũ superius allegatam opi. Iac. de Bel. bene facit tex. in l. pro hęrede. §. si quid tamen. & §. Papinianus. & ibi not. ff. de acq. hered. Nec obest consultatio Cur. in d. consi. col. fin. dicentis, quòd si communis opi. est, ꝙ in feudo hereditario aliquis nõ possit succedere repudiando hæreditatẽ vltimi vasalli, ergo inuitis dẽtibus necesse est fateri, quòd debeat esse hæres vltimi vasalli,
97 † quia respondetur nõ esse inconueniens, ꝙ dicta cõmunis cõclusio limitetur, prout limitatur d. l. ius nostrũ. quia quis nõ potest succedere morienti prò parte, & prò parte non. Et tamen fideicommissarius potest recusare hæreditatẽ vltimi morientis & acceptare fideicommissum proueniens à superiore testatore, ita agnatus debet posse obtinere feudum primi acquirẽtis repudiata hęreditate vltimi vasalli, & sic nõ est incõueniẽs restringere dictã conclusionẽ, quã Cur. Iun. cõmunẽ dicit, vt procedat nisi agnatus volens succedere in feudo ostendat se hæredem primi acquirentis; quia tunc potest repudiare hęreditatem vltimi vasalli, secundum Alex. &
98 alios suprà per me allegatos, † quia (vt dictũ est) feudum non est propriè hæreditarium, cùm nõ transeat ad extraneos, & sic satis est fundata intentio illustris. Marchionis Francisci ex possessione Marchiæ Salutien. quòd

sit hæres Alledrami; & tamen ex tali possessione nō potuerunt illustrissimi Duces Mātuæ eum allegare hæredem illustrissimi fratris vltimi Marchionis Salutiarum, nec aliquorū illustrissimorum prædecessorum vsq;
99 ad illustrissimum Marchionem † Manfredū, qui fuit deiectus à Marchia Montisferrati per illustrissimū Theodorū Palleologum: quia illustrissimus Marchio Franciscus, etiam tenendo opin. Iaco. de Belui. ad d. c. j. an agna. vel fil. nō habet ostendere in hoc iudicio mediāte cuius persona sit hæres Alledrami; sed quod est hæres. Hoc autem demōstrat; quia est Marchio Salutiarum, quā secundùm dictam conclusionem non potuit obtinere, nisi tanquam hæres Alledrami primi acquirentis; & tamen per hoc non infertur, quòd sit hæres vltimi vasalli, secundùm Iacob. de Ardizo, & alios in d. c. j. prout etiam refert Iaco. Aluaro. ibidem, colum. penult. versicu. quæro quid si vasallo mortuo sine liberis. non recedendo tamen ab opin. Iac. de Ardi. & Bal. Quintò principaliter est aduertendum, † quod quan-
100 do feudum transit de acquirente ad descendentes, ex eo tunc transit ad descendentes in infinitum, vt est text. notabilis in c. j. si vasall. feud. priu. cui des. & in hoc casu etiam trāsit ad transuersales descendentiū in infinitum, ita Bald. & ceteri omnes in c. j §. capitanei. de feu. Marc. Duc. & Com. Et dicit Bal. formaliter ibi, quòd hoc est valde notandum; quia possibile est quotidie accidere in successionibus illustriss. Comitū & Baronū; qui ab Imperatoribus habuerūt feudū, iam sunt quingenti anni, quòd mortuo vltimo comite sine hærede, succedunt quicunq; agnati, etiam si distent cētesimo gradu, quia feudum est paternum. Et idem in Regno seu Regum successione dicendum est; quia si moreretur tota domus Regia, & extaret vnus de sanguine antiquo; puta, de domo Borboni, & non esset alius proximior, esto quod distaret millesimo gradu; tñ iure sanguinis & perpetuæ cōsuetudinis succederet in Regno Franciæ, & reliqua. Et est aduertendum, quod in quantum Bald. loquitur de successione Regni Franco-
101 rum, loquitur de allodiali; † cùm Rex Francorum neminem recognoscat in superiorē. cap. per venerabilem. qui fil. sint legiti. & Bal. in cap. j. de inuest. in mar. fac. colum. secunda. versi. de propria autem causa. etiam de iure, secundùm d. Card. In clem. j. in fin. principij, de iureiurando. Et cùm feudū delatum est ad vnā lineam, donec durat illa linea, succe-
102 dunt soli de illa linea. † Cùm autem illa linea deficit, feudum aperitur illi lineæ proximiori, tex. est in cap. j. ad finem, de nat. success. feu. Et in casu nostro res videtur longè clarior; quia, vt supra dictum est, concessio facta fuit pro Alledramo, & hæredibus, quod verbum, exponitur, id est, descendentibus secū
103 dùm omnes. † Sed quando est quæsitum feudum pro se & hęredibus, seu descendentibus, in infinitum transit, vt est textus in c. j. §. hoc quoque sciendum est. qui feudum dare possunt. & declarant ibi Iacob. de Aluaro. & alij, & pulchrè consuluit Decius consilio lxxxv. columna ij. versiculo, secundò principaliter. vbi etiam allegat Cœpolā in cautela xcvj. & respondet ad ea quæ possent in contrarium allegari. Sextò principaliter aduertendum est, in causa probatum extitisse Alledramum inter cęteros filios duos habuisse, Gulielmū qui fuit primus Marchio Montisferrati post patrem Alledramum, ex quo descenderunt ceteri Marchiones Montisferrati vsque ad illustrissimum Marchionem Ioannem, in cuius persona finiuit linea masculina dicti Gulielmi; alterum Thetem, qui fuit primus Marchio Salutiarum post Alledramum patrem, & à quo descendit per lineam masculinam illustrissimus Marchio Franciscus nunc Marchio Salutiarum, & Montisferrati. Genealogia Gulielmi vsque ad Ioannem, in quo eius linea masculina finiuit, ac etiam genealogia Thetis vsque ad Manfredum, qui successit dicto Ioanni vltimo Marchioni Montisferrati, ex linea Gulielmi, primò probata fuit per testes ad æternam rei memoriam examinatos tempore dicti Manfredi, & ad eius instantiam, & in pręsenti causa productos; pariter dicta genealogia Gulielmi vsque ad dictum Ioannem, nec non integra genealogia Thetes vsque ad pręsentem illustrissimum Marchionē Franciscum probata est per testes nouissimè in causa præsenti productos & examinatos ad instantiam illustrissimi Marchionis Francisci, qui optimè de his, quorū ipsi memoriam habent, deponunt & probant per sensum corporis; de his verò, quę extra hominis memoriā decesserunt, per famam publicam; & ipsam famam publicam de vtraq; genealogia optimè probant; vt videre est in eorum attestationibus. Accedat, quòd Thetes fuerit filius Alledrami, adsunt vendici Historici, attestantes in eorū Chronicis, Volateranus lib. iiij. in titu. Regio subalpina. colum. ij. versi.

104 versi. anno si quidē, 986.† Alledramus è gen
te Lucū, vbi dicit, quòd suscepit quatuor li-
beros ex Alasia Ottonis. 1. propinqua seu fi-
lia, Ottonē, Gulielmū, Thetē & Bonifaciū.
Coyrus in vita Ottonis primi Imperatoris
Germanorū vbi etiā dicit Alledramum fuis
se Marchionem Montisferrati, & habuisse
tres filios, Bonifacium, Ottonē & Gulielmū,
& dicit, quòd ab eo Alledramo descenderūt
multi alij, & inter cæteros nominat Mar-
chiones Salutiarū, attestatur quoque de cō-
cessione feudali, & adiectione multorū lo-
corū. Galeotus de Carreto q pariter dicit, q
ex prædicta Alasia habuit quatuor filios, Ot
tonem, Gulielmum, Thetem & Bonifaciū,
& dicit, quòd ex Thete descenderunt Mar-
chiones Salutiarum. Sabelicus in secunda
parte, in ix. æneade, lib. ij. in v. char. col. j. versi
cu. Montisferr. principatus. fol. 69. vbi dixit,
quòd Alasia septies peprire ex Almaro seu
Alledramo, & quòd omnes liberi virilis stir
pis suum singuli sunt principatum adepti,
nec discordat a prædictis, qui tantùm memi
nerunt de quatuor filijs masculis, secundū
Anto. de But. in cap. i. super glo. j. de offic. de-
leg. & concordant in quatuor, secundū Ale.
in consi. lxiij. volu. ij. pulchrè Ant. de Butr. in
cōsi. lij. & hoc casu maximè, quia aliqui con-
cordant, etiā quia reliqui tres partus potue-
105 runt esse fœminarū. † Et quoniam à maio
ribus nostris isti Historici recepti sunt, ac fi-
des, adhibita fuit, vt etiā in causa probatū ex
titit, nos quoque fidē adhibere debemus. l.
j. & ibi ad hoc not. Bald. ff. de offic. quest. glo.
in c. venerabilē. in verbo. transtulit de elect.
glo. & Doct. in c. inter dilectos. in verbo, ma-
gis. de fide instr. Gem. & Card. in c. quamuis.
xxj. distin. Bart. in l. j. col. vij. versi. quædā sunt
scripturæ enuntiatiuæ. ff. si cer. pet. & ibi Mo
derni. glo. d. Abb. & cæteri in c. cū causam,
de probationibus. Et tanto magis in casu
nostro credendū est, quia conueniunt cum
attestationibus factis vsque de anno 1306. ad
instantiam illustrissimi Marchionis Manfre-
di in causa productis, nec non etiam attesta-
tionibus in præsenti causa factis ad instan-
106 tiam illustrissimi Marchionis Francisci, † &
etiā quia sunt plures formiter attestantes, &
maximè cùm deponunt de antiquissima cō
sanguinitate seu genealogia excedente me-
moriam multarum generationum. per text.
& ibi tradita; in capitulo licet ex quadam.
de testibus. & in antiquissimis excedenti-
bus memoriam hominum sufficit probatio
per famam, vt per Felinum post alios in ca-
pitulo, veniens. el primo. columna v. ver-
siculo, quarta conclusio. de probationibus.
Ias. in repetitione legis, admonendi. colum
na xcj. versic. tangit etiam Barto. ff. de iureiu-
rando. Accedat quòd incipiendo à Boni-
facio filio Thetes Marchione Salutiarū in-
clusiuè vsque ad illustrissimum Marchionē
Franciscum inclusiuè probatur successiua
107 genealogia † per publica instrumenta, quę
etiam antiquis probant, vt traditur in di-
cto capitulo, cùm causam. & per Iasonem
in l. cùm aliquis. C. de iure deliberandi. & in
consilio cxiiij. columna iiij. volumine primo
& maximè probant testes iuncti cum instru
mentis, vt per Iasonem in dicto consilio
cxiiij. columna penultima & final. Genea-
logia pariter Gulielmi filij Alledrami vsque
ad Ioannem vltimúm eius descendentem
masculum, & vltimum ex eius linea mascu
lina Marchionem Montisferrati probatur
per dictos dominos Historicos; & maximè
per Carretum describentem successiuè de
vno in vnum genealogiam, ita quòd in du-
bium reuocari non potest, quin Manfre-
dus, qui post mortem dicti Ioannis vltimi de
scendentis masculi ex linea masculina Gu-
lielmi fuerit vocatus ad Marchionatum Mō
tisferrati propter finitam lineam masculinā
Gulielmi, & sic vocatam, lineam proximio-
rem Thetes. Et quoniam, vt in sequenti
proximo fundamento dicitur, per illustris-
simum Theodorum primum ex familia Pal
leologa Marchionatus Montisferrati occu-
patorem, per vim & de facto Manfredus
deiectus fuit; & successiuè Marchionatus ip
se semper tentus fuit & occupatus per illu-
strissimam familiam Palleologam vsque ad
mortem illustrissimi Ioannis Georgij vltimi
occupatoris, tenendo semper indebitè, ex-
clusos & priuatos illustrissimos Marchiones
Salutiarum, etiam negari non potest, quin
illustrissimus Marchio Franciscus descēdēs
masculus ex linea masculina Thetes filij Al
ledrami legitimè & iuris merito agat ad ip-
sum Marchionatum; & de eo inuestiri de-
beat. Septimo principaliter aduerten-
dum est, quòd per instrumenta in causa
producta, & per attestationes ad instan-
tiam illustrissimi Marchionis Manfredi v-
sque de anno 1306. factas constat de antiquio-
ri possessione ipsius illustrissimi Marchionis
Manfredi, cuius antiquior possessio constat
etiā per publica instrumenta, & acta cōfecta
tempo

tempore eius illustrissimi Marchionis Manfredi possessionis in actis producta, & consequēter constat de spolio commisso per illustrissimum Theodorum Palleologum, quia pariter apparet de iuniori possessione ipsius illustrissimi Theodori, ita notabiliter Bald. in l. penult. col. fi. C. si à non comp. iud. sequitur Alex. in consi. vj. colum. iij. in secundo dubio. versi. quinimò. volum. iij. & per Soc. in l. rem quæ nobis. in vij. quæst. ff. de acquiren. possess. Quinimò ex testibus nouiter examinatis ad instantiam illustrissimi Marchionis Francisci, probata est optimè fama de spolio ipso commisso, quòdque fama publica fuit, stetit & est à spolio citrà, & citra & continuò durauit in ciuitate Casalis, & toto Marchionatu Montisferrati, quòd Marchio Manfredus fuit per vim & de facto ab illustrissimo Theodoro spoliatus, & quòd Marchionatus Montisferrati est feudum, in quo semper fuit seruatū ius primogenituræ, & fœminę exclusæ, & quod pertinet & spectat illustrisi. Marchionibus Salutiarum vti descentibus per lineam masculinam à Thete filio Alledrami. Et quòd Theodorus & successores fuerunt violēti, & illegitimi possessores. Ex attestationibus etiā factis tēpore Manfredi constat famā publicā fuisse tēpore spolij & ante, quòd Marchionatus Montisferrati fuit & est feudū, & quòd in eo semper fuit seruatū ius primogenituræ, & q̄ masculi excluserūt fœminas, & q̄ pertinebat & spectabat Manfredo, & successoribus descendentibus masculis ex Thete propter finitam lineam masculinā Gulielmi filij natu maioris Alledrami.
108 †Et cùm fama publica in antiquis fine dubio probet, vt volunt Doct. in prædictis locis, resultat ex prædictis fundatā esse intentionem illustrissimi Marchionis Francisci, de cuius tamen bono iure clarius apparebit etiam ex responsionibus ad ea, quæ supra allegata fuerunt in contrarium, tam pro fundanda intentione illustrissimorum Ducum Mantuæ, quàm pro destruenda intētione illustrissimi Marchionis Francisci, ad quæ si-
109 gillatim respondetur, vt infra. †In primis non obstant ea quæ deducta sunt ad fauorē illustrissimorum Ducum Mantuæ respectu possessorij, quoniam commissio Serenissimi Caroli v. nō est facta respectu possessorij, sed potius respectu petitorij, vt patet ex lectione dictæ cōmissionis, ibi[cum pluribus sese exhibentibus, qui ius ad eundem Marchionatum prætendunt]& paulò infra[nihil magis cupiuerimus, quàm in eo negotio de plano procedere, & cum omni æquitate & ratione prospicere, vt habito respectu iuriū & actionum eorū, qui vellent & intenderent agere, & ius suū expedire, siue generaliter, siue particulariter in dicto Marchionatu & statu, vnicuique fiat bona, recta, æqua, & breuis iustitiæ expeditio & cōplemētū.]Et paulò infra, [quapropter volentes iustitiæ inter ipsos cō petitores ministrandæ intendere, & eorum commoditati quatenus fieri potest, ita consulete, vt eò facilius & melius eorū iura quæ prætendunt deducere, & in scriptis, vna cū titulis, documētis & ꝓbationibus dare possint]& paulò infra ibi[vocatis vocandis huiusmodi contendentes eorūq; iura, titulos, documenta, actiones, probationes, tam scripto, quàm verbo, & viua voce, & siue generaliter, siue particulariter]& paulò infra ibi[vt nos intellectis omnibus, & re maturè cōsiderata pro importantia, & qualitate negotij, quod ex iure & æquitate visum fuerit conuenire, statuere, & Deo dāte bonū iustitiæ cōplemētū facere & ministrare valeamus. Cui commissioni inhærentes illustriss. Reuerendissimus & Magnifici delegati, tā in primo, quàm in secūdo, tertio & quarto edicto citarent oēs prætendentes ius in dicto dominio Mōtisferrati, siue generaliter, siue particulariter ad exhibēdū eorū iura, petēdū, deducēdū & allegandū, ac etiā ad faciēdū quicquid illis oportunū videbitur pro eorū interesse occasione dictæ causę & depēdētiū, cōnexorum & emergentiū, & ad requirendū quicquid, &c. vt reiectis, quātocitius deueniatur ad totalē instructionē omnis processus memoratæ causę.] Et sic tam. cōmissio Cæsarea quàm edicta citatoria tēdunt ad finē vt cognoscatur de meliori iure cōpetitorū, & sic decidat petitoriū, ne fiāt de lite lites, oriātur scandala, & trāquillitas Italiæ turbetur, hoc etiā manifestè deprehenditur ex reductione possessionis ad Cæsareā manū tanquā vacātis, vt detur habenti melius ius, quo casu etiā si quis obtinuisset sententiā, tertius prætendens interesse executionē impediret, ne tradita possessione duriorē haberet tertius aduersarium. Nā si possessio remanet penes Cæsarem, qui se offert dare habenti melius ius, & in quo cessat omnis suspicio tergiuersandi & contradicendi post declarationem, quilibet est tutus sine exceptione ius suum consequendi. Sed si aliquis ex competitoribus mitteretur in possessionem, certè verisimile

risimile est, quòd postea omnemconatum faceret, vt non restitueret. Et propterea sanctissima est mens Cæsaris, & conuenit cum
110 decisione Inno. in c. veniens. de testib. † dum limitat. l. is à quo. ff. de rei ven. nô procedere quãdo possessio vacat, quam omnes ibi approbant, vt ibidẽ per Fel. col iiij. versi. declara secundò. & in c. cùm super. col. iij. ad fi. ver. limita quartò. Bart. & alij in l. à diuo Pio. §. si super rebus. ff. de re iud. Bene facit quod decidit Pau. de Cast. in l. ij. C. de edic. diui Adrian.
111 toll. † quòd quando restitutio est difficilis in possessorio recuperãdæ admittitur exceptio dominij. Sequitur Alex. in l. naturaliter. §. nihil cõmune. col. xj. versi. quintò fallit. ff. de acquir. poss. Sequitur etiã Cæpola consulendo in consi. lx. Ias. in consi. lx. colum. pen. vol. j. & xxxviij. col. j. volu. iij. Vnde licèt in processibus per multos ex competitoribus hincinde
112 † cumulatum sit petitorium & possessorium adipiscendę, quod de iure fieri potuit. c. pastoralis. & c. cùm dilectus. & ibi not. de cau. pos. & propr. per Bar. & Doct. in d. l. naturaliter. §. nihil cõmune. ff. de acquir. pos. tamen cùm sit vnica sententia determinanda parum curandũ est de meliori iure in possessorio. per text. & ibi tradita in d. c. cùm dilectus. Sed vlterius dicitur, ꝙ nec ex capite allegato inuestituræ obtentæ per illustrissimos Duces Mantuæ a Cæsare, nec etiã quia illustrissima Ducissa sit hæres illustrissimi Io. Georgij vltimi occupatoris possunt obtinere in possessorio. Et primò nô quidem propter inuestituram, quæ licèt velit defendi de iure tenere quo ad personam illustrissimi Ioan. Georgij viuentis tempore factæ inuestituræ, tamen de iure nõ tenuit quo ad præiudiciũ illustris. Marchionis Francisci, ad quem de iure spectat Mar-
113 chionatus ipse. † Nam per inuestituram abusiuam factam viuente aliquo vasallo vel prætendente se vasallũ, non fit præiudiciũ agnatis vel habentibus ius. c. j. qui succ. ten. & cap. j. quo temp. mil. & c. j. de feu. dat. in vicẽ leg. cõmissor. & in c. j. §. moribus. si de feu. fu. cõtr, & per Doct. in dictis locis. Et licèt in dictis locis concludatur posse fieri inuestiturã abusiuã viuente vasallo conditionaliter, si vasallus decesserit sine successoribus, vt dictum fuit in fundamento pro intentione illustrissimorũ Ducum Mantuæ, nu. 1. tamen non obstat, quia procedit quando possidens est legitimus vasallus, & obtinens inuestituram viuente vasallo est ille cui aperitur feudũ post mortẽ possidentis, vel quando feudum aperitur domino, quia tunc nulla fit iniuria, sed in casu nostro per mortem illustrissimi Ioan. Georgij sine descendentibus, nec illustrissimis Ducibus Mantuæ, nec Serenissimo Imperatori feudi domino apertum fuit feudum, quia illustrissimus Ioan. Georgius erat intrusus & violentus, ac iniustus occupator. Cum Marchionatus, vt demonstratum fuit, pertineret & pertineat ad illustrissimũ Marchionem Franciscum, cuius iuri per dictam inuestiturã non fuit derogatum, nec potuit derogari, vt probatur in dictis iuribus. Et ideò dicta inuestitura processit ex errore, quia Serenissimus Imperator existimabat illustrissimũ Ioan. Georgium legitimũ possessorem, ideo curauit tantũmodò non præiudicare illustrissimo Io. Georgio, vt patet ex lectione dictę inuestituræ, non cogitando de iure alterius tertij, sed credendo gratiam facere illustrissimis ducibus Mantuæ, quod potest. c. j. §. filia verò. & ibi not. Aluaro. in ij. notab. de success. feu. & in c. j. quemad. feu. ad fil. pertineat. faciunt tradita per Bartolũ in l. j. §. permittitur. ff. de aqua quotidiana & æsti. cũ concordantijs, de quibus in secundo principali fundamento pro intentione illustrissimorum Ducum Mantuæ, nume. 2. & 3. Et ideò cùm per errorem processerit dicta inuestitura, & sic causam legitimam habeat Cæsar non tradendi possessionem, iustè recusat, & tradere non debet, vt per Aluaro. in cap. j. §. finali. columna penultima. ver. sed interdum vasallus iam habuit inuestituram abusiuam. per quos fiat inuestitura. bene facit Fely. in cap. j. columna v. versiculo, quintò declara. & versiculo, septimò declara. de probationibus. Et profectò dicta inuesti-
114 tura facta per Serenissimum † Carolum v. qui inter omnes mortales semper fuit & est summus iustitiæ cultor & obseruator, debet intelligi sine præiudicio tertij, quando gene-
115 raliter omnis † concessio principis ita intelligatur. l. ij. §. merito. & §. si quis à principe. ff. ne quid in loco publ. l. nec auus. vbi glo. & Bal. C. de emancip. lib. l. cùm filius. ff. de testa. mil. l. impuberibus. ff. de administratione tutorum. cap. quamuis. de rescrip. in sexto. c. super eo. de offic. delega. glo. & Bald. in c. j. quid sit inuestitura. d. Alexan. in consilio iij. colum. j. versiculo, secundo quia Papa. & in consilio xxiij. colum. iij. versi. attento etiam quòd hic per gratiosam concessionem. volum. v. d. Iason in l. quoties. C. de precib. Impe. offer. glo. & Bart. in l. finali. ff. de constitutio. princip. & ibi

& ibi Ias.col.iiij.versicu.in vltima parte, cum sequen.etiam si faciat vel rescribat cum clausula, motu proprio; secundùm Bal.in c.ad audientiam.cum concorda.per Iaso.in l.si quis quenquam.in princip.versi. ego teneo istam partem.ff.si quis caus. Et quòd mens Cæsaris fuerit non præiudicare iuri tertij, declarauit ex commissione generali per eum facta de ipso Marchionatu, vt cognoscatur ad quē pertineat; vt illi detur. quæ commissio fuisset frustratoria, si intendisset locum esse debere dictæ inuestituræ. quinimo etiam declarauit per literas suas concessas illustrissimo Duci Sabaudiæ; quę & si videantur speciales ad fauorem illustrissimi Ducis Sabaudiæ; tamen ratio est generalis, & inter omnes ius facere
116 debet; † quia epistola Imperatoris ius facit quo ad omnes. l.j.versic. quodcunque igitur per epistolam.ff.de constit.princ.& ita in terminis decidit Ange.in l.item veniunt.§.ceterùm.per illum tex.ff.de peti. heredi.sequitur Ias.in l.ciuitas.col.iij. vers.adde quòd eo modo.ff.si cer.pet.& in l.j.in princi.col.fi.versicu. in glo.in verbo, derogare.ff.de ferijs.Fel.in c. j.col.v.versicu.in tex.ibi, epistolæ. de probat. Non etiam ex capite; quia illustrissima Ducissa Margarita sit hæres illustrissimi Ioānis Georgij, per tex.in c.j.si de feu.fuer.cont. inter do.& agna.& quod decidit Ioā.And. per illum tex.in addi. Spec.in tit.de testa.§.pen. in fin.quem sequuntur Moder. in d.l.fi.C.de edic.diui Adria. toll.vt dictum fuit in secundo fundamento primi fundamenti principalis pro intentione illustrissimorum Ducum Mantuæ, nu.2. vbi etiam dictum fuit, quòd ita intelligenda est commissio Cæsaris, cùm sit iuris, vt ibi latius. Quia respondetur secundùm Andr.de Isern.in d.c.j.§.secundo.si de feu.defun.fue.contro.inter do.& agnat.ꝙ ille textus procedit nisi agnati statim probarent, quòd esset feudum, per regulam legis, si is, à quo.ff.vt in poss.lega. & sequitur Alua. ibidem.& d.Præpo.Card.ibidē circa princip. & benè facit tex.in l.ij.C.de edic.diui Adria. tollen.vbi quādo quis allegat ius proprium, potest opponere exceptionem dolo facis. & vult d.Alex.in l.fi.C.eod.col.x.versic.& Paul. de Cast.hic in quibusdam lecturis, vbi reprehendit Pau.de Cast.extendentem d.l.ij.quādo excipiens etiam opponit de iure tertij; sed in casu nostro plenissimè constat Marchionatum Montisferrati esse feudum antiquum in quo semper fuit seruatum ius primogenituræ, & fœminę exclusæ, imò plenissimè cōstat Marchionatum ipsum pertinere illustrissimo Marchioni Frācisco, & sic nullatenus dicta illustrissima Ducissa Margarita in possessionē mitti debet; sed ipse illustrissimus Marchio Frācíscus, & ita limitāt decis. Io.And.d.Alex.in l.si patroni.post Bar.ibi.ff. ad Trebell.& Ias.in consi.cxxxviij.ad fin.vol. iiij.dixi supra, nu.79.ad fin. Non etiam obstat secundum principale fundamentum, quod factum fuit in fauorē illustrissimorum Ducum Mantuæ in petitorio de instrumento inuestituræ in eos illustrissimos Duces factæ per Serenissimum Carolum V. quod dicebatur validum; licet factum viuente illustrissimo Ioanne Georgio; quia supra proximè responsum fuit, quòd licèt possit valere respectu præiudicij illustrissimi Ioan. Georgij viuentis & possidentis tempore factæ inuestituræ; per iura & rationes ad istud sustinendum adductas; tamen clarum est non valere nec tenere ad præiudicium illustrissimi Marchionis Francisci per iura, & rationes & fundamenta supra adducta.nu.100.101.102. & 103.quæ non repetuntur. Non obstat tertium principale fundamentum factum in fauorē illustrissimorum Ducum Mantuæ.nu. 4.quia vbi verum esset, quod tamen non est, vt statim dicetur, non facit ad propositum; quia non constat, quòd Violāta esset maior natu illustriss. Marchione Ioanne Marchione Montisferrati, & quòd ipsa Violanta primogenita fuerit exclusa, ideò esto quòd fuerit admissa rationibus & fundamentis adductis in d. nu.4. seu ꝙ fuerit admissus Theodorus filius propter matris repudiationem, non tamen sequitur, quòd illustrissima Ducissa Mantuę quæ bis fuit exclusa primò ab illustrissimo fratre, secundò ab illustrissimo patruo, vt ex actis constat, debeat succedere
117 stantibus agnatis ex alia linea; † nam fœmina semel exclusa, durat perpetuo exclusa.c.j. §.quinetiam.Episcopum vel Abbatem.& ibi Doct.Curt.in tract.feu.in prima parte tertiæ partis principalis, ver.xxij. quæro. Brunus in consi.lxv.& in consi.cviij.col.vij.versicu. præ-
152 Nec potest dici, † quòd repudiando videatur cedere & transferre omne ius suum in dictos Violantam,& filios, quia nõ interuenerũt talia verba, ex quibus possit colligi donatio, secundũ Bald.in l. pactũ quod dotali. in viij.q.C.de collat.Paul.de Cast.& alij in d. l.si actionem.& idẽ Pau.de Cast.in l.j.§.inde Neratius.ff.ad Treb.Corn. in cõsil.ccxxxvj. col.iij.volu.iiij. & per Alex. ad terminos nostros in consi.cxlix.volum.vij. Quinimò si donationem fecisset,non valuisset,quia fuisset facta sine cõsensu Imperatoris directi domini. c. Imperialẽ.de prohi.feu.alie. per Feder.item sine consensu agnatorum.c.j.& ibi not.de alie.feu.pater. Et ideo cùm non esset meræ facultatis ipsius Marchionis Manfredi trãsferre Marchionatũ in ipsam Violantam & filios extraneos, & seu saltem incapaces stantibus descendentibus masculis Alledrami ex linea masculina nõ potest dici sibi præiudicasse per dictum mãdatum. d.l.inter officium.vbi omnes, & traditur in l. cùm falsa.C.de iur.& fac.ignoran. Et per hoc patet etiam responsio ad compositionẽ factã per Manfredum vti gubernatorem status Montisferrati cum illustrissima domina Margarita de Sabaudia relicta præfata illustrissimi Marchionis Ioannis. Nam prædictã compositionem fecit ratione officij. & ideo non potuit sibi præiudicare,vt dictum fuit.Bene facit, quia dos prẽfatæ d. Margaritæ veniebat soluenda per illustrissimos Palleologos hæredes vniuersales mariti, nõ autem per Marchionem Manfredũ hẽredẽ particularem, q habetur loco legatarij quo ad onera hæreditaria, & non tenetur ad ea soluenda. l. quoties.& ibi Doc.C.de hære.instit. Non etiã obstant cõpromissum,cõpromissi confirmatio, sententia arbitramentalis & homologatio, quoniã si bene inspiciantur & diligenter cõsiderentur, cõpromissum fuit factũ tanquã in arbitratores , & hoc clarè demonstrant confirmatio & prorogatio ipsius compromissi , de quibus in sententia arbitramentali, nã fuit factum de iure & de facto cũ causæ cognitione, & sine, & omnis iuris solennitate & cognitione omissa, citatis,& non citatis, præsentibus vel absentibus partibus, ita quòd factũ fuit tanquã in arbitratores,secundũ Bart.in d.l.societatẽ.§. arbitrorũ. col. ij.versic.sumus expediti.ff. pro so. latè Doct. in c.Quintauallis. de iureiuran. Alex.in cõsi. xiiij.col.ij.in fi. quod est repetitum in cõsilio xcvj.eodẽ vol.j.Itẽ hoc clarè demonstrat sententia arbitramentalis,ex cuius lectione apparet,quòd est potius lata ab arbitratoribus
153 quàm arbitris,† nã etiã ex modo pronuntiãdi cognoscitur, an compromissum sit factũ in arbitratores, secundùm Barto.in d.l.si societatem.§.arbitrorũ.col.iij.versi. quid est dictum.Canonistæ in d.c.Quintauallis. & per Alaxan.in præallegato consi.xiij.col.ij. ad finem, vbi dicit, quòd in dubio, quando est factũ tanquã in arbitrũ & arbitratorẽ,intelligitur factum in arbitratorẽ : sed in casu nostro verba sunt clara propter præallegatas clausulas. Item modus pronuntiandi magis cõuenit arbitratoribus,quàm arbitris, vt de
154 se patet.Sed sic est, † quòd vasallus non potest cõpromittere in arbitratorẽ,secundũ Iacob.Alua.in c.j.§. si inter.col.iij.& iiij.de lege Conr. Quinimò licèt multi in d.§.si inter. tenuerint : prout Aluar. & post eum ibi latè d.Præpo.quòd vasallus possit cõpromittere de feudo in arbitrum,tamẽ Canonistæ omnes in c.cum tempore, de arb.tenent oppositum,vt ibi per Hostien.But.Panor. & Imol. quos sequitur Ias.in l.fi.in ix.q.col.xlij. C. de iure emphyt.& in l.iusiurandum.§.pupillus. col.ij.ff.de iureiuran. Bal.in consi. cxxj.colũ. v.versi.secunda alia principali ratione in iij. parte, secundũ impressionẽ Mediolani, incipiente, à capite inchoantes.vbi loquitur in feudo concesso ab Imperatore, sicut in casu
155 nostro.Alex.in cõsi.j.col.penult.vol.v.† vnde si cõpromissum fuit nullũ, prout in rei veritate fuit, nulla quoque fuit sententia arbitramẽtalis.l. Pedius.§.j.ff.de arbi. & etiã ratificatio eadẽ ratione, prout in terminis cõsuluit d.Soc.in consi.xviij. in vj. & vlt. dubitatione. col.xiiij. cum seq.vol.j.& in consi.xcix.col.x. vers.ex quibus.vol.iij.& in nume.150.in principio. Et quòd cõpromissum fuerit nullum, patet

156 patet, † quia factum fuit inter spoliatum &
spoliatorem & sine licētia Imperatoris, quo
casu non valet.c.solicitè. de rest.spol. Et in
tantum non valet, cōpromissum neque sen-
tentia arbitramentalis, neque ratificatio ex
inde facta, vt non tantùm non præiudicet in
possessorio, sed nec etiā in petitorio, imò in
tantum nō valet, quòd etiam per Imperato
rem non posset ratificari in odium compo-
nentis & renuntiantis spolio, ita pulchrè &
multum notabiliter declarat d. Abb. in d. c.
solicitè.col.v.per illum tex.& per tex. in cap.
cùm in dubijs.de renuntiat.vbi vult, quòd re
nuntiatio facta post spolium, præsumitur nō
spontanea, & ideo ad nihilum valet, secus
in facta spontaneè, quia licet sit facta minus
legitimè, valet in odium renuntiantis, per
157 text.in d.c.cùm in dubijs. Bene facit, † quia
compromissum in arbitratores est quædam
transactio.§.j.in authe.vt diff.iud.sed transa-
ctio de feudo non valet neque tenet, maxi-
mè quando non est facta sincerè & bona fi-
de, vt traditur in c.si vasallus de suo benefi-
cio, in tit.si de feu.fue.controuer. inter dom.
& agnat.& in c.j.de contr.inter vasall.& aliū
de benefic. Curt.Iun.in tract. feud.in quarta
parte, in vij. principali quæst.Sed hic non po
test dici facta sincerè & bona fide, cùm præ-
sumatur, & sit facta metu, secūdum d. Abb.
in d.c.solicitè. col.v. Addatur quòd in casu
nostro notorium erat Marchionatum Mon-
tisferrati esse feudum antiquissimū, in quo
semper seruatum fuerat ius primogenituræ,
& semper transiuerat in descendentes ma-
sculos ex linea masculina, & erat etiam noto
rium pertinere & spectare Marchioni Man-
fredo vti descendēti masculo ex Thete filio
Alledrami per lineam masculinàm, attento.
quòd linea Gulielmi masculina primogeni-
ti Alledrami finierat in persona Marchionis
Ioannis, & hoc fundamento ad impugnan-
dum compromissum vtitur dominus Frāci-
scus Are.in consilio xiiij.columna.viij. & ver
siculo, præterea posito, quòd inter Ducē &
istum Marchionem. Addatur etiam, quòd
attēto, quòd compromissum fuit factum in-
ter spoliatum & spoliatorem, quòdque tūc
& semper ab inde citrà, vt notorium est, spo
liator, & eius illustrissimi antecessores fue-
runt potentiores spoliato, & eius illustrissi-
mis successoribus, ita, quòd semper poten-
tia Palleologorum à spolio vsque ad mortē
illustrissimi Ioannis Georgij, in quo finiuit
eorum linea masculina, semper fuit tanta
& talis, quòd semper potuerunt verisimili-
ter opprimere Marchiones Salutiarum. Itē
quia Marchio Mãfredus in homologationi
bus ratū habere coactus fuit, ideo stante di-
cta potētia ac iuramēto per gesta subsequē-
tia nō potest dici purgata vis & metus, ita in
terminis consuluit Aret. in d.consi.xiiij. col.
x.versi.venio nunc ad tertium. & in sequen-
ti versic.sed restat nunc videre de quarto.fa-
ciunt quæ dicentur infrà, nu.152.circa inue-
stituram. Confirmatur etiam ista conclu-
sio, nam Marchionatus Montisferrati est im
158 mediatè subiectus Imperatori, † ideo non
potuit Marchio Manfredus de eo sine licen
tia Imperatoris compromittere, ita dicunt
per illum textum Petrus, Abb.Hostien.Ioā.
Andr.Henric.Boic.d.Ant.de Butr.& Ioann.
de Imola in dicto c. cum tempore. Socin. in
consilio lxxxvii.columna iij. versiculo, con-
firmatur. volum. iij. Baldus in dicto consilio
cxxj.& Alexan.in dicto consi.j.colum.penu.
volum. v. Et cùm compromissum fuerit
nullum, fuerunt etiam & sunt nulla omnia
inde sequuta, vt dictum est suprà, nume.146,
ad fi.benefaciunt tradita in simili per Soc.in
consilio xcix.colum.x.versi.ex quibus sequi-
tur, quòd totus processus.volum.iij. Hinc
infertur, quòd si omnia sunt nulla, posset
Marchio Manfredus ipse, si viueret, contra-
dicere, ergo etiam eius successores.l.j.& per
totum tit.C.de præd.min.doctrina Bar. com
muniter approbata i l.post mortē.ff. de ado.
Ale.in cōsi.xciij.col.j. ver.ergo cū facta fuerit
& in consi.ciij.col.v. versi non obstat secun-
dum argumentū. & cxxxvij.col.penul.versi,
imò etiam posito.vol.ij.Are.in l.qui supersti-
tis.col.antepen.ad fi.& sequenti.ff.de acqui.
hæred.Ias.in l.iusiurandū.§. fina.col.penulti,
versi.decimò limita.ff.de iureiurand. Non
etiam obstāt inquantum suprà, in versic.ac-
159 cedat.num.14.dictum fuit, † quòd ex patien-
tia Marchionis Mãfredi in executione sentē
tiæ arbitramētalis videtur nedū translata fa-
cultas præscribēdi, sed dominiū, quia respō-
detur, quòd imò nec facultas præscribēdi, nec do-
miniū trāslatū fuit.de dominio paret, quia il
lustris.Marchio Mãfredus deiectus à posses-
sione Marchionatus per illustriss. Theodorū
tenebat partes.actoris, ideo etiam si arbitra
menta fuissent lata declarādo Theodorū ve
rum dominiū, nō tamē fuisset trāslatū domi
nium, secundū glo.in l.exceptio.ff. d excep.
rei iudica. Bartol. in l. ex hoc iure. columna
iij.versiculo, si verò sententia fertur pro reo
hoc

hoc modo.ff.de iust.& iure. Sed quia Bar. fuit sibi contrarius,& multis tenent cōtra dictam glo.satis est in proposito casu,quòd dicta arbitramenta, vt ex lectione eorū apparet, non fuerunt declaratoria alicuius iuris illustrissimi Theodori,& in hoc concordant omnes nō transferri dominium, vt per Bar. in d.l.exceptio.& per Alex.in d.l.Pōponius. §.si iussu.col.vj.versi.tertia est limitatio. ff.de acquir.poss.& volunt alij Moder.ibi Ias.in d. l.ex hoc iure.col.vij.versi.quarta difficultas. & col.viij. versi.sexta difficultas. vbi respondet ad §.interdum.Insti.de re.diui.cum similibus. Quòd etiam non sit translata conditio præscribendi probatur ex doctrina Bart. communiter approbata in d.l. Pomponius. in §.si iussu.9 in casibus in quibus non transfertur dominium,si aliàs posset trāsferri,pariter non potest transferri conditio prescribendi. Cùm itaque in casu isto dominium nō potuerit transferri, ergo nec etiam conditio prescribendi. Secundò & melius probatur, quia illustrissimus Theodorus habebat conscientiam rei alienę,& illum non poterant innuare conuentiones aut arbitramēta,ante purgatum spolium.c.solicitè.de rest. spol.bene facit l.meminerint.& ibi no.C.vn
160 de vi.Ideo cùm saltē de iure Canonico†pręscriptio non currat sine bona fide,nō potuit transferri conditio pręscribendi.c.si diligenti.& c.fin.de pręscript.cum simi. & in terminis est gl. si bene intelligatur in c. pastoralis. de offic.ord.& vult Bar. in l.generaliter.ff.de noxal.Bar. & Moderni in d.l. Pōponius. §. si iussu.& pariter non potuerunt alij præscribere, vt latius dicetur loco suo circa articu-
161 lum pręscriptionis † Non obstat inuestitura suscepta per Marchionem Mānfredum ab illustrissimo Theodoro de nōnullis locis Marchionatus Montisferrati in executione sentētię arbitramētalis,primò quia dicta inuestitura fuit nulla,quia suscepta scienter de rebus proprijs conducentis seu recipientis, tanquam de re aliena,vt per gl.& Bar.quem sequuntur communiter Doct. in l.si rem aliquam.ff.de acquir.poss.& ibi per Alexan.in colum.iij.ad fi.vers.videtis ergo.& consuluit Fulg.in consi.v.quidam Gulielmus Speranza faciunt tradita per Bart.& Doct. in l.cùm falsa.C.de iur.& fac.igno. & in alijs communibus locis. Et in casu nostro res est clarior, quia non interuenit consensus Imperatoris veri & directi domini.d.cap.Imperialem.de proh.feu.alie. per Federicum. cū similibus. neque consensus agnatorum.c.j.de alie.feu. pater.cum similibus.Nec dicatur, quòd saltem purgauit metum,quia respondetur, 9 imò nō purgauit,nec purgare potuit,q.adurabat metus ex parte Marchionis Manfredi propter maiorem potentiam Theodori, & non est verisimile nec rationabile,quod pro dictis paucis locis voluerit renuntiare tanto Marchionatui,imò si expressè renuntiasset, renuntiatio non teneret. d. capitu. solicitè. de restit.spolia.Innocentius & cęteri in cap. super hoc.de renuntiatio.Bartolus & Doct. in l.ij.C.quod metus cau.in quibus locis cōmuniter cōcluditur, quòd durante potētia metum seu vim inferentes, & seu spoliatoris non purgetur metus,vis, aut spolium,& quòd vbicunque potest capi alia coiectura, nō debet capi renuntiationis, vt ibi per eos, facit l.cùm de indebito.in principio.ff.de pbationibus cum similibus. Et in casu nostro res videtur clarior,quia recipiendo partem bonorum,à quibus deiectus fuerat,id fecit, vt minus perderet, non autem vt plus iuris tribueret spoliatori, & ideo receptio inuestituræ non debet operari vltra eius intentionem.l.non omnis.ff. si certum petatur. facit l. legata inutiliter. ff. de adimendis legatis. cum similibus. Et ad hoc in terminis adducitur decisio Innocentij in dicto capitulo, super hoc.columna ij.prope finem,versiculo, sed dicit nō esse simile.per textum in l.si per vim. C. quod metus causa. & ibi Bartolus eam refert, & sequuntur alij , vbi dicunt, quòd si quis coactus fuit rem vēdere,& tradere habita fide de pretio, si ex post recipit pretium, non intelligitur per receptionem pretij venditionem approbare,nec purgare vim & metū.Bartolus,Angelus Fulgosius, Paulus de Castro & alij in l.penultima.ff.de conditione ob turpem causam.& ibi Iason in secunda columna,post medium, versicul. secundò limita. sic ergo in proposito, nec Marchio Manfredus, nec eius successores recipiendo inuestituras & recognitiones de parte locorum dicti Marchionatus, intelliguntur sibi præiudicasse,tum quia se inuestiuerit & recognouerit de bonis proprijs, vti alienis, sine consensu Imperatoris & agnatorum, vt dictum est suprà, tum quia per hoc non possunt dici purgasse vim, metum & spolium, & renuntiasse iuribus suis,tamē etiam quia id fecerunt, vt essent in minori damno, vt dictum est. Non obstat instrumentū emptionis & inuestiturę susceptæ p illustrissi-

illustrissimum Manfredum ab illustrissimo
Gullielmo Paleologo de Castro Doliani,
162 quia pariter respondetur, † quòd rei suæ nō
tenet emptio. l. suæ rei emptio. ff. de contrah.
empt. & per talem emptionem quis non in-
telligitur renunciare iuribus suis, vt volunt
Doct. in d. l. si aliquam rem. post Iaco. de Ra-
uen. & per Alex. in consi. xcj. col. pen. ad fin.
vol. ij. Ex prædictis patet solutio ad omnes
alios actus factos per ipsum Marchionem
Manfredū, vt puta quia in aliquibus instru-
mentis factis per Theodorum interuenit vt
testis, prout in pace Casalen. & alijs. Sed vl-
163 terius dicitur, † quòd per interuentum in in-
strumento vt testis, quis sibi non præiudicat,
maximè quādo non potest impedire. l. Ca-
ius. & ibi not. ff. de pig. act. & in l. fideiussor.
§. patet. & ibi not. ff. de pigno. latè per Barto.
& Doct. in l. quæ dotis. ad fin. ff. solut. matri-
mo. per Cano. in c. ex literis. de transac. item
quia interuenit in pace facta inter Theodo-
rum & Casalenses, nam per hoc sibi nō præ-
iudicauit, cū necessariò interuenerit ex ius-
su Theodori, qui vocauit omnes vasallos in-
ter quos reputabat Marchionem Manfredū
pro bonis sibi relaxatis in executione senten-
tiæ arbitramentalis. Vnde cùm tutum non
fuisset Marchioni Manfredo contradicere,
& contradicendo nō potuisset impedire, se-
quitur, quòd potius præsumitur dissensus,
quàm consensus. l. j. §. quæ onerandæ. ff. quar.
re. act. non da. & tradunt Bart. & Doct. in d. l.
quæ dotis. Apparet etiam ex prædictis so-
lutio ad omnes actus factos p illustrissimos
Marchiones Salutiarum, à Marchione Man
fredo citrà, sed etiam particulariter respon-
detur. Et primò non obstant inuestituræ &
recognitiones susceptæ per illustrissimos
Marchiones Salutiarum post Marchionem
Manfredum vsque ad illustrissimum Mar-
chionem Franciscum præsentem Marchio-
nem exclusiuè, ab illustrissimis Palleologis
post Theodorum vsque ad illustrissimū Io.
Georgium inclusiuè de nōnullis bonis Mar
chionatus Montisferrati. Quia respondetur
prout suprà proximè respōsum fuit, nu. 152.
ad inuestituram susceptam per Marchionē
Manfredum. Non obstat compromissum
factum per illustrissimos Manfredum &
Theodorum fratres de Salutijs filios Man-
fredi, & Thomam nepotem eiusdem Man-
fredi in illustrissimum Ioānem Palleologū,
in quo asserunt eum Marchionem Mon-
tisferrati, & arbitramenta facta per dictum
Ioānem super dicto compromisso de anno
1343. quia respondetur quòd dictū compro-
missum non fuit factum de litibus & diffe-
rentijs vertentibus inter eos pro bonis Mar
chionatus Montisferrati, sed de vertentibus
circa Marchionatum Salutiarum vt ex com
promissi lectione liquidò constat, & licet in
eo cōpromisso enunttietur Ioannes Palleo-
logus Marchio Montisferrati, tamen non
164 nocet, † quia verba enunciatiua propter
aliud non probant l. ex his. & ibi not. C. de
testamen. milit. & per Bar. in l. ex hac scriptu
ra. col. iij. versi. venio ad tertium. ff. de donat.
Imò plus si enuntientur propter se, & confe
rant ad validitatem actus qui geritur adhuc
non nocent, si posteà de eo contingat princi
paliter disputari, prout nunc in casu nostro
principaliter disputatur, vt per Ant. de But.
in c. illud. in iiij. notab. post Innoc. ibidem de
præsumpt. Alex. in consi. xxj. col. ij. versi. pro
hoc etiam bene facit. & in consi. cxxxvj. col.
penult. versic. non obstat etiam, quòd instru-
mento concessionis. volum. j. Præterea illa
enunciatio refertur ad factum, quia Ioānes
se gerebat de facto pro Marchione Montis-
ferrati, non autem ad ius, quia de iure esset
Marchio Montisferrati, vel quia ius haberet
in Marchionatu. Nam plerunque appella-
mus id quod de facto est, & de iure non te-
net. l. exempto. §. is qui vinum. & ibi gl. ff. de
act. emp. Bald. in l. hi qui ad ciuilia. col. iij. C.
de appell. Ang. in consi. xxxvj. pro decisione
quæstionum. Bene facit, quia non erat in fa-
cultate ipsorum fratrū & patruelis, sine cō-
sensu Imperatoris directi domini, & agnato
rum in dictum Ioannem Marchionatū Mō-
tisferrati trāsferre, etiam per expressum, vt
sæpè dictum est. Igitur sequitur, quòd talis
enunciatio non nocet, secundū Bar. & Doc.
in l. cùm falsa. C. de iur. & fac. ignor. & in l. si
aliquam rem. ff. de acquit. posses. cum simili-
bus, facit c. solicitè. & ibi tradita. de resti. spol.
inducendo, vt suprà, nume. 146. 148. 152.

Non etiam obstant ratificationes treugæ
initæ inter illustrissimum Galleaz vicecomi-
tem, Comitem virtutum Mediolani Impe-
rialem Vicarium ex vna, & illustrissimos
Ioannem, Theodorum & Gulielmum Pal-
leologos & consortes ex altera parte per il-
lustrissimum Manfredum, Ioan. Manuolem
& Georgiū omnes de Salutijs, de anno 1381.
rationibus, iuribus & authoritatibus prealle
gatis. Et vlterius, quia nullus dictorum de
Salutijs fuit Marchio Salutiarū, vt patet ex
produ-

productis in causa, & patet etiã, quia nullus eorum appellat se Marchionem Salutiarũ præter Manfredum, qui tamen ratificat pro se & filijs, ac castro, terra, hominibus & finibus suis Fareglani & non pro Marchionatu Salutiarum. Ideo non videtur ad causam facere. Et quatenus posset dici facere ad causam, militant responsiones datæ supra. Non etiam obstat liga facta inter illustrissimum Theodorum Palleologũ ex vna, & illustrissimum Thomam Marchionem Salutiarum de anno 1396. contra illustrissimũ principem Achayæ in qua conueniunt, quòd loca dictorum Theodori & Thomæ, quę occupata fuerunt ab ipso principe Achayæ si recuperentur, illa quæ fuerunt ablata Marchioni Salutiarum, remaneant ipsi Marchioni Salutiarum salua superioritate Theodori, si quam habet. Cætera remaneãt Theodoro, quia inquantum ipse Theodorus in dicta liga nominatur Marchio Montisferrati, responsũ fuit supra nu. 156. Respectu verò ipsius ligæ principalis facta fuit ad consulendũ vtrique parti pro bonis ablatis per principem Achayæ, & non ad alium effectum, & sic vltra non debet operari. l. non omnis. ff. si certũ petatur. cũ similibus. Et licèt dicatur, quòd vltra bona, quæ fuerunt ablata Marchioni Salutiarum, cætera remaneant Theodoro. per hoc tamen sibi non præiudicauit Marchio Salutiarum, nec successoribus suis, quia nec iste erat modus transferẽdi dominiũ, quatenus esset de bonis spectãtibus ipsi Marchioni Salutiarum, vt ex corporibus Marchionatus Montisferrati sine consensu Imperatoris & agnatorũ, vt sæpe dictum fuit. Præterea præiudicasset sibi tantùm in bonis recuperatis. l. j. §. si quis hoc interdicto. & ibi Bart. ff. de itin. actuq; priua. Alexand. in consili. xxxiij. & in consil. xcix. vol. v. Ias. in l. si prius. col. ix. versic. in secunda parte principali huius legis. & sequenti. ff. de oper. no. nunt. Et cùm incertum sit quæ loca abstulerit princeps Achayæ dicto Theodoro, & an essent de Marchionatu Montisferrati, & quæ vigore dictę ligæ recuperata fuerint, non potest fieri fundamentũ, vulgata l. non hoc. C. vnde leg. & in capit. in præsentia. de proba. Non etiã obstat, quòd illustrissimus Ludouicus Marchio Salutiarum se gesserit pro gubernatore illustrissimi Ioãnis Palleologi tanquã Marchionis Montisferrati, vt apparet ex pluribus actibus & literis dicti illustrissimi Marchionis Ludouici nomine illustrissimorum Ducum Mãtuæ in causa productis, etiã præsupposito, quòd fidem mereantur, quia dictam gubernationẽ potuit gerere gratia amicitiæ & affinitatis, quam cum eo habebat, & non gratia & causa renuntiationis iurium suorum, vt supra dictum fuit, nume. 133. maximè ad fin. vbi allegatum fuit consilium domini Alexan. in terminis, & aliud consiliũ Paul. de Cast. non repeto. Non etiam obstat liga & confœderatio inter illustrissimos iugales Bonifaciũ & Mariam Palleologos ex vna, & illustrissimos iugales Ludouicum & Margaritam Marchiones Salutiarũ ex altera pro se & eorũ hæredibus & successoribus contra quascunque personas, quę in futurum vellent indebitè insurgere contra alterã ex dictis partibus, quia dicta confœderatio & liga est facta ad obuiãdũ ne quid de facto inter se fiat, vel per alios contra aliquẽ ex eis fiat. Salua igitur erat via iuris, nec ex dicta confœderatione potest elici vel coniecturari renuntiatio iuriũ alterius partis, quæ in dubio nunquam præsumitur, & semper capi debet alia coniectura, vt sæpe dictum fuit, ideo non obstat. Confirmatur, quia per pacem, ligam & confœderationem & concordiam, quę in effectu quasi in idem recidunt, vt volunt Bald. & Moderni in l. j. ff. de pact. & q̃ important in effectu ad finẽ discordiæ seu guerræ itroductæ. d. l. j. ff. de pact. l. in libello. in princ. ff. de capt. & postl. reuer. & declarat Barto. in consi. lxvj. quod incipit, Ad declarationem. relato per Alexan. & Modernos in dicta l. j. ff. de pact. sola enim iniu-
165 riarum remissio inducitur, † sed in remissione iniuriæ non includitur remissio damni in cursi ex iniuria, prout decidit Dyn. quem sequitur Bal. in l. si pro iure. in princ. ff. de condict. furt. per l. sed si vnũ. §. si à me. & ibi Dyn. ff. de iniur. Bald. & Moderni in l. si tibi. §. j. ff. de pact. vnde consuluit ibi Bald. quòd facias in instrumento pacis remitti non solùm iniuriam, sed damnum & interesse. Dicit etiam Bald. in l. domus. in princi. per illum text. ff. de seruit. vrb. prædio. quòd si vna vniuersitas remisit alteri iniurias & inuasiones, non per hoc videtur remittere damnum & interesse, & est notandũ. Quinimò si in pace & remissione iniuriarum fiat refutatio, quitatio, & pactum generale de vlterius aliquid non petendo vel exigẽdo de & pro omnibus & singulis damnis & interesse, & expensis & iniurijs factis & receptis inter dictas partes, tam tempore guerræ, tam per se & eorum subditos, quàm per quoscũq; eorũ antecessores,

vsque ad præsentem diem, non tamen intelligitur derogatum iuribus, quæ habet altera pars ratione Imperialis concessionis feudalis in aliquibus castris, terris & locis quæ occupat altera pars, ita in terminis per optimâ fundamenta consuluit d. Alex. in cõsi. clxviij. requisitus vt breuibus. vol. ij. quod est repetitum in v. vol. consi. xx. quod consilium seruit pro responsione ad multos actus, per quos volunt illustrissimi Duces Mantuę renuntiationem iuriũ & liberationem à rei vendicatione Marchionatus Montisferrati, quia vt dicit ibi d. Alex. col. penul. versi. fortificantur.
166 in † generali alienatione facta per vasallum non venit feudum, nisi exprimatur c. in generali. si de feu. fue. contr. inter do. & agna. & c. ij. de cap. qui cur. vend. bene facit gl. in l. Aurelius. §. Mæuia. in verbo pupillę. ff. de lib. leg.
167 quæ vult, † quòd in generali liberatione nõ intelliguntur remissa ea quę possunt vendicari. & dictam gloss. reputat singularẽ Bal. in l. cum necessitate. C. de fideicõmis. sequitur Alex. in consi. xlvj. col. ij. volu. j. & in consilio clxx. in secundo dubio. col. iij. vol. ij. Ias. Instit. de act. in princ. colum. antepenult. ver. in eadem glo. ibi, sed in stricta significatione. Et per hoc etiã patet responsum ad instrumentum nominationis adhærentiæ factæ de anno 1405. per illustrissimum Theodorum Palleologũ. Non obstat confœderatio facta de anno 1427. inter illustrissimum Ducem Philippum Ducẽ Mediolani ex vna, & illustrissimum Amadeum Ducem Sabaudiæ ex altera in qua interuenit illustrissimus Manfredus ex March. Salutiarum, tanquam procurator specialis illustrissimi Ducis Sabaudiæ, & in qua medio dicti Manfredi præfati illustris. Duces diuidunt omnia bona Marchionatus Montisferrati inter seipsos, tã per eos & seu alterũ eorũ acquisita, quàm quęrenda, ita quòd secundum diuisionem in dicta confederatione conuentum est vt bona vnicuique eorũ remaneant liberè & pleno iure. Et sic videbatur, quòd Manfredus sibi in dominio dicti Marchionatus præiudicasset, quia si tanquã procurator cõsentit, quòd Marchionatus Montisferrati diuidatur inter præfatos illustrissimos Duces, & secundum diuisionem vnicuique acquiratur, ergo videbatur habere Marchionatum pro derelicto, & cũ non esset in possessione, dominiũ perdere. l. j. ff. pro derelicto. & traditur in l. si quis vj. §. differentia. ff. de acq. poss. Nam respondetur, quod ex quo Mãfredus volebat, quòd acquireretur præfatis illustrissimis Ducibus secundũ dictam diuisionem, & non acquisitus fuit ille Marchionatus, ideo dominium non
168 amisit: † quia dominium non amittitur, nisi transferatur in personam, in quam dominus vult trãsferre l. nec vtile. ad fi. ibi, neq; enim intelligitur amissũ, quod oblatũ alteri non est. & ibi not. gl. & Doct. ff. ex quib. cau. maio. Bar. & Doct. in l. si ego. ff. de neg. gest. Bene facit, quia nõ aderat causa habilis ad transferendum dominium in præfatos illustrissimos Duces. igitur etc. l. j. §. si vir. ff. de acquir. pos. Bene etiam facit vt sæpe dictũ est, quia translatio non potuisset fieri sine consensũ Imperatoris & agnatorum. Accedat, quia ex processu constat, quòd dictus Manfredus nõ fuit Marchio Salutiarum, quia post Manfredũ, qui successit Ioanni vltimo ex linea Gulielmi primogeniti Alledrami aliquis eius nominis non fuit Marchio Salutiarum, vt ex processu constat. Ideo cessat omne fundamentum, quod potuerit præiudicare, quia nunquam ius habuit in Marchionatu Montisferrati. l. decem. ff. de verb. oblig. facit l. traditio. ff. de acquir. re. domi. & l. eius qui in prouincia. ff. si cer. peta. cum similibus. Non obstat sententia arbitramẽtalis lata de ann. 1433. per illustrissimos d. Ludouicũ Marchionem Salutiarum & Nicolaũ Marchionem Esten. in qua condẽnant illustrissimum Ducẽ Mediolani ad restituendum nonnulla loca per eum ablata & occupata illustriss. Ioan. Iacobo Palleologo sub titulo Marchionis Mõtisferr. quasi authoritas rei iudicatæ operetur, vt & si illustris. Dux Mediolani, quia non erat dominus, tamen transtulerit vsucapiendi cõditione. l. iij. §. idem quæri potest. & l. iij. in fin. ff. de publiciana. & l. Pomponius. §. si iussu. ff. de acquirenda possess. & dicit ibi Alex. colũ. v. versiculo, & quia disputatiuè. quòd & si vtraque possit sustineri disputatiuè, tamen ne vos inuoluam in opinionibus, dico tenendam opinionem quam tenet glossa, quę est,
169 † vt authoritas rei iudicatę faciat transferri dominium, si restituens est dominus, si verò non est dominus, vsucapiẽdi conditionẽ, & hanc conclusionem paulò infra extendit etiam ad sententiã arbitri, licèt Bal. in l. fi. C. com. de leg. aliter teneat. Pro clariori resolutione distinguẽdus est iste articulus in duas partes, primus sit, an illustris. Marciho Ludouicus arbitrando intelligatur renũtiasse iuribus suis, secũdus sit, an authoritas arbitramẽtorũ trãstulerit vsucapiẽdi cõditionẽ. Circa primum

primum dicendū est, quòd non; quia renun
clatio non est præsumenda; cùm possit capi
alia coniectura.l.si cū aurum.ff.de solutio.&
170 sępe dictum fuit supra: sed in casu isto, † cū
etiam spoliator possit agere interdicto vnde
vi contra suū spoliatorem, & ante omnia sit
restituendus, nec quæratur de dominio. l. si
quis ad se fundū. C.ad leg.Iul. de vi public.
& ibi Barto.& alij, & per Bartol. in l.qui pos
sessorē. ff. de vi & vi arma. imò etiā malæ fi-
dei competat remedium. cap.reintegranda:
prout tenuerunt do.Ant.de But.in c.sępe. de
resti.spol.Roma.& Aret.in l.rem quæ nobis.
ff.de acquir.poss. & consuluit do.Alexand.in
consi.vj.volu.iij. potuit illustrissimus Ludoui
cus Marchio Salutiarum acceptare cōpro-
missum, proferre arbitramenta, & lauda cir-
ca nouum spoliū sine periculo iuriū suorū,
quia de dominio, nec de antiquo spolio tra-
ctabatur. Et ex hoc etiam infertur respon-
171 sio ad secundū, † quia cū sententia sit lata in
possessorio, non præiudicat in petitorio.l.na
turaliter.§.nihil cōmune. ff.de acquiren.pos.
& vult Alexan.in d.l.Pōponius.§.si iussu.col.
ij.ad fin. versicu.dicit tamen Barto, & princ.
sequentis.ff.de acquirē.poss.Bene facit, quia
authoritas sententię non operatur dictos ef-
fectus, quando non est declaratoria iuris vi-
ctoris, vt dixi supra in simili, nume.15.maxi-
mè concurrente mala fide dicti illustrisimi
Io.Iaco.vt dixi in d.nu.152. versicu.q etiā non
fit.& dicetur infra respondendo ad præscri-
ptionē. Pręscriptio, in qua illustr. Duces Mā-
tuæ maximè videntur facere fundamentū,
non potest allegari, & allegata non obstant.

Pro clariore tamen resolutione huius
obiecti præmitto, quòd ex instrumentis in
causa productis, ac etiā ex testibus olim exa-
minatis ad instantiā illustr.Marchionis Man-
fredi, patet, & constat de antiquiori posses-
sione Manfredi, & de spolio cōmisso per il-
lustriss.Theodorū Palleologū, vt dictū fuit s.
versi.septimo principaliter aduertendū est.
nu.93.& nu.94.quod hic habeatur pro repe-
tito, ne bis scribā. Secundo præmitto, q cō-
cessio & inuestitura facta per sereniss. Henri
cū Imperatorē in illustr.Theodorū Palleolo
gū de iure non valuit, propter pręcedēs spo-
172 liū, † quia princeps nō potest inuestire inua-
sorē de bonis occupatis. l.authoritate. & ibi
Barto.not.C.vnde vi.Bal.in c.j.de nat.feu. gl.
in l.ij.C.de fun.& sal.rei Tamaicæ. libr.xj.vbi
glo.per illū tex.inuehit contra eos qui occu-
parunt terras Comitis Hugolini, & per ob-
reptionē impetraruīt concessionē, quā legē
etiā Ang.ibi not. contra ciuitates & tyrānos
occupantes terras vel castra aliquorū Comi-
tū, vt non possint petere confirmationē à Pa
pa, vel à Principe, nec eas possint præscribe-
re spatio longissimi tēporis sub prætextu pre
dictæ confirmationis, & ita consuluit d.Ale-
xā.in consi.iij.ij.col.vol.v.Cur.Iun.in tractatu
feu.in ij.parte principali secundæ partis prin
cipalis. versicu.tertio principaliter quæro, an
illi qui inuaserunt, adde q etiā nō potuit tri-
buere bonā fidē, vt dicetur in nu.171. vers.nō
obstat.& sequentibus. Addo q dicta cōcessio
fuit facta saluo iure cuiuslibet tertij, & sic Im
perator expressit eius mentē, quæ tacitè ine-
rat.l.ij.§.merito. & §.si quis à principe. ff.ne
quid in loco pub. & c.super eo. de off.deleg.
Alexan. in consi. xxxvij.col.ij. volu.j. Ex quo
sequitur q concessiones & confirmationes
aliorū Imperatorū non suffragantur illustr.
Palleologis, tū quia attenditur prima cōces-
sio, quæ est prima radix & fundamentū, &
quæ non potuit in præiudiciū tertij mutari
secundū Bal.in c.j.col.pen.& sequitur Aluar.
ibi, col.vj.ver.quæro cū dicta glo.an agna.vel
fil.defunc.Paul.de Castr.in consil.cluj.col.ij.
173 vbi dixit, † q postquā constat de prima inue-
stitura, sequens præsumitur facta secundùm
conditiones antiquas. Brun. in consi. lxxviij.
col.ij.versic.hinc dixit Bal.Bene facit, quia ex
quo dicta prima concessio facta illustr. Theo-
doro, erat nulla, nullumque ius sibi & succes
soribus tribuebat, pariter omnes confirma-
tiones subsequutæ sunt inualidæ & nullæ.ita
signanter decidit d. Abb.post Innoc.ibi, in d.
c.dudum.col.iij.vers.sed quæro iuxta prædi-
cta, nunquid talis confirmatio.d.Alexād.in l.
more.col.vj.ff.de iurisd.om.iudi.Deci.in rub.
de confir.vtil.vel inuti.col.ij. faciunt quæ di-
centur infra nume.180.versicu.confirmatur.
174 Tertiò præmitto, † q in præscriptione tā-
ti temporis cuius initij non extat memoria,
requiritur bona fides, saltē de iure canoni-
co, quod est attendendum secundū glo. quā
ibi ad hoc not. dominus Philippus Francus
in c.j.col.v.vers.ij.nota ex glo.iuncto text. de
præscrip.in vj.Ioan.And.& Canonistæ in c.si
diligenti.de præscript. prout eos refert Ber-
tachin.in suo repertorio in verb.præscriptio,
el secundo. colum.iiij. & est text. in capitulo
finali.de præscript.libro sexto. ponderando
vniuersalē negatiuā. Et ita tenet domi.Fran-
cisc.Balb.in suo solenni tract.præscrip. in se-
cunda parte tertiæ partis principalis, in vj.q.

col.v.versi.sed contrariũ, quòd etiam in præscriptione.limitando tamen quando constat de mala fide.& idem tenet Gemi. in d.cap.j. col.iiij.vers.glo.super verbo,nisi.de præscrip. in vj.& voluit glo.in d.c.si diligenti.in verbo, bona fide.& ibi d.Abb.col.iij.vers. primo igitur quærit,an semper.ponderando verbum, semper. Et si bene aduertatur,idẽ volũt alij ibi,& vniuersalem negatiuã positã in d.c.fin. ponderat in simili Fel.in d.c.fin.de præscrip. d.Alex.in consi.lj.col.ij.vol.v. Balb. in d.tract. præscript.in xiiij.q.secundę partis tertiæ partis principalis.col.ij.ad fi. & consuluit d.Ioã. Ant.Rub.in cons.xiij. & sic ista conclusio sine controuersia est vera.

His sic præmissis dico, ꝙ ex quo cõstat, ꝙ illustrissimus Theodorus Palleologus de facto & per vim & cõtra omnem iustitiam spoliauit & deiecit illustrissimum Marchionem Manfredum à Marchionatu Montisferrati,
175 †non potuit propter eius malam fidem inchoare præscriptionem.c.fin.de præscri.& c. j.de præscrip.in vj.& in regula, possessor malæ fidei.de regu.iur.in vj. quorum iurium dispositio debet etiã seruari in iure ciuili,vt traditur in dicta regula,possessor. & in l. sequitur.§.si viã.ff.de vsucapio. Canonistæ in dicto cap.fin.de præscri. Et cùm illustrissimi Palleologi vsque ad Ioã.Georgium vltimũ masculum dictæ familiæ, qui tenuerunt dictum Marchionatum,licet successerint seruato ordine primogenituræ, & semper exclusis fœminis se dixerint hæredes ꝓdecessoris, quasi feudum esset hæreditarium, vt etiam dicunt nunc illustrissimi Duces Mantuæ,& quia saltem fuerunt omnes hæredes Theodori primi inuestiti, & spoliatoris; certè mala fides ipsius illustrissimi Theodori nocet hæredibus,secundùm veram & magis communem opin.Docto.in d.c.si diligenti.& in d.c.fin.de præscri.Legistæ in l.Pomponius. §.cum quis. ff.de acquir.poss. cũ concor.latè per Moder. ibi traditis,& vltra eos per do.Alex.in consi. clxxij.col.fin.vol.vij. & in consi.xj. col.fi. & in consi.xxxix.& in consi.xlvj.col.iiij.vol.vj.Soc. in consi.ij.col.fin.& in consi.cvj. col.ij. vol.iij. & in cõsi.lxxxij.col.xj.nu.26.vol.iiij. Corneus in consi. cccxxviij.vol.j.& in consi.cclxxv.col. pen. vol.iij.Balb.in d.tract.præscrip. in cxxix. secundæ partis tertię partis principalis.col.v. versi.secundum principale membrum est.

Bene facit,quia Marchionatus Montisfer.
176 fuit affectus vitio Reali; † quo casu tale vitiũ rem concomitatur in quécũque perueniat, donec per reuersionẽ in potestatẽ possessoris expulsi vitium purgatum fuerit. l. vitia.& ibi Doct.C.de acq.poss. Et quanquã glos.in §.furtiuę.in gl.ij.Instit.de vsucap. & in l.sicut. in glo.fin.C.de præscri. triginta anno. teneat quòd procedat præscriptio triginta vel quadraginta annorum. & idem videtur voluisse Bar.in l.sequitur.§.si fundum.in fin.ff.de vsucap.tamen dictæ glos.loquunĩ contra casum expressum in l.si quis emptionis titulo. §.sed hoc super illis.in verbo,sine vlla distinctione. C.de præscrip.lon.temp.trig.vel quadr. ann. & ita in specie reprehenditur d.Ias.in d.§.furtiuæ.vers.in glo.in verbo prædicto. & de illo tex.non meminit Balb.in d.tract.in xij.qõ.secundę partis tertiæ partis principalis. col.iij. vers.quã conclusionem limita. Sed in omnẽ euẽtũ dictũ gl.& Doct.per Balb.in loco ꝓdicto allegatorũ,procederet de iure ciuili, nõ aũt de iure canonico,vt per Io.de Imol.in d. l.sequitur.§.itẽ si occupaueris.ff.de vsucapio. & vult etiã Balb.tã respectu inuasoris,quàm eius hæredũ,vt ibi per eum.Hosti. in c.ij,quẽ referunt ibi do.Anton.de But.& do.Abb.de purg.vulg.vbi dicit, quòd ciuitates Italiæ nõ potuerunt præscribere merum imperium, quia habuerunt initium violentum, ex quo causatur vitium reale,quod semper impedit præscriptionẽ,nisi tale vitiũ purgetur. d.l. vitia.bene facit tex. in d.l. si quis emptionis titulo.§.sed hoc super illis.quẽ Bar.ibi dicit singularẽ & nescire alibi, refert Ias.in l.imperiũ col.viij.in prin.versi.eandẽ opin.tenuit Host. ff.de iurisd.om.iudi. & in terminis ꝙ longissima pręscriptio cẽtum annorũ & vltra, impediatur propter vitiũ reale,cõsuluit d.Abb.in cõsi. iij.nitar.in xvj.& xviij.q. vol.ij. & idẽ vult in c.nihil.col.iij.versi.secundò legitur.de pręscript. Quinimo dicitur, ꝙ illustrissimi successores Theodori, non potuerunt etiã præscribere propter propriã malam fidem,quia vt dictum fuit s.nu.93. à spolio Theodori citra,& citra,de spolio,violentia,& non iure illustris.Palleologorũ cõtinuè durauit publica fama in ciuitate Casalis, & toto Marchionatu Mõtisfer. & sic nõ potuerũt ignorare spoliũ,violentiã,& nõ ius,secundùm gl.in l.si tutor petitus.C.de peric.tut.Bart.in l.is potest. col.v.& ibi Moder.ff.de acquir.hęredi.& per Bart.in terminis in l.Celsus.col.penul.versic. sed qualiter probabitur mala fides.ff.de vsucap.& per Alex.in consi.clxxxvij.col.iij.versi. & deponunt etiã.volu.ij.d. Abb.in d.consilio iij.quæstio.xvij. igitur, &c. d.cap. si diligenti.

& d.

& d. cap.fi.de præscri.& in dicta regula,pos-
177 sessor.cum supra allegatis. Bene facit, † quia
hæres spoliatoris non potest referre quęstionem dominij,sicut non potest spoliator immediatus.ita Bart.& Alexan. in l.iiij.§.Cato. quos refert & sequitur Ias.ibi, col.x.versicu. quintò nota singularem ampliationem.ff.de verb.obli.vnde infertur, ꝙ cùm illustr.Theodorus,& successores non potuerint propter eorum malam fidem pręscribere si possiderenr,& domini essent; tamē per illustrissimū Marchionem Franciscum si vellet se dicere hæredem Manfredi spoliati, mediante persona illustriss.fratris,& aliorum antecessorū.
178 † nam hęres hęredis dicitur in infinitum. l.fi. C.de hęred.instit. posset agere tanquam hęres possessorio. l.si quis ad se fundum. C. de vi pub.& petitorio.d.l.si quis emp.§. sed hæc super illis.prout vult glos.ibi, quam sequitur Salyc. Hęc possent possessores hæredes spoliatoris opponere de dominio.sequitur Balbus in d.tracta.pręscript.in vj.q.iij.partis principalis.col.ij.versic.ex quo infero esse casum. Sed cùm possessio sit reducta ad manus serenis. Imperatoris, ex quo nulla præscriptio cucurrit propter malam fidem possessorum dominium remansit penes illustris. Marchiones Salutiarum,etiam de iure ciuili. Et Palleologis non possidentibus, nulla actio cōpetit ad Marchionatum, casus est in d.l. si quis emptionis.§.j.iuncta glo.super verbo,simili. C.de pręscrip.xxx.anno. cum qua transeunt Cy.Bar.& Bal.Ang.& cōiter Docto.maximè Salic.referens opi.Io. quā ibi firmat glos.esse cō.& ita tenet Balb.in d.tracta.pręscrip. in vj. qō.ij.partis tertię partis principalis. col.j. ver. possessor verò malę fidei.& tenet Iac.Aluar. in c.j.§.si quis per triginta.col.ij.versic.quartò quęro.si de feu.fuc.contro.inter do.& agna. & dicetur in nu.189. vers. quartò principaliter. Non obstant ea quę adducta sunt pro sustentatione pręscriptionis ad fauorē illustris. Ducū Mantuę,nu.16.versi.ex quibus. quæ in veritate ex pręditis corruunt. Sed etiā particulariter respondetur. Et primò nō obstat ꝙ illustris. Theodorus & successores fuerint iusti & legitimi possessores;cùm Theodorus habuerit inuestituram ab Henrico Imperatore,quia vt dictū est s̄.nu.164.versi.secundò p̄mitto.Dicta inuestitura fuit nulla. Itē vt dictū fuit s̄.n.164. ver.addo fuit facta saluo iure cuiuslibet tertij.Itē nō obst.ꝙ inuestitura Ottonis ī Alledramū dicat, ad vtriusq; familiàs. & ꝙ in testō Marchionis Ioānis vltimi Marchionis Mōtisferrati ex linea Gulielmi masculina primogenitii Alledrami fuerit institutus hęres:quia ad inuestiturā Ottonis in illis verbis,ac seu ad utriusq; sexus familiàs. latè respōsum fuit s̄.nu.52.vers.secūdò principaliter vsq; ad n.60.inclusiuè.Ad testamētū Ioānis etiā respōsum est s̄.nu.132. vers.ad gubernationē.vsq; ad nu.142.inclusiuè,vbi demonstratum fuit,vocatū fuisse Mānfredū, ex dicto testamentum ad Marchionatū Montisferrati non autem Theodorū inhabilem & incapacem tanquā descēdenrē ex fœmina.Ad consensum Manfredi,necnō illustr.successorum Marchionum Salutiarū responsum est supra particulariter ad singula acta,tam Manfredi, quàm omniū successorum à dicto num.132. vsque ad nu.163.vers.præscriptio.Item nō potest dici ꝙ Theodorus,successores vel aliquis eorū fuerit legitimus possessor,neque ꝙ Mānfredus,aut aliquis ex eius successoribus vsq; ad illustriss.Marchionem Franciscū exclusiuè consenserit in illustriss. Palleologos, taliter, ꝙ eos approbauerint in veros & legitimos Marchiones Mōtisferrati, vel ꝙ iuribus suis renūtiauerint.Vnde etiā dato,ꝙ illustris. Marchio Frāciscus esset hęres illustr. fratris & omniū antecessorū vsque ad Manfredum inclusiuè;tamē posset agere ad ipsum Marchionatum Montisferrati. Nec acta & gesta per fratrem & illustris.prędecessores, illi vti eorū hęredi obstarēt; quia sicut si Mānfredus & illustriss.successores viuerent; nō obstātibus eorū & cuislibet eorum gestis possent agere;ita potest illustriss.Marchio Frāciscus, etiā ꝙ esset eorū hęres.Non obstat, ꝙ saltem ex tot actibus & inuestitura Henrici elicitur titulus,& bona fides; & ꝙ pptereà maximè per cursum tanti tēporis, ꝙ memoria in contrarium nō existit,illustriss. Palleologi qui supra annos ducētos tenuerūt Marchionatū Mōtisferrati,pręscripserunt; quia responde-
179 tur, † ꝙ etiā in pręscriptione tanti temporis cuius initij memoria in contrariū nō existit, requiritur bona fides; ut suprà dictū fuit nu. 165.versi.tertiò pręmitto. Cùmque cōstet de mala fide illustr. Theodori,q de facto & per vim Marchionatū inuasit, & Manfredū deiecit,vt dictū fuit supra nu.93.vers.vij.principaliter.& sequēti.certè nō potuit pręscriptionē incohare propter eius malam fidem; & eius mala fides nocet successoribus in dicto Marchionatu,vt dictum fuit suprà nu. 166.versic. his sic pręmissis. & sequenti. & numero 176. Quinimo etiam successores non potuerunt

præscribere propter eorũ propriam malã fidẽ,vt dictũ fuit supra nu.168.ver. quinimò dicitur.& sequenti. Nec gubernatio,mandatũ,cõpromissum,homologatio arbitramentorũ,recognitio feudalis, & alia gesta Manfredi potuerunt parere bonã fidẽ Theodoro violento possessori, vt particulariter dictum fuit supra, Non etiã inuestitura Henrici potuit tribuere bonã fidẽ, quia non valuit, neque tenuit,& erat titulus reprobatus à iure propter præcedentẽ inuasionem d.l. authoritate,cũ alijs supra alleg.nu.164.versi,secundò præmitto. quo casu etiam non potest dici, ꝙ illustriss. Theodorus ex dicta concessione cõceperit bonam fidem,licèt in iure errauisset,
180 †quia error iuris super titulo reprobato à iure non proficit ad præscriptionẽ, nec causat bonam fidẽ etiam in præscriptione longissima,secundum Paul. de Castr. in consi. lxxij. ad fin. Balb.in repe.l.Celsus.in iiij.nota b.col. iij.in iiij.limitatione. versi. contrariã partem, ff.de vsucap.Item fuit facta saluo iure tertij, vt dictum fuit. Non etiam alia gesta per illustriss.successores Marchiones Salutiarum post Manfredũ potuerũt parere bonam fidẽ stante continua fama spolij & Marchionatũ Montisferrati spectare & pertinere ad illustriss. Marchiones Salutiarum, Nec ob-
181 stat,†ꝙ ex iniustis & temerarijs causis causetur bona fides,secundũ Bal. in l.j.C.vbi causa.& per Soc.in d.consi.xxxviij. vol.iij. Quia respõdetur,quòd fortè posset procedere vbi non constaret de mala fide,prout constat in casu nostro,& propterea ad coniecturam &
182 præsumptiones non est recurrendum,†nam in claris cessant coniecturæ, vulgata l. continuus.§.cùm ita.ff.de verb.oblig.cum simi. faciunt tradita per Bart. in d.l.Celsus.col.pen. versi. sed qualiter probabitur mala fides.& versi.item quòd de hoc erat fama in vicinia, & ibi Balb.in iij.parte principali.col.x.nu.90. versi.tertiò probatur mala fides. Non etiã obstat, quòd interuenerit multiplex tacitus consensus Marchionũ Salutiarũ,qui colligitur ex multis actis per eos factis. Quia responsum fuit particulariter & demonstratũ fuit nõ nocere,& quòd capienda est alia coniectura,quàm renuntiationis iuriũ, & maximè, quia non potuerunt inducere tacitum consensum necessarium,prout requiritur in purgando spoliũ,vim & metum,c.sollicitè.& ibi d.Abb.de restit, spol.cap.super hoc. & ibi Innocen.de renun.cum alijs supra allegatis.

Secundò principaliter respondetur dato, sed nõ concesso,ꝙ acta & gesta per Manfredũ & successores nocuissent ipsi Manfredo. & successoribus,& quòd præscriptum fuisset contra illustriss. prædecessores illustris. Marchionis Francisci, tamen adhuc dicitur per gesta prædecessorũ præscriptionẽ illi nõ obstare,cùm adhuc nõ dixerit se hæredem illustris.fratris,aut alicuius ex illustris. prædecessoribus vsque ad Manfredũ, sed veniat ex iure proprio,& ex persona sua,sibi cõpetente, videlicet ex pacto & prouidentia Alledrami primi inuestiti ab Ottone sub illo verbo, & hæredibus,quod exponitur,idest,filijs descẽdentibus,vt est tex.in c.j.§.pe. de lege Conr. & in c.j.§.& si clientuli.de alie. feu. Bal. in c.j. de grad.succ.in feu.& in c.j.§. hoc quoq;. qui feu.da.pos.&in c.j.de fratr.de no.ben.inuest. & in rubro & nigro,de eo qui sibi & hære.su. Corn.in consi.xvj.col. ij. vol j. facit tex. & ibi Doc.in l.ex facto.§.si.ff.ad Trebel. Canonistę in c.in præsentia.de proba. Et cùm descen-
183 dentes Alledrami † sint vocati sub nomine collectiuo,hæredibus,intelligũtur vocati ordine successiuo l. cùm ita. §. in fideicõmisso. ff.de leg.ij.Ang.in cons.xxxix. cùm institutio. & in consi.seq.Doct.in l.Gallus.§. quidam recte.ff.de lib.& posth. Petr.de Ancha.in consi. cxliiij.in princ.d.Alex.in consi.xxv. vol.iiij. & dicit Corn. in consi. xlvij, in præsenti.col. iij. volu.iiij. quòd ita interpretetur cõmunis obseruantia faciũt quæ dicta sunt supra nu.84. versi.quintò principaliter. & nu. 93. versi. septimò principaliter.& sequenti, vbi dictum fuit,ꝙ succedunt descendentes in infinitum vnus post aliũ, & quòd semper seruatũ fuit ius primogenituræ,& propterea cum omnes sint vocati successiuè, tamen ex dicta cõcessione,siue inuestitura,prout quilibet decedit ius cuiuslibet resoluitur & extinguitur, & quilibet succedens ius suum metitur ex pro-
184 pria persona, Nam †concessio facta alicui pro se suisq; hęredibus,vna concessio videtur in persona cuiuslibet hæredis. l. stipulatio ista.§.si quis ita.ff.de verb.oblig. & l.repeti.in prin.ff.quib.mo.vsusfr. amit. & veniunt descendentes ex stipulatione primi stipitis, non vt hæredes proximè descendẽtis, quod patet, quia non succeditur pro hæreditarijs portionibus,sed insolidũ seruato ordine primogenituræ. l. vt iurisiurandi. §. si liberi. de oper.lib.& l.si o parũ.eo.ti.& sic succedũt ex iure cuiusdã repetitę cõcessionis,ita formaliter cõsuluit Bar.in cõs.lviij.ex themate prędicto tria dubia oriuntur d.Alex.in consi.xxix.

col.

col.ij.vers.vnde tunc de agnatione. & in cõs.
seq.col.iij.versic. si ergo censetur feudũ.& in
consi.xliiij.col.j. versi. secundò præsuppono.
vol.j.& in cons.xxxviij.col.ij.vers.alia ratione.
& in consi.clxxxix.col.ij.vers. sed cũ tale. vol.
ij.& in consi.xj.col.ij.versi.nec potuit. volu.vj.
& in consi.x.col.iij.vol.v.Bal.in consi.ccclxxj.
Masiolus.vol.j.Soc.in consi.lxxxv.col.penul.
Corneus in consi.cxcix.col.xix.& seq.volu.ij.
Paul.de Cast.in consi.clxj. in præsenti causa.
col.vj.versi.tertiũ verò sub triplici. & col.seq.
vbi multũ not.loquitur,& dixit not. Andr.de
185 Isern.in c.j.de inuest.de re alie.fac. † q in feu
do antiquo nullus agnatus habet causam ab
alio, sed quilibet à concedente; & succedit
vt ex tunc,non autẽ ex nunc.Bene facit,quia
vt supra conclusum fuit in vers. quarto prin-
186 cipaliter.nu.62.& seq. † agnatus potest obti-
nere feudum quæsitum pro se & hæredibus
repudiata hæreditate vltimi decedentis, se-
cundùm veriorẽ & magis cõem opin. Iaco.
Ard.& Bal.ad c.j.an agna.vel fil. & in casu no
stro clarius procedit, quia semper seruatus
fuit ordo primogenituræ; & sic Marchiona-
tus nõ fuit delatus iure hæreditario.l.j. & per
totũ.C.de hæred.act. & dicetur infra nu.183.
Et propterea cùm quilibet veniat ex propria
persona ex pacto,scilicet, & prouidentia Al-
ledrami primi acquirentis, & ex iure repeti-
tæ concessionis,non autem ex iure transmis-
so per prædecessores post Alledramum,non
inspicitur quid egerint, vel non egerint ipsi
prædecessores in gradu.l.iij. § si emãcipatus.
ff.de contra tab. Pau.de Cast.in terminis,in l.
si is qui.ff.de inoff.testam.& sic nec facta,nec
culpa,nec negligẽtia dictorũ illustris.ṗdeces
sorũ,nec ṗscriptio contra eos decursa potest
nocere illustris.Marchioni Frãcisco, q nõdũ
erat natus aut cõceptus,& cui nondũ ius cõ-
petebat;& propterea non poterat agere, &
187 † non valenti agere nulla currit prescriptio.l.
j.in fi.C.de annal.exce. Nã vt dicit Andr.de
Isern.in c.j.col.ij.vers. hoc est regulare. de eo
qui sibi & hæred. suis,quilibet agnatus habet
donec viuit,sequens post eũ,& sic de cæteris.
l.hæredes.§.fi.ff.ad Treb. & pluries dictũ est
in superioribus, cõditione existente, videtur
nunquã fuisse illius qui conditionaliter ha-
bet.alleg.ff.de peric.& cõmo.rei vẽdi.l.quòd
188 si pendente.& l.proinde.ff.si cert.pet. † ideo
quasi subiaceat restitutioni, non potest alie-
nare feudum paternum sine consensu agna
torum,infra de success. feud. hæc sunt verba
formalia Andr. de Isern.& idem dicit in c.j.§.
& olim.col.ij.ṗpe fi.de success.feu.vbi dicit,
quòd videtur datum non vt omnes agnati si
mul veniãt,sed successiuè, prout quisque est
in gradu proximior.ff.de leg.ij.l.cùm ita.§.in
fideicommisso. Vnde qui est in primo gra-
6 Est autem clarum, † quòd nedũ in istis factis antiquissimis annorum plusquàm sexcentorũ,vt est illud, sed etiã in solũ antiquis & non excedentibus annos centũ, sola fama facit plenam probationem,secundùm Inno.in c.veniens.de verb.signif. & in c.causam.de iur.cal.post glo.in l.atqui natura.§.cũ me absente.ff.de neg.gesto. quam ita procedere dixit Ang.in l.quidam in suo.ff.de cõdi. instit.idem tenuerunt do.Anto. de Butr.in c. veniens.el primo.de testib.& Io.de Imo.in c. cùm causam.pet illum tex.de probatio.post Archid.in c.inter memoratos.xv. qõ.iij.idem tenuit Bal.in authẽ.quas actiones. in vlti.col. C.de sacrosanc.eccl.in l.cum super. C.de rei vend.in l.iiij.C.de proba.& in l.nõ ignorat.in sexta columna. C.qui accusare non possunt. sequitur Alexand.quinto volumine consiliorum, consilio xv. incipien. Visis narratis. in principio. & in consilio xxij. incipien. Viso processu.secunda colum.post principium.& in consilio cxvj.incipiẽ.Perspectis. ij.colum. versiculo, nunc videndum. & in sexto volumine, consilio cl. incipien. In causa appellationis. iij.colum. versicul.vnde præsuppono. & in sexto volumine, consil. cj.incipien. Super dubio primo.quinta colum.in fine, & in principio sequen. versiculo, tamen in casu de quo quæritur.ponunt Bartol. post glo.ibi, vbi Moderni omnes,maximè Ias.in repe.l. admonendi.ff.de iureiurando.xvij.charta.ij. columna. versicu. limita tamen singulariter, in antiquis. idem etiam tenuerunt Imola, & Roma.in l.secunda.§.idem Labeo.ff.de aqua
7 pluuia arcenda. vbi dicunt, † quòd in antiquis valet testimonium de auditu. idẽ etiam Franciscus de Aretio consilio xxxvij.incipiẽ. Sequendo ordinem quæsitorum. & Decius consilio ccccxxviij.incipien. Viso consilio. in principio.& in consilio quadragesimosecundo,incipien.Et pro tenui facultate mea. sexta columna, in fine.versiculo, hinc est, quòd fama. & est communis opinio, quam etiam tenuit Curtius Iunior in suis consilijs feudorum, consilio decimoseptimo. in principio.
8 † Imò magis etiam in factis non antiquis, si tamen sint talia, quorum naturaliter sit difficilis probatio;sufficit probatio per famam, secundùm dominum Antonium de Butr. in dicto capitulo, veniens.el primo. penultima colum.de testibus.allegat textum in capitu. præterea. eodem titulo. sequitur Ias.in loco præallegato,in fine primę columnæ.versicu-
9 lo,item in factis. Et est regula, † quòd in his quæ sui natura sunt difficilis probationis, lex contentatur probationibus quæ haberi possunt.l.si vicinis.C.de nuptijs.l.consensu.C.de repud.not.Doctores in capitulo finali.quod metus causa. & Bartolus in l. in illa stipulatione, si calendis. ff. de verborum obligatio. sequitur Alexand. septimo volumine consiliorum, consilio xxxvij. incipien. Consultus sum.circa finem. versiculo, nam vbi est difficilis probatio. Nec huic conclusioni obstãt quę habentur in capitu.inter dilectos,de fid. instrumen.ex quibus videtur,quòd etiam in antiquis non attendatur fama; quia vt respondet Alexand. in præallegato consilio cj. vj.colum. versic.non obstat. ibi expressè non dicitur, quòd in antiquis non attendatur fama; & vbi ita diceretur, hoc ideo processit in casu illo,quia pars quæ allegabat famam, produxerat quædã instrumenta, super quibus fama videbatur originẽ traxisse, quę instrumẽta fuerant reprobata; ideo ibi nõ attẽditur fama reprobata eius origine. Et ibi declarat Hostiẽ. qui dicit,etiã ibi famã sufficere cum adminiculis. Et sic cõcluditur,quòd ratione famæ plenè remaneat fundata p̃missa

coclu-

conclusio. Quæ etiam tertio & vltimò comprobatur per instrumenta exhibita, ex quibus probatur de tali descendentia & genea-
10 logia. Dicimus enim, † quòd instrumenta dicuntur esse probatio probata. l. cum preci bus. C. de probationibus. not. Spec. in titulo, de instrum. edi. §. restat. versiculo, sed pone. Baldus in l. quoties. in fine. C. de iud. & in l. si pupillo. C. de vsur. pupil. & in l. intereft. C. de solutionibus. & in l. generali. C. de sacrosanctis eccles. notat Panormitanus in capitulo olim. & in c. cū olim. de censibus. Bartolus & Moder. in l. j. in principio. ff. de ope. noui nūtiatio. vbi dicunt, quòd illud de quo extat publicum instrumentū dicitur esse manifestum. Idem tenuit Paulus de Castro in consilio cccxxxxij. incipiente, in causa quæ vertitur. ij. columna. Refert & sequitur Decius in j. volumine consiliorum, consilio xxxvj. incipiente; & pro tenui facultate mea. ij. colum. versiculo, sed tamen præmissis non obstantibus. & ista conclusio tantò magis procedit ex quo ad istū effectū non solùm vnum vel duo, sed plusquàm quadraginta instrumēta fuerunt producta, & non solū de tempore antiquo, sed antiquissimo plusquàm ducentorum & annorū trecentorū, vt apparet ex eorū lectura. Ex quibus infertur ad duo, quę maximè concludunt in casu nostro. Pri-
11 mum, † quòd pro ipsorū instrumentorum solennitate præsumitur, quia non expedit probare de fide, & quasi possessione officij notariatus eorum, qui dicta instrumenta receperunt, quia ius ita præsumit, secundùm Innocē. in cap. præallegato, veniens. de verbo. signi. quod dictū refert & sequitur Bald. pro valde notab. in auth. quas actiones. circa fi. C. de sacrosanct. eccle. Bene facit quod dixit Ant. de Butr. in cap. j. de fide instrumen.
12 † quòd ad probandū aliquē fuisse notarium de antiquo sola fama sufficit, sequitur Aret. consi. xxxvij. incipiente, sequendo ordinem. ij. col. Bene etiā facit quòd dixit Bal. in l. emācipatione. C. de fi. instr. quòd in istis de antiquo præsumatur pro omni solennitate extrinseca. Refert & sequitur Decius in præallegato consi. xxxvj. ij. col. versic. secundò non obstat. Bene facit tex. in l. si filius. & ibi Doct. C. de pet. hered. & in l. qui in aliena. in prin. ff. de acqui. hære. & in cap. peruenit. de emp. & vendi. sequitur dominus Alex. vj. volumine consiliorum, consilio xcij. incipiente, perspectis diligenter. ij. col. in fi. versi. & per tantam temporis diuturnitatem. & in consilio clxxix. ij. col. versi. ex hoc etiā apparet. Secundò infertur quo ad rei gestę substantiam &
13 veritatem, † quòd licèt dicamus; quòd verba enuntiatiua in instrumentis prolata non probent inter alias personas. l. optimam. vbi glo. C. de contrahen. & com. stipul. & probat tex. notabilis in d. illud. de præsump. pulchrè prosequitur Alex. v. vol. consiliorum, consil. cxxxij. perlectis & ponderatis his. v. col. versi. præterea fortius dico. Et ita dicamus, quòd instrumenta inter alios confecta nō probēt confinia locorū, de quibus in instrumentis fit mentio, vt est glo. fi. in l. cùm aliquis. vbi etiā Bart. & alij. C. de iure delib. & glo. in d. l. optimam. in verbo, si seruus. supra allegata. & in l. prædijs. in §. Titio. ff. de leg. iij. idem tenuit Arch. in c. plures. xvj. q. j. & Spec. in titu. de locatione. §. nunc verò aliqua. versicu. lvij.
14 † Si tamen talia instrumenta sint de antiquo verba enuntiatiua probant ita fuisse & esse, etiam inter alias personas. Et sic per talia verba probarentur dicta confinia; secundum Alber. de Ros. Bal. Salic. & Moder. in d. l. cùm aliquis. C. de iure deliber. idem tenuerunt Flor. de Sācto Petro in l. in finalibus. ff. finium regund. & Bald. in l. emancipatione. versi. vlterius quæro. C. de fide instrum. idem etiam tenuit d. Ant. de Butr. in c. cū dilectus. de success. ab intest. in clem. j. de probatio. & in clemen. si summus Pontifex. de sentent.
15 excom. in quibus locis voluit, † quòd verba enuntiatiua incidenter ad aliud prolata in antiquis plenè probent, etiam inter alias personas, refert & sequitur Ias. in d. l. admonendi. ff. de iureiurando. charta & col. præallegatis. versi. confirmo prædicta. idem etiam sequitur d. Alexan. quem ipse non retulit in primo volumine consiliorum, consil. vj. viso themate. vl. col. & Decius ij. volum. cōsiliorum, consilio. ccccxxviij. viso libello. circa fin. versicu. & confirmatur ista conclusio. Et sic concluditur. quòd licèt verba de quibus in dictis instrumentis antiquis mentionē faciētia de dicta descendentia, & genealogia dictorū illustrissimorū Marchionū Salutiarū ab Alledramo sint enūtiatiua: quod tamen propter eorū antiquitatē probatā ita fuisse
16 & esse, etiā inter alias p̄sonas. Est ratio, † quia Doc. æquiparant ista plura instrumenta tam antiqua probationi famę, vel cōis opinionis. Adeò, q̄ in casibus in q̄bus probatio cōmunis opinionis vel famæ sufficeret, debeat & sufficere probatio facta per talia instrumenta; ita colligitur ex notatis per glo. in d. c. cū

olim.de censi.vbi glossa vult, quòd instrumẽta antiqua probent confinia, vt supra dixi. Et sic sicut in antiquis sufficit sola fama ad probationem, ita & per talia instrumenta hoc probetur. Et quòd talia instrumenta æquipolleant famæ, clarè voluerunt Baldus & Salicetus & Paulus de Castro in dicta l. cùm aliquis. C. de iure delibe. refert & sequitur Alexand. vj. volumine consiliorum, consilio xc. in causa & lite vertente. ij. columna. versiculo, & ad ostendendum. imò magis dixit Baldus in cap. cùm causam. ij. columna.
17 de probationibus. † Quòd in antiquis nulla melior est probatio, quàm instrumentorũ, & ita in terminis consuluit Decius primo volumine consiliorum, consilio cxlvj. & pro tenui facultate mea. vj. columna. versicu. tertiò
18 bene facit. vbi subiungit, † quòd in his antiquis non requiruntur plenæ nec perfectæ probationes, sed sufficiunt præsumptiones & coniecturæ: allegat cap. cùm causam. de probationibus. supra allegatum. & not. in l. in finalibus. ff. finium regund. etiam supra allegata, & quod notat Cardinalis in clementina j. in iij. oppositione. de probationibus. & quæ tradunt Angel. Imola & Romanus in l. sciendum. ff. de verborum obligationibus. & Abb. in cap. super eo. de paroch. bene faciũt quæ dicunt Hostien. Ioannes Andræ. & Panormit. in cap. si diligenti. ij. colum. & in cap.
19 cùm olim. iij. col. de præscript. † Quòd quasi possessio fidelitatis & subiectionis probatur per instrumẽta antiqua facta per annos ducentos & vltra, & per ista sum expeditus de primo articulo.

Circa secundum articulum; An Marchionatus Montisferrati dici debeat, & sit feudũ vel allodium, licèt prima facie videatur di-
20 cendum, quòd sit allodium, † quia de iure bona præsumuntur esse allodialia, vt notat Hostiensis & Ioannes And. in cap. finali. in verbo, respondere. de iud. & in cap. nimis. de iureiurã. & Ioannes And. in addit. Spec. in tit. de feu. in §. quoniã. versic. xxj. in addit. incipien. cessante. & no. Bal. in c. ij. in tit. si de feu. fue. controuer. inter dom. & agna. & in l. libertas. ff. de statu homi. & in cap. j. in prin. penul. & vlt. colũ. de controuer. inuest. facit quod no. in l. si cuius. in prin. ff. de vsufruc. & in l. altius. C. de seruit. & aq. idem tenuit ipse Baldus in cap. cæterum. in fi. de iud. vbi dicit,
21 † quòd nulla res præsumitur esse feudalis, nisi probetur, & in c. inter filiã. in tit. si de feu. fue. cõtrouer. vbi dicit, quòd omnis res præsumitur esse allodialis nisi ꝓbetur feudalis,
22 & est ratio secundùm eum ibi, † quia feudũ est species seruitutis, allegat gl. ordin. in d. l.
23 si cuius. supra allegata. † Allodium verò est quędam proprietas, quæ non recognoscitur nisi à Deo. Idem tenuit ipse Baldus in auth. sicut. de sacrosanctis eccl. hinc est, quòd pro libertate præsumitur, & ideo secundùm eũ nemo præsumitur homo vel fidelis alterius, quia fidelitas & homagium sapiunt seruitutem, & secundùm Hostien. vbi supra, iure naturali primæuo omnis persona & res erat libera, cap. ius gentiũ. j. distinctio. facit qđ not. glo. in cap. quanquam. de censi. lib. vj.

Tamen premissis non obstantibus veri-
24 tas est in contrarium, videlicet, † quòd dictus Marchionatus dicitur esse, & est feudũ & non allodium, & hoc probatur ex pluribus. Et primò, quia omissis pluribus alijs causis per Doctores præstantissimos, qui in hac causa scripserunt, allegatis, attento tenore primę & originalis concessionis ac inue-
25 stituræ, † qui super omnia est quàm maximè attendendus, quia in eo non solũ an successio dicatur feudalis vel allodialis, sed etiã feudi qualitas & natura demonstratur. ca. si cui militi. in titulo, de cap. Conr. ibi; tenorẽ tamen inuestiturę considerantes, ac sensum contrahentium intuentes. optimè facit tex. in l. ij. §. si conuenerit. ff. de posi. & in §. nos igitur. ibi; subtiliter considerati. in authentico, de resti. & ea quæ parit. & in cap. cũ Ioannes Eremita. §. porrò. de fide instrumen. & in l. si quis stipulatus sit Stichum. ibi, respiciendus erit sermo stipulationis. ff. de fideiussoribus. cum multis similibus; & in specie, & in materia notat Baldus in proœmio feudorum. iij. charta, allegat textum in capit. j. in fine. in titulo, de duobus fratribus. nõ solùm ita est dicendũ, ꝙ scilicet ille Marchionatus dicatur esse feudũ per multas subtiles rationes, & authoritates per ꝑfatos Doct. adductas, quas hic non repeto, nec mihi adscribo. Sed quia per omnes successores à primo acquisitore, videlicet Alledramo citrà, & nedũ ab eis qui fuerũt de linea dicti Alledrami, & ꝗ dictũ Marchionatũ legitimè possederũt, sed etiã ab omnibus dominis Palleologis, ꝗ dictum Marchionatũ indebitè detinuerunt, & occuparunt, pro dicto Marchionatu fuerunt obtentæ inuestiturę ab Imperatoribus pro tempore existentibus; & pro eis ab eis singula singulis referendo debita fidelitatis iuramenta fuerunt præstita, vt apparet ex tenore

tenore dictarum inuestiturarum, tam antiquarum, quàm modernarum,† quibus standum est, & vt supra satis abundè in primo articulo fuit, dictũ in ea videlicet parte in alio
26
27 proposito, quæ duo videlicet, † inuestitura & iuramenti fidelitatis præstatio arguunt rem esse feudalem, vt de inuestitura est text. in c.ij.in fin.in titulo, de feu. cogni. & in cap. j.in titulo, quid præced. deb. inuest. an fidel. & in c.j.quibus mo.feu.const.potest.vbi dici-
28 tur,† quod sine inuest.feudum constitui non potest. Et refert Curtius in tracta. feu.ij. parte, char.viij.q.iiij.& ij.colum.versicu. viso quæ personæ.de præstatione verò iuramenti fidelitatis in cap.j.in titulo de for.fidel. & in cap. j.in titulo, de noua for.fidel.& est glo.quæ ad dit aliud capitulum fidelitatis,& quæ ad hoc reputatur singularis in cap.j.in titulo, qualiter vasal.iur.deb.fide. Et istud adeò & in tantum procedit, quòd ei qui non vult iurare fidelitatẽ, inuestitura denegari potest.cap. nulla.in titulo, per quos fiat inuestit. Refert & sequitur dominus præceptor meus de Sãcto Georgio in suo tractat. & sua inuest. feu. in verbo, qui quidem vasalli inuestiti præstiterunt iuramentum fidelitatis. in principio.

Et ideo talis iuramenti præstatio significat talem concessionem fuisse feudalem & non allodialem. Nam licèt fides & fidelitas pluribus modis considerari possint, tamen per
29 excellentiam fidelitas dicitur in feudis, † & per istam excellentiam feudum denominatur à fide seu fidelitate, vt probat text.in cap. j. §.nulla.in fine, per quos fiat inuest.ita dicit Iacobus Aluar.in procemio feudo.vj.colum. versiculo, quęritur autem.idem etiam tenuit Bald.in præludijs feudorum.v.colum.versic. secundo quęro.& propter hoc arguit Abbas in j.volum.consiliorum, consili.lxxxij. quanquam in dubijs.iij.colum.quòd bona de quibus ibi essent feudalia propter fidelitatem, quæ erat præstanda. Refert & sequitur Decius secundo volumine consiliorum, cõsilio ccccxiij.consuluit accuratè. in principio. bene facit quod not.Cy.in authentica, ingressi. & in antepenultima quæst. C. de sacrosanc. ecclesijs.vbi dicit, quòd ille qui astringitur ad ea quæ traduntur in dicto c.j.de for. fidelita. cum similibus, dicitur propriè vasallus, & concessio sibi facta dicitur esse feudalis, per textũm in dicto cap.j.de forma fidelitatis. Et idẽ est de mente Bald.in l.liberti, libertæque. in vltima colum.C.de oper.libertorum. Refert & sequitur dominus Alexan. v. volumi.

consiliorum, consi. ix.ponderatis his.iij. col. versi.præterea dictus Ioanninus. Secundò quia dictus Marchionatus Montisferrati nedum à veris & legitimis Marchionibus pro tempore existentibus, qui fuerunt de linea Alledrami, fuit tentus, & legitimè possessus pro feudo & re feudali, sed etiã pro tali fuit etiam occupatus à dominis Palleologis, & hoc nedum ab annis centum, sed plusquàm sexcentis, & citrà, omnibus temporibus computatis, & ita fuit & est publica vox & fama, tam in dicto Marchionatu, quàm in alijs locis & dominijs circumuicinis, & maximè in dominio & Ducatu Sabaudiæ & Pedemontium, ac Mediolani, ac in Marchiona
30 tu Salutiarum admodũ vicinis, † qui cursus temporis sufficit ad talem probationem proposita allegatione, argumen. l. cùm de in rẽ verso.ff.de vsur. cum ibi not. & l.si certis annis. C. de pactis. cum similibus. vltra etiam quòd fama sufficit in talibus, tã de antiquo ad veram probationem, per ea quæ supra dicta fuerunt in præcedenti articulo, de probatione famę in antiquis. Bene facit quod not.Innocen.in cap.quid per nouale. de verborum significat.& Cy.in l.siquidem.C.soluto matrimonio.Bald.Angel. & Salicetus in l. proprietatis.C.de probationibus. Baldus in l.conuenticulã. C.de Episcopis & cleri. & in l. cùm super. C. de rei vend. & in l. in bonæ fidei.vltima colum.C.de rebus cred. & iureiurando.& in terminis istis consuluit Alexã. v.volumine consiliorum, consilio xv. paulo post principium. versiculo, tamẽ si probatur fama. Et istam conclusionem fouet optima ratio, quia nõ tantùm fuit habitus & possessus pro feudo, sed etiam pro feudo indiuisibili, quia in eo nunquam fuit facta diuisio, quod maximè & propriè conuenit feudo Marchiæ, sicut Ducatus & Comitatus. cap. Imperialem §. præterea.in titulo, de prohi. feu.alie. per Federicum, de quo per Bartolum in l.inter tutores. ff. de administratione tutorum. & Baldus in l. prima. ff.de officio consf.& per Canonistas, maximè Imolam & Panormitanum in cap. prudentiam.in principio, de officio delega. & per Alexandrum v.volumine consiliorum, consilio ij. quoniã omne datum optimum.in viij.& ix.articulo. & in consilio xxv. prima & secunda columna.& præfatum præceptorem meũ de Sancto Georgio in tractatu præallegato, in verbo, Comes. & in verbo, Marchio. Fouet quoque etiam non minus alia ratio,

quia

quia in casu isto concurrunt omnia requisita ad hoc, vt feudum, de quibus per Curtiū in suo tractatu feudorum. in prima parte vj. quæstio. & ij. col. versicu. ex quibus in effectu. vbi dicit sex fore requisita, vt aliquid dicatur
31 feudum. †Primò, quòd sit spontè datum. Secundò, quòd dominiū directū remaneat penes concedentem. Tertiò, quòd vtile dominiū transeat in accipientē. Quartò, quòd cōsistat in rebus immobilibus. Quintò, quòd perpetuò transeat ad masculos descendentes. Sextò, quòd fidelitas præstetur, & per seruitium personale, quæ omnia concurrunt in casu isto. Et per ista remanet etiam expeditus secundus articulus.

Quo ad tertium, an tale feudum sit & esse debeat feudū dignitatis: licèt ipse articulus & proximus sequens, stante qualitate feudi & eius antiquissima concessione, sint de indubitabili, & sic de eis nō sit disceptandū. l. ancilla. C. de furtis. Quia tamen materia confert ad multa, quæ latius in articulis sequentibus sunt dicenda, non extraneū nec inconueniens putaui pro fundamento infrà dicendorū hic attingere. Et ideo breuiter
32 respondendo dico, †quòd indubitanter ipsum feudum dicitur esse dignitatis: quia cùm sit Marchionale, dicitur habere annexam dignitatē, sicut dicimus de feudo Ducatus & Comitatus. cap. j. in titulo, de feudo Marchiæ. & in cap. j. in titulo, quis dicatur Dux, March. Com. & ita tenuit Baldus in dicto. cap. j. de feu. Marchiæ. Et hoc procedit tam ratione personæ concedentis, videlicet Imperatoris, quàm illius cui facta est concessio: quia Marchio, vt decidit Alexander allegando Iacob. de Belui. in princip. const. feu. in v. volumine consiliorū, consilio secundo, quoniam omne datum optimum. vj. colum. versic. ad septimū argumentum respondeo. & consi. xxv. attentis narratis in themate. in
33 principio, vbi dicit, † quòd feuda Ducatus, Marchionatus & Comitatus habent dignitatem annexam; & quòd hoc ideo non possunt diuidi, allegat textum in dicto cap. Imperialē. §. prætereà Ducatus. supra allegato, & quæ notantur in capitulo, licèt. de voto. & in capitulo, si hæredes. de testamentis. & in l. cōmuni diuidundo. in principio. ff. commu. diuidundo. & quod not. Speculator in titulo, de feud. §. ij. versicu. xliiij. intelligendo tamen de ipsa dignitate & eius proprietate, non de administratione, vt declarat Alexander in dicto consilio xxv. Quæ autem sit ratio, quare istæ tres dignitates non possunt diuidi, ponit præfatus præceptor meus de Sancto Georgio in tractatu præallegato, in verbo, Dux. versiculo, quid quęro si Rex. iij. columna, circa finem. ibi, sed operepretium est videre. vbi allegat tres rationes. Prima est, quòd si in istis dignitatibus permitteretur diuisio, reducerentur ad nihilum, allegat Bald. in cap. j. in titulo, de feudo Marchiæ. argumen. l. planè. ff. familiæ erciscundæ. & §. j. in Authē. de trien. & semisse. Secunda ratio est, quia si diuiderentur, perderent nomina, & consequenter carerent effectu. l. an illo. C. de furtis. & l. defensores. C. de defensoribus ciuitatum. Tertia ratio est: quia dignitas est indiuisibilis. cap. maioribus. de præbendis. possent multa alia dici in hoc articulo, sed quia màgis conueniunt in sequentibus, ideo illa ibi reseruabo, & sic transitum faciam ad quartum articulum.

In quo est videndum: An tale feudum dicatur paternum, auitū & antiquum. Et breuiter etiam respondendo, dico, quòd sic, quia habet qualitates ad hoc requisitas, ex quibus talis natura feudi inducitur & signi-
34 ficatur. †Nā illud dicitur feudum paternum & auitum, quod fuit receptū ab eo parente, qui fuit genitor cōmunis agnationis, cap. primo. de grad. success. in feudis. & cap.
35 j. de natura success. feudi. †Et differt à feudo antiquo, quia paternum & auitum dicitur esse vsque ad quartū gradum supra, videlicet, patrem, auum, proauum, tritauum. Sed antiquū dicitur esse abinde supra, cap. j. §. hoc quoque. vbi Baldus de success. feu. idem notat Baldus in authentica, defuncto. j. & ij. columna. C. ad Tertullianum. & idem Baldus post Iacobum de Belui. in proœmio feudorum. xvj. columna. refert & sequitur Alexander in pręallegato quinto volumine, consilio xx. in fine secūdæ columnæ, in prin. sequen. versicu. sed præmissis non obstantibus. in consilio xxvj. ponderatis hic. iij. columna. versiculo, & per pręedicta. idem tenuit præfatus præceptor meus in tractatu præallegato, in verbo, in feudum. ij. columna. versiculo, tertia diuisio, vbi subiungit allegando Baldum in dicto §. hoc quoque, &c. ideo in inuestituris talium feudorum, non solùm ponuntur ista verba, paternum & auitū, sed etiam verbum, antiquum, quia nisi apponeretur verbū, antiquum, sed solū paternū & auitum, tale feudum non extenderetur vltra

quar-

quartum gradum, quòd dicit bene notādū; & tenent Doct. omnes in eorū diuisionibus feudorum, bene etiā faciunt notata per Aluar. in præludijs feu. in sexta diuisione. & in cap. j. §. hoc quoque. in vltimo notabili, post Baldum ibi, de success. feu. & sequitur Alex. j. vol. consiliorum, consilio xxx. quoniā omne datum. ij. colum. Et vltrà, quòd ex tenore omnium inuestiturarum, tam antiquarum, quàm modernarum, quarum tenor est inspiciendus; vt suprà dixi in alio proposito hoc clarè constat & apparet ex longa etiam possessione, tam eorum qui fuerunt de linea Alledrami, ac postea detētione dominorum Palleologorum idem constat, videlicet tale feudum fuisse & esse paternū, auitum, & an-
36 tiquum: † quia talis longa possessio, etiam quando omnia alia deficerent, talem non tantùm præsumptionem, sed plenam pbationem inducit; vt not. Bald. in c. j. per illum tex. in tit. si de feu. defunc. fue. cōtrouer. inter dom. & agnat. & sequitur Alexan. in præallegato consilio xv. uisis narratis. ij. colum. in v. volu. & Decius in ij. volumine consiliorum, consi. cccxcv. in causa Magnifici. in princip.
37 † Dicitur quoque feudum antiquum ad differentiam feudi noui, quod non dicitur concessum illi, qui fuerit parens & principium communis agnationis, & de linea primogenitorum; vt suprà dixi in feudo antiquo; sed dicitur nouum quod de nouo conceditur, & habet initium in persona primi inuestiti; & sic dicitur de nouo acquisitū, vt est text. & melior de iure in c. j. de grad. success. in feu. & in cap. j. in verbo, nouam inuestituram. in titulo, quot testes sint necessarij ad probandum no. inuestit. & in cap. j. el secundo. in titulo, de duobus fratrib. de no. benefi. iuestit. not. Bald. in l. j. j. colum. in iiij. quæstione. ff. de rerum diuisio. sequitur Alexan. vj. volumine consiliorum, consilio cl. in causa appellationis. iij. colum. in fi. & princ. sequen. versi. rursus etiam & præfatus præceptor meus in tractatu præallegato, in verbo, in feudū. ij. col. versi. nouum autē feudum. & Decius j. vol. consiliorum, consi. liiij. placet mihi post principium, versic. nam feudum nouum dicitur. Curt. in tractatu. feudo. prima parte. ij. colū.
38 versic. secundò sub hac specie. † & istorum feudorum effectus sunt multi quorum tantùm aliquos dicam. Primus effectus, quia feudum antiquum dicitur nobile, secundū Baldum in præludijs feu. colum. finā. in decima diuisione, vbi dicit, quòd feudum antiquum nobilitat possessorem, non autem nouum; quia nobilitas non nascitur in ictu oculi, allegat textum in l. stemmata. ff. de gradib. Refert præceptor meus in tractatu præallegato, in uerbo, de quo etiàm supra iiij. colū. versic. octaua diuisio. sequitur etiam Decius in præallegato consilio liiij. ij. colum. versic. quartò facit. Secundus effectus est, quia in feudo nouo succedunt solum descēdentes; in feudo verò antiquo, siue auito, & paterno succedunt etiam transuersales. cap. de nat. succ. feu. & cap. j. de grad. success. in feu. Tertius effectus est, quia feudum nouum sine inuestitura quæri non potest. cap. j. quibus modis feu. constit. potest. Antiquum verò quæritur mediante successione cap. j. de feu. Marchiæ. & cap. sciendùm de feud. cogni. quanuis peti debeat renouatio inuestituræ infra annum & diem. cap. i. in principio, quæ fuit prima causa beneficii amittendi. & illum effectum ponit Baldus in l. i. i. colūna. ff. de rerum. diuisione. Quartus effectus est, quia in feudo nouo ad probandum inuestiturā, non admittuntur nisi pares curiæ, id est, alii conuasalli. In feudo vero antiquo admittuntur testes etiam extranei. cap. i. quot testes sint necessarii ad probandum nouam inuestituram. & rationem ponit textus in cap. i. §. idcirco. de notis feudor. Istos effectus ponit Curtius in tractatu prællegato. i. parte, char. vii. columna. ii. in fine. & princip. sequen. Alium effectum ponit Alexander in prælle-gato consilio cl. vi. volumine. colum. & versi.
39 præallegatis. † Quòd licèt in feudo antiquo habeat locum ius accrescendi, vt tradit Bartolus in l. si mihi & Titio. ff. de verborum obligationibus. vbi etiam loquitur de emphyteusi renouata; tamen in feudo nouo nunquam est locus iuri accrescendi; allegat textum in cap. fin. de feu. Marchiæ. in cap. i. de fratribus de nouo beneficio inuestitis. & in capitulo primo. §. cùm verò Conradus. qui feudū dare possunt. & in capitulo primo, de gradibus succedentium in feudo. sequitur etiam Decius in præallegato consilio quinquagesimotertio, in principio. i. volumine.

Aliū effectum ponit incidenter præfatus Curtius in suis consiliis feud. consilio. i. nona columna. versiculo, aggredior itaque. vbi dicit, quòd feudum nouum propter finitam descendentiam masculinam redit ad dominum; sed feudum antiquum transit ad agnatos allegat textum in capitulo primo. §. primo, & sequenti. qui feudum dare possunt.

& in c.j. de success. feu. & ĩ c.j. de natura succ. feu. & in c.j. de gra. succes. in feu. Alius etiam effectus est; quia licèt vasallus alienando feudum nouũ, illud perdat, & redeat ad dominum; tamen si feudum est antiquum, transit ad agnatos, secundum magis communem opinionem Doct. quã tenuit glo. in c.j. §. hoc quoque. in tit. de feu. success. & ibi Iacob. de Belu. And. de Isern. Nicol. de Neapol. & Bal. licèt in hoc aliqui tenuerint contrarium; vt refert Præpositus pceptor meus in tractatu præallegato, in uerbo, & cum pacto de non alienando. viij. col. versic. sed quæro de quæstione pulchra & quotidiana. Alius quoque effectus est, quòd si vasallus committat delictum propter quod debeat priuari feudo; si feudum est nouum, siue delictum sit cõmissum in personam domini, siue non, feudum redit ad dominum; sed si feudum sit antiquum, & delictum non sit commissum ĩ personam domini, feudum transit ad agnatos; imò secundum opinionem multorum. Etiã hoc procedit, quando delictum est cõmissum in personã domini; vt refert Præpositus præceptor meus in tract. præallegato, in verbo, dictique vasalli promiserunt non cõmittere feloniam. xv. col. versic. videamus nunc ad quem vadit feudum. quod pro nunc non discutio; quia non est præsentis propositi. Et sic ex his etiam sum expeditus de isto quarto articulo.

Sequitur nunc quintus articulus, in quo
40 erit videndum† nunquid in hoc feudo Marchionatus Montisferrati dignitatis Regiæ antiquo, a uito & paterno fęminæ veniant, & sint admittendæ, ac de iure possint succedere. Ad quod respondeo, ꝙ non, per text. in c.j. §. & quia vidimus. in tit. qui feu. da. poss. & in c.j. in tit. de benefi. fem. & huius ratio multiplex assignari potest secundum Bal. in l.j. C. de suis & legitimis hæred. Prima est ratio naturalis, quia fęminæ non possunt seruire domino cũ armis, quæ portare nõ possunt; ideo dixit glo. in c.i. §. hoc autẽ. in tit. de ijs qui feu. da. poss. quòd fęmina non leuat faidam, id est, inimicitiam contra hostes. Secunda est propter iustitiam honestatis; quia non debet se immiscere cętibus virorum, & maximè quando est illustris. l. si qua illustris. C. ad Orfic. Bene facit text. in l. fęminæ. ff. de reg. iur. vbi dicitur, quòd officia publica & similes actus publici sunt fęminis interdicta. Tertia ratio est propter fragilitatem sexus. Quarta ratio est propter voti & mẽtis lubricitatem, quia ter mutatur in hora.

Quinta ratio est propter periculũ secreti qui fęmina nihil secretum tenere potest; & ista omnia sunt discrepãtia à natura feudi. c. j. in tit. de for. fidelit. Referunt & sequuntur Præpositus præceptor meus in tract. prællegato, in verbo, Marchio in Italia. post principium. versi. item quæro. & Curt. in suo etiã tract. feudorũ, in principio tertiæ partis principalis. versi. circa primam partem. imò magis non solùm fęmina in feudi successione
41 non est admittenda, †nec etiam filius masculus ex ea, per tex. notabilẽ in c.i. §. hoc autem notandum. in tit. de ijs qui feu. da. poss. sequitur præfatus præceptor meus in dicto tracta. tu, in verbo, & fęminis. in princ. Et licèt glo. ibi assignando rationem dicat, quòd sit pro ratione uoluntas. Tamen secundum præfatum Curtium ibi potest assignari, quòd scilicet ĩfecta radice omne quòd ab ea descẽdit, censetur infectum, allegat l. si viua matre. C. de bo. mater. & initium cuiuscunque rei spectandum est l. qui id quod. ff. de dona. ibi causam enim & originem constitutæ pecuniæ Bene facit, licèt ipse non dicat, quod legitur de peccato primorum parentũ, quod transfuit ĩ omnes posteros: cuius causa omnes nascimur cum peccato originali; quia hoc procedit propter radicẽ & materiam infectam, quæ propterea cum suo uitio & sua infectio ne transit in posteros suos. c. firmiter. de consecrat. distinct. v. Sicut etiam dicimus, quòd lepra sequitur leprosũ. l. quod debetur. & l. quis ergo casus. ff. de pecul. Ex quo infertur ad duo; Primum est, quòd defuncto nunc quondam Ioanne ultimo Marchione Montisferrati, qui erat de linea Alledrami sine filijs masculis, & in quo propterea defecit linea prædicta in dicto Marchionatu Montisferrati, non veniebat, nec erat admittenda Iolana soror sua tunc vxor Andronici Imperatoris Costantinopolitani, tanquam fęmina & in habilis ad succedendum in dicto feudo dignitatis Regiæ, ac antiquo, auito & paterno stante tunc Manfredo Marchione Salutiarum ex persona Thetes alterius filij dicti Alledrami, per tex. in cap. j. §. j. de hijs ꝗ feu. da. poss. & in c.j. §. quicunque etiã in titu. Episcopum vel Abba. & melior tex. in c.j. in tit. de eo qui sibi & hæred. suis mascu. & fęmi. vbi dicitur, Non enim patet ius fęminæ in feudi successione, donec masculus super est ex eo, qui fuit prius de feudo inuestitus. Secundum est, quòd sicut ipsa Iolana de iure

non

non debebat nec admitti poterat, ita quoq; admitti non poterat nec debebat eius filius Theodorus, qui nō veniebat nec venire poterat, nisi ex persona matris, & sic inhabilis & infectæ radicis, per iura præallegata. Sed ad tale feudū fuerat, & tunc erat admittendus Manfredus, tunc Marchio Salutiarū, & ad quem eò quòd esset de linea, domo & familia Alledrami & ab eo descendisset mediante persona Thetes alterius filij dicti Alledrami dictū feudum Montisferrati fuerat apertum & deuolutum per iura præallegata, & non ad illum Theodorum Palleologum, qui veniebat ex persona matris, quæ nullū ius habebat, & sic admitti de iure non poterat

42 in dicto Marchionatu. Dicimus enim,† quòd nemo dat, quod non habet. l. traditio. ff. de acquir. rerum dom. Et quòd nemo plus iuris in aliū transfert quàm ipse habeat. c. nemo. de regu. iur. lib. vj. bene facit tex. in l. cùm alienā. C. de legibus. & in l. lex vectigali fundo. ff. de pignor. quòd sublato iure datoris & authoris, tollitur ius acceptoris & successoris. Bene facit, quod in simili decidit Specul. in titu. de loca. §. nunc aliqua. versicu. cxlvj.

43 vbi dicit, † quòd si aliquis recipit emphyteusim pro se, filijs & nepotibus masculis, non comprehenditur nepos ex filia, quia sicut fœmina non admittitur, ita etiā nullus ex eius linea descendens, allegat l. j. ff. de iure immu. de quo dicto facit mentionem Bald. in authen. si quas ruinas. in fin. C. de sac. sanc. eccle. & in l. sed si hac. §. liberos. ff. de in ius vocan. & in l. j. C. de condit. inser. Et quia destructo antecedenti sequitur destructio subsequentis. l. j. §. huius rei. ff. de offic. eius cui mand. est iurisd. & quòd fœmina exclusa ex ea masculus etiam sit exclusus, est tex. quem ad hoc cōmuniter Doctor. notant in cap. j. §. hoc autē. in tit. de his qui feu. dare possunt, not. Isernia in cap. j. de grad. succed. in feud. Pet. de Ancha. consi. cxxxiiij. pro maiori intelligentia. Bald. in l. Gallus. §. etiā si parente. ff. de liber. & posthu. & in l. quod verò. ff. de legib. Angel. in consi. cccxlij. in Dei nomine, Roma. consi. xl. & Oldr. consi. ccxlij. Nec obstat si dicatur, quòd attento tenore primæ & originalis cōcessionis & inuestituræ, qui maximè est attendendus & considerandus, vt iā supra dictū fuit, etiam si repugnaret naturæ feudi. c. j. in fin. in titu. de duobus fratribus a capi. inuestit. quem Bald. ibi dicit esse

44 perpetuò notandū, †quòd tenor inuestituræ derogat cuicunque naturæ feudorū, ad idem est text. in cap. j. in fin. de success. feudi. & in cap. si cui, ibi, tenorem tamen inuestituræ, necnon & vim verborum ac sensum contrahentiū intuentes. in tit. de quibusdam alijs extraordinarijs cap. feu. quem tex. allegat Bald. in præludijs feudorū, in iiij. diuis. & multa ad propositū cōgerit præfatus Curtius in tractatu præallegato, prima parte, char. vj. colū. iij. versi. in feudis enim. admitti debuerit in successione dicti feudi Iolana soror dicti Ioannis, tanquam hæres & tanquā de familia Ioannis Marchionis sui fratris, eò quòd prima inuestitura & concessio ab Ottone Imperatore facta dicto Alledramo, dicatur & appareat facta tā pro ipso Alledramo, quàm hæredibus suis. Et in illis verbis ibi, habeat, teneat & possideat tā ipse quàm sui hæredes. Item quoque facta dicatur eidem Alledramo pro se ac vtriusque sexus familijs, in duobus locis dictæ concessionis. Primo post illa verba, omnes res & proprietates suas. ibi, ac vtriusque sexus familias & paulò infra ibi, mobilibus & immobilibus, ac vtriusque sexus familijs. Et sic cū dicta Iolana esset proximior, & sic hæres in gradu succedēdi eidē Ioanni Marchioni fratri suo, qui decesserat sine liberis, authē. cessante. C. de legi. hæred. essetque etiā & dici posset de familia Alledrami, licèt esset fœmina, vt est tex. in c. j. Insti. de legi. agn. succes. ita omnino dicendum videatur, quia respōdetur ad omnia, & primò ad primū, dum dicitur in con-

45 cessione, tam ipse quàm sui hæredes. † Quia verbum, hæredes appositum in materia feudali debet intelligi de hæredibus masculis. c. j. §. profectò. in titu. de lege Conra. & cap. j. §. & si clientulus. de alien. feu. ponunt Doct. in l. Gallus. §. & si parente. ff. de lib. & posthu. Cardin. consi. lxiiij. casus super quo. Iason in l. si non sortem. §. libertus. ff. de cōdict. indebiti. Et maximè hoc procedit in casu isto, in quo non dicimus feudū hæreditarium, sed acquisitū pacto & prouidentia primi acquirentis, in quo agnatus admittitur, dato quòd non sit hæres exclusa fœmina. cap. j. in tit. an agna. vel fil. sequitur Decius tertio vol. consi. consil. cccxlvij. circa finem. verba enim debent intelligi secundū materiam subiectam. l. si vno. in princi. ff. locati. Et sequuntur naturā contractus, super quo interponuntur. l. si stipulatus. ff. de vsur. Alias sequeretur absurdum, quòd fœmina succederet contra regularem naturam feudorum, cap. j. in titu. de benefic. fœmi. & cap. j. §. hoc etiam notandū,

in tit. qui feu. date pos. Et ideo verbũ, hæredes, generaliter & indefinitè prolatũ, debet restringi attenta natura subiectæ materiæ, ad hæredes habiles, & sic ad masculos. l. j. C. de sacrosan. eccle. & l. vt gradatim. ff. de mune. & hono. & ita tenuit Bald. in c. j. §. donare. in tit. qualiter olim feu. pot. alie. vbi etiã Mar. Lauden. tenet istã opinionẽ, cum qua tanquã vera & cõmuni, transit præfatus præceptor meus in tract. præallegato, in verbo, & quibuscunq; hæredibus. Istã conclusionẽ souet quod voluit Andr. de Iser. in c. j. de suc. ces. feu. vbi dixit, quòd si fiat concessio feudi alicui generi si quæratur an veniant descen-
46 dẽtes ex fœmina, † licèt verbum genus, possit trahi ad paternũ & maternũ. l. neque Doroteum. C. de decur. lib. x. cap. venerabilis. de præben. §. si quis igitur. in authen. de hæredi. quæ ab intest. quia tamen natura feudi hæc est, ꝙ regulariter non succedant descendentes ex fœmina, illud verbũ, genus, prolatũ in materia feudali restringetur ad genus paternũ tantùm. Bene facit etiam quod in simili not. Imol. in l. si ita scriptũ. ff. de leg. ij. & in c. potuit. in fin. extra, de loca. Archi. in c. si quis suadente. xvij. q. iiij. & Bal. in l. quicunque. C. de seru. fugit. & sic in proposito cùm natura feudi sit hæc, vt quando feudum est acceptũ pro masculis & fœminis, donec sint masculi, nõ admittantur fœminæ, quando omnes descendunt ex eodẽ, non considerata gradus, prærogatiua, ita in hac concessione facta Aledramo pro se & hæredibus indefinitè, verbum, hæredibus, debet intelligi de masculis per iura præallegata. Et istã decisionem refert & sequitur præfatus Curtius in tracta. præallegato, in iij. parte, char. xxv. col. j. in fin. & in principio sequen. ver. vigesimosecundo quæro. allegat Fulgo. consi. ccxxix. cùm nobilis de vico. Et ista conclusio in tantum procedit & est vera, quòd etiã si feudũ esset maternũ, & sic fœmineũ, quia originem & principium habuit in fœminis, si tamen in talis feudi successione reperiretur masculus & fœmina, præferretur masculus, per tex. in cap. j. de benefi. fœm. vbi Iaco. de Ardizo, Iacob. de Belui. Nicol. de Neapol. Bald. & Alua. dicunt istum esse verũ & communem intellectum, quicquid ibi dixerint glos. & And. de Isern. referunt & sequũtur præfatus præceptor meus in tract. præalleg. in verbo, & fœminis. j. col. ver. secundò fallit. & Curtius etiã in tract. præallegato, in iij. parte. ij. col. ver. secundò singulariter limitatè. ibi, sed quando adessent masculi. Est quoque etiam dicta conclusio adeò & in tantũ vera, quòd etiam si aliundè deficientibus masculis feudũ transiret ad fœminam, si tamen postea superueniret masculus, non obstante, quòd feudũ videatur effectum fœmineũ, tamen masculus superueniens adhuc præferretur fœminæ. tex. est notabilis in c. j. in tit. de eo qui sibi & hęr. suis masc. & fœm. & ita etiã tenuerunt præfatus præceptor meus vbi supra, in verbo, & fœminis. ij. col. versicu. sed ponam. & Curtius etiã vbi supra, in iij. parte. xxiiij. charta. iij. col. ver. decimoquintò pro limitatione. Et sic concludendũ, ꝙ prætextu illius verbi, tam ipse quàm sui hæredes, non potuit de iure ipsa Iolana venire ad dictum feudũ Marchionatus existente tũc Manfredo Marchione Salutiarum, qui erat de linea dicti Alle-
47 drami ex persona Thetes, † quia in istis regalibus dignitatibus quando conceduntur in proprietatem, licèt transeant ad hæredes, non tamen transeunt ad omnes, sed tantũ ad primogenitum masculũ, per text. in cap. Imperialẽ. §. prætereà Ducatus. in titulo, de prohib. feu. alien. per Federicum. Nec obstat quod dixit Baldus in cap. j. in titulo, de
48 feudo Marchiæ, † quòd in istis dignitatibus regalibus & earum successionibus attendenda est consuetudo, & maximè in materia feudorum, quæ nihil aliud est, quàm consuetudo scripta, & ideo appellatur consuetudo &
49 vsus feudorum, † quilibet est authenticus & allegabilis ad decisiones causarum, vt concludunt omnes Feudistæ antiqui & moderni, & maximè Curtius in præludijs feudorum, prima quæstione secunda, & iij. columna, quia etiam si inspiciamus consuetudinem, Bald. ibi loquitur de consuetudine inducta in successione feudorum, cuius vigore descendentes & agnati vasalli succedunt, circunscriptis iuribus disponentibus, quòd mortuo vasallo feudum redibat ad dominum, quia illa iura volebant, quòd non nisi per inuestituram poterat acquiri feudum, de quo dicam infra sequenti articulo, sed vbi non loquimur de consuetudine circa modum successionis, cùm dicta inueterata consuetudo semper in dicto Marchionatu fuerit obseruata, quòd illius successio transiuerit semper de primogenito in primogenitum masculũ, exclusis fœminis, etiam proximioribus, & tam tempore eorum, qui erant de linea Alledrami, quàm tempore Palleologorum, hoc ideo non debuit ipsa Violanta admitti

admitti existente masculo, stante iuris dispositione & consuetudine. Et ista fuit ratio, quod tẽpore etiã dñorum Palleologorũ, qui dictum Marchionatum detinebant, nunquam fœminæ, quãuis in gradu proximiores, fuerunt admissæ vt nostris tẽporibus (vt de antiquis taceamus) visum fuit & obseruatum in illustriss. dominabus Ioãna & Blancha filiabus quõdã illustrissimi Gulielmi filij Ioãnis Iacobi, quæ defuncto ipso earum patre non successerunt in dominio, sed fuerunt exclusę per illustrissimum dominum Bonifaciũ earũ patruum, qui erat frater dicti Gulielmi. Similiter etiam vltimo loco vidimus in illustrissimis dominabus Maria & Margarita filiab⁹ illustrissimi quondam Gulielmi filij dicti Bonifacij, quæ defuncto altero Bonifacio dicti Gulielmi filio earum fratre Marchione fuerunt exclusæ per illustrissimum dominum Ioannem Georgium earum patruum. Qua ratione infertur, quòd cùm masculi fuerint
50 semel admissi, & exclusæ fœminæ; † & ex quo etiam ipsa illustrissima domina Margarita ipsius vltimi Gulielmi filia, & Ducissa Mantuæ fuit semel à dicto Marchionatu Mõtisferrati exclusa, debet perpetuò esse exclusa, quæ conclusio probatur à maioritate rationis. Quia si in materia quæ non est feudalis, in qua fœmina est capax successionis, regulariter fœmina semel exclusa, perpetuò est exclusa; ergo multò fortius in materia feudali, in qua fœmina regulariter est incapax successionis; si sit semel exclusa, debet perpetuò durare exclusa. quòd autẽ in materia successionis de iure communi fœmina semel exclusa perpetuò duret exclusa, tenet Bart. in l. finali. ff. ad Tertullia. vbi loquitur de exclusione fœminæ à successione stantibus masculis. Idem tenuit Bald. in l. si quis posthumo. §. si filium. ff. de liber. & posthum. & in l. posthumus. in principio. ff. de inofficioso testamento. in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de liber. & posthum. Idem etiam tenuit Frãciscus de Aretio consilio cxliiij. Visa consultatione. secunda colum. & consi. cliij. Viso puncto. in vltima colum. & Alexan. in tertio volumine consiliorum, consi. xliij. Consideratis. iij. colum. Et quòd in materia feudali fœmina semel exclusa perpetuò sit exclusa, videtur esse textus, qui ad hoc solet allegari in c. j. §. quinetiam. in tit. Episcopum vel Abbatem. vbi hoc notant And. de Isern. Bald. & Alua. & est cõmunis opinio, quam tenuerũt Calder. consil. iiij. sub rubr. de feud. & Pet. de Ancha. consi. cxxij. hęc quõ vulgaris est. Bal. in c. j. de filijs natis ex matri. ad morga. & in l. de quibus. C. de secundis nupt. sequitur Alexã. j. volu. consiliorum, consi. xxix. prope finẽ. & Brunus Astens. in suis consilijs feudo. consil. xxviij. Quia casus. circa fi. & cõsi. lxv. & Curtius, qui alios allegat in præallegato tractatu feudo. tertia parte, char. xxv. & quæst. xxvij. Et sic apparet, quòd siue loquamur ex dispositione iuris consuetudinarij scripti, siue loquamur de consuetudine antiqua in dominio & patria Montisferrati non scripta, ipsa illustrissima domina Margarita, etiã si successio palleologorũ in dicto Marchionatu fuisset, & legitima dici posset, tanquã semel exclusa non debet amplius in dicta successione admitti. Non obstat si dicatur, quòd si masculus semper excludit fœminam in tali feudi successione; ergo illa verba, tã ipse, quàm sui hæredes, quo ad fœminã, erũt superflua.
51 † Quia licèt contingat eam esse heredem, tñ nunquam succedet in feudo stãte masculo. Quod tamen est admittendum. c. si Papa. de priuilegijs. lib. vj. l. si quando. C. de inoffi. test. ponit Bal. in rub. C. de contrah. empt. in ix. q. quia respondetur; quòd non erũt superflua: quia si fœmina quãuis hęres non debeat admitti cum masculo in feudi successione adæquatiuè, & vt faciat partẽ cum masculo; vt dixit Bal. in c. cęterùm. iiij. col. versic. item scias. de iudi. vbi dicit non patere locum fœminæ, donec masculus superest. allegat text. in supra allegato cap. qui sibi. in titu. de eo, qui sibi & hęredibus suis masculis & fœm. inuest. bene facit text. in c. j. §. filia verò. de succes. feudi. not. Calde. consi. iiij. & vlti. sub rubr. de feud. Signo. de Homod. consi. x. in q̃one vertente. ij. col. & Fulgos. consi. ccxxix. Cùm nobiles. ij. colũ. veniet tamen & admittetur ordiue suc-
52 cessiuo, id est, † quòd deficientibus masculis fœmina succedet in feudo. c. j. §. filia. de succes. feud. c. j. in tit. Episcopũ vel Abbatẽ. not. in c. j. de nat. succes. feu. & tenet Bar. in l. vt iurisiurandi. §. si liberi. ff. de oper. lib. & in consi. incip. Dominus à matre. & in alio consi. incipien. Quęstio ista habet duo dubia. Idem tenuit Bal. in l. fi. C. de suis & legit. hęred. in l. liberti, libertæque. xj. col. C. de ope. lib. idẽ tenuit Ang. consi. xxxix. cùm institutio. refert & sequitur Alexã. j. vol. consiliorum, consi. xxix. Quoniã abundè. iij. col. vers. fortificantur prędicta. & in v. vol. consi. ix. ponderatis his. j. col. vbi dicit, quod non minus intelliguntur vocati ordine successiuo qñ sunt vocati per nomen colle-

collectiuum, quàm per copulam. Idem etiã tenuit Aret. in l. Gallus. §. quidam rectè. ff. de lib. & posth. sequitur Curt. in suo tract. præallegato. iij. parte. char. xxiiij. iiij. col. versi. decimoseptimò ad declarationem. Soc. iiij. volu. consiliorũ, cons. lxxiij. capiendo primum. iiij. col. vers. sed remanet vnus scripulus. ex quibus apparet, quod per illa verba, tam ipse, quam sui hæredes, &c. fœmina non est admittẽda, & istud sufficit quo ad primũ obiectũ de dicto verbo, suiq; hæredes, &c. Non obstat secũdum, quod ipsa concessio dicatur facta Alledramo pro se ad vtriusq; sexus familias; quia vltra quòd dici potest hoc non esse verũ, vt pulchrè declararunt Dec. & Brunus in eorũ consiliis in hac materia & causa redditis, vbi
53 dicũt, † quòd dictio, ad, debet exponi pro, ac, quorum propterea dicta nõ repeto; posito tamen, quod illa Violãta esset de familia Alledrami tamen stante Mãfredo Marchione Saluciarũ, qui ẽt erat de linea & familia Alledrami, ipsa nõ poterat admitti, nec sui descẽdẽtes in dicti feudi successione, per ea quæ s. dixi, allegando decisionẽ And. de Iser. in c. j. de success. feu. vbi dixit, quod si fiat concessio feudi alicui generi, quod idem est dicere, quod familiæ, si quæratur, an veniat descẽdentes ex fœmina; licèt verbũ, genus, possit trahi ad paternũ & maternũ. d. l. neq; Dorotheũ. C. de decur. lib. x. & c. venerabilis. de præben. quia tamẽ natura feudi, hæc est, quod regulariter non suc-
54 cedunt fœminæ, illud verbũ, † genus, prolatũ in materia feudali restringetur ad genus paternũ tantũ. Bene facit vt iam suprà dixi, quod not. Imo. in l. si ita scriptũ. ff. de lega. j. & c. potuit. in fi. extrà, de loca. Et hoc tanto magis procedit stãte dicta notoria & antiqua cõsuetudine in dicto dominio semper & hactenus obseruata, quod in eo & eius successione nunquam fuerunt admissæ fœminæ; si ergo locus successioni patère non potuit ipsi Violantæ matri, etiam quòd ipsa dici posset de familia Alledrami; multò minus patère poterit Theodoro eius filio ex dicto Andronico Imperatore Constantinopolitano; quia licèt tunc diceretur esse de familia Alledrami, ipse tamẽ Theodorus eius filius nõ poterat dici de illa familia, sed de familia
55 patris, † quia qui nascuntur patris, & nõ matris, familiam sequũtur. l. familiæ appellatione. ff. de verborum significatio. ita quòd post mortem matris omne ius agnationis resolutum est, vt concludit Alexan. vj. volum. consiliorum, cõsi. xcv. consideratis. vltima colum. versi. præterea. el primo. & cõs. lxxxix. circa primum, col. fi. versi. nõ obstat statutum. vbi dicit, quod licèt in ipsis fœminis agnatis duret
ret & esset aduersus talẽ præscriptionẽ in in-
tegrũ restitutio cõcedẽda, & maximè ex ca-
pite ignorantiæ, & etiã impotentiæ, vel etiã
ex clausula generali, si qua mihi iusta causa,
vt concluserunt præfati Dec.Brun.in eorum
cõsi.in hac materia & causa redditis,per not.
per glos in l.si partẽ.in § j.in verbo,nõ vtẽdo:
ff.quẽadmo.serui.amit.not.Bar.Ang.& Doc.
in l j.§ si quis autẽ propter.ff.de itin. actuque
priua. & gloss. in d. l. j. C. de patr. pot. notat
Spec.in tit.de præscri.§.j.vers.pone colonus:
& Bar.in l.Aristo.§.fi.ff.de dona. & Ang.in l.
fi.ff.si quis test.lib.esse ius.fue. & in l.hæredẽ.
ff.de calũ.& Io.de Imol.in c.fi.x.char.de præ
scrip.& in l.Pantonius.ff.de acquir.hæredi.&
traditẽ in alijs plerisq; locis de quibus p Ale-
xã.in præallegato cõsi.iij. in fi.in v.vol. idẽ te-
nuit Abb in c.vigilanti.de præscrip.& Bar.in
l.cũ filius. §.in hac.ff.de verbor.obli. cũ con-
cord.ibi per d.Alexã.allegatis,quæ iura vidẽ-
tur loqui de præscri.trig.ann. Sed in præscri-
ptione lõgiori ego haberẽ rẽ pro dubia, p eã
quæ

quæ in terminis consuluit Decius qui cum supportatione in hoc est sibi contrarius in j. vol.consiliorum,consil.xxix. Et pro tenui facultate mea.ij.col.vers.nam licet præscriptio xxx.anno.& Soci.in j. vol. consil. Bononiensiũ,consi.xxj.in causa testamẽtaria,&c. Et ex his remanet expeditus septimus articulus.

Et consequenter ex ordine procedendo ad expeditionem octaui articuli supra polliciti, videlicet,an ipsi illustris. dom. do. Francisco Marchioni in successione dicti Marchionatus Mõtisferrati obstet anterior genitura illustris & reuerendi domini Ioannis Ludouici fratris sui. Quia iste articulus dependet ab alio, videlicet, An ex eo q ipse illustris & reuerendus dom.Ioannes Ludouicus clericus. veniat vel non ad tale feudum vel illius successionẽ admittendus? Ideò videndũ est de isto articulo,quia si diceremus clericaturam sibi nõ obstare sine dubio,nisi essent alia impedimenta, ipse deberet in tali successione præferri ratione primogenituræ, & excluderet ipsum illust.do.Franciscũ fratrẽ suũ. Si verò dicimus clericaturã sibi obstare, tũc eo remoto per tale impedimentũ fit & aperitur locus in tali successione ipsi illust. d. Frãcisco fratri suo. In isto articulo, an clericus veniat & sit ad feudi successionẽ admittendus,reperio q inter Modernos Tauriñ.dictũ articulũ in specie tetigit præstantiss. præceptor meus do.Iacob.de sancto Georg.in suis tract. & in uestitura feudorũ.in verb. Et quibuscũq; hæredibus.ij.col.vsq; ad fi.ver.an aũt clerici succedãt in feudo.vbi allegat varias & cõtrarias hincinde Doctorũ opin.quibus relatis tandẽ cõcludit in fauorẽ clerici, etiã in sacris & beneficiati.Subiũgens,q cùm ista quæstio cõtigisset de facto in personã reuerendi & generosi do.Ioãneti ex comitibus Valpergiæ prioris sancti Andreæ de Taurinio, q cõsuluit in sui fauorẽ.Et ita fuit inuestitus per Ducalem celsitudinẽ pro sua parte feudi, & ita successit cũ fratribus in feudo.Et postquam respondit motiuis & opinionibus partis contrariæ subiũxit hæc verba.Habetis istũ articulũ plenissimè expeditũ.Sed cũ bona venia & pace tanti viri & præceptoris mei colendissimi, nec plenissimè, nec plenè examinauit articulũ,quia alia erãt dicenda,& vt puto,& firmiter teneo,erat cõcludendũ totũ oppositũ, nisi vellemus eũ fortè saluare propter naturã illius feudi in illo casu in quo cõsuluit. Inter verò Moder.Papieñ.clarissimus frater noster I.C.do.Franciscinus Curt.in suo solenni & bene vtili tract.feud.in iij.par. xxviij. char. & seq.versi.decimo principaliter quæro de quo tidiana quæstione pulchro ordine & elegãti stilo istũ articulũ examinauit ponendo duas opiniones, vnã affirmatiuã, q clericus ad feudũ veniat & sit admittẽdus,allegando glo.& Doct.hoc tenẽtes, deducẽdoq; ea q ad istius opinionis verificationẽ conducere videntur. Aliã verò negatiuã, q clericus ad feudũ nullo modo sit admittẽdus.allegãdo pariter Doct.qui hanc opinionẽ tenuerũt. postea verò tenendo hãc secundã opinionẽ negatiuã tanquã de iure veriorẽ ac respõdẽdo ad motiua & opiniones partis affirmatiuæ illã multipliciter limitauit, & inter alias limitationes in specie posuit istã,quæ fuit secũda limitatio, q illa cõclusio negatiua procedit vt,scilicet, clericus ad feudũ nõ admittatur in clerico in sacris cõstituto, secus verò in simplici vel nõ sacris,sed tantũ primæ tõsuræ,vel etiã in minoribus,qui non dicitur esse de cõprehẽsis in dicta opinione negatiua. Imò q ad feudũ possit admitti,alleg.Bal.in c.qui clericus. in tit.si de feu.fue.cõtr.& ita ẽt tenet d.Card.Alex.in c.j.§.& quia vidimus.in ti.qui feu.da.pos.qua limitatione audita & bene cõsiderata videretur dicendũ q res esset clara in fauorẽ ipsius reuerẽdi & illustr.do.Ioan.Ludouici,ex quo ipse nõ est in sacris ordinibus cõstitutus, sed tantũ est clericus primæ tonsuræ,vel in minoribus,propterea nõnulli alij Doct. celeberrimi,qui in hac materia & causa scripserunt & quàm maximè Coetaneus,sed mihi doctrina pr obseruantis.d.Alb.Brun.doc. Asteñ.d. Gualte.Corbeta Mediol.& d. Lud.Cat.Ferrarieñ. qui adeò copiosè ita subtiliter & elegãter materiã euacuarũt,vt cæteris dicẽdi & scribendi materiã subtraxerint, conati sunt dictã limitationẽ effugere,& ita dixerũt,q licet ipse illust.& reuerẽdus d.Io.Lud.nõ esset in sacris, sed simplex clericus, q tamẽ perinde ad tale feudũ non venit,nec est admittendus,ac si esset in sacris,cũ sit clericus beneficiatus, & habeat beneficia tã in titulũ quàm in cõmendam ac dignitatẽ annexã habẽtia, quo casu æquiparatur clerico in sacris cõstituto.Et ad hoc allegarũt Bal.in d.c.qui clericus in tit.si de feu.fue.cõtr. Sed nõ repetendo ea quæ ab ipsis Doctoribus præstãtis. dicta fuerũt,sed ea tantũmodò cõmendando,iuxta l. cùm virũ,ibi, ad cõmendandã hãc patris voluntatẽ.C.de fideicõ.Colligẽdoq; tantũmodò spicas post terga metẽtiũ,visum fuit mihi in primis,q limitatio Curtij nõ procedat,sed

tollatur, per tex. in c.j.§.ex hoc.in tit. de feud.
101 fœmi. vbi dicitur, † q clericus nõ succedit in feudo paterno, etiã si post deponat clericatũ, ergo loquitur de simplici clerico, quia clericus in sacris nõ potest deponere clericatũ. Secundò visum fuit mihi, q pacificatio nõ procedat de clerico ĩ minoribus beneficiato ad clericũ in sacris ordinibus cõstitutũ, & do instãtiã, quæ tollit cõsequẽtiã, quia clericus in sacris non potest amplius redire ad seculũ faciẽdo actus repugnantes talibus ordinibus, sed clericus in minoribus licèt beneficiarus, potest dimissis beneficijs ad seculũ redire nubendo, & alios actus, qui laicis cõueniunt, faciẽdo. Textus est de vtroq; in c.j.de cle.cõiu. ergo parificatio non procedit de clerico in sacris ad clericũ in minoribus beneficiatũ. Nisi dicamus (& ista est veritas) q licèt parificatio non procedat in omnibus & per oĩa, procedit tamẽ quãtũ ad acquisitionẽ feudi, quia sicut vasallus recipiẽdo sacros ordines impeditur acquirere feudũ.d.c.si clericus.ea ratione, q eligendo viam militiæ Christi videatur renuntiare viæ militiæ seculi: cùm miles Dei nõ possit esse miles seculi.c.j.in tit.de vas.mil. qui ar.bel.depo. Ita etiã acceptãdo beneficia ecclesiastica idẽ quoq; facere videat. Et ista fuit ratio quæ mouit Bald.in d.c.qui clericus. allegando Clem.gratiæ, de rescri. Et facit alia ratio, quia via quam quis eligit sibi patere debet, & quia tetẽtio beneficiorũ ecclesiasticorũ & feudi tẽporalis sunt incõpatibilia, ideo
102 necessariò dicere debemus, † q clericus quãuis in minoribus, si tñ beneficiatus, impedit succedere in feudo, q a dicta beneficia ecclesiastica acceptãdo sibi præiudicauit in feudi secularis acquisitione. Et maxime hoc procedit, ex quo ipse illustris & reueren. dominus Ioã. Ludouicus habet multa ex dictis beneficijs curã animarũ habẽtia, alia verò dignitates vel personatus, quæ propterea dicũtur incõpatibilia cum feudo seculari, arg.c.de multa.de præb.& clem.l.de æta.& qual. Nec obstat si dicatur, q est in facultate ipsius illustris & reueren. domini Io. Ludouici renũtiare dictis beneficijs suis, & sic per eorũ renũtiationẽ persistere in iure successionis feudi, quia respõdetur, & circa hoc cõsidero duplicẽ casum remissionis dictorũ beneficiorum. Aut enim ipse vult renũtiare facto, ex quo magis quàm verbis volũtas hominis demõstratur. c.dilecti.vbi gl.de appel.& l.reprehẽdẽda.C. de inst.& subst. sub cõd.fa.cũ multis simi. Primo casu dico, q ille casus non est habẽdus in cõsideratione, tãquã impossibilis de iure, ratio est, quia si beneficiorũ renũtiatio, maximè eorũ, quę tenet ipse illustris & reuerẽd. dominus Io. Ludouicus, debet fieri verbo, illa fieri nõ põt sine licentia, volũtate & beneplacito sũmi Põtificis, qui talẽ renũtiationẽ velit admittere, aliàs renũtiatio fieri nõ põt, text. est expressus in c.quod in dubijs.& in c. nisi cùm pridẽ.de renũt. vbi Papa noluit admittere renuntiationẽ illius Episcopi Arelaten. quã volebat facere de illo suo Episcopatu, ex causis & rõnibus ipsi p eũ allegatis, & licèt quo ad renuntiantẽ valeat, nõ tñ valet quo ad superiorẽ, nisi eã admittat. d.c. quod in dubijs.& in c.super hoc.eo.tit. Est aũt cla-
103 rũ, q qñ † dispositio hominis refertur ad nutũ & volũtatẽ accõsensu m nedũ superioris, sed cuiuslibet etiã magni viri, q illa dispositio cẽsetur impossibilis, & ad hoc alleg. text. in l.apud Iulianũ.§.fi.ff.de leg.j.vbi Bal.ad idẽ facit tex.in l.continuus.§.cùm qs.vbi etiã no. ff.de ver.obl.not.Dyn.in c.semel Deo.de reg. iu.lib.vj.refert & sequitur Alex.vj.vol.cõsiliorũ.consi.cxxiiij.in re tam graui.ij.col. versicu. & quãdo. Secũdo casu quando scilicet, facto talis, renũtiatio fieret (vt puta) q a fortè matrimoniũ cõtraheret, quo casu bñficia ipso iure vacare dicerẽtur. vt dicit tex.& ibi gl.in versi. relinquẽda.de cle.cõiug.§.alleg. Et pręmissis ambobus casibus, siue Papa acceptaret renũtionẽ, siue p factũ ppriũ bñficia vacarẽt, p hoc nõ dẽret ipse dñs Io. Ludo. admitti ad feudi successionẽ, & sic acquisitionẽ, ex quo per acceptationẽ beneficiorũ, iam aperta est via & quæsitum ius vel agnato successori, vel dño secũdũ feudorũ distinctiones, ita in terminis determinat Andr.de Isern.in d.c.j.§.ex hoc.in tit.de ben.fœm.vbi dicit, q statim q tales efficiũtur clerici, vel assumũt habitũ, feudũ aperitur dño vel agnatis secũdũ feudi distinctionẽ, an scilicet sit antiquũ vel nouũ, & eo semel aperto, & veniẽte ad aliũ, quãtũcũque pœniteat, nõ recuperat, quod amisit, & quod alij acquisitũ est, allegat text.in l.si post mortẽ.in fi.ff. de contra tab.& in l.pen.C. de pact. Et sic apparet, quòd licèt in omnibus
104 & per omnia non procedat † æquiparatio de clerico in sacris ad clericũ in minoribus beneficiatum, procedit tamen in istis terminis inhabilitatis ad feudum & materię feudalis, sicut videmus ẽt in alio casu talem æquiparationẽ procedere de clerico in sacris ad clericũ in minoribus bñficiatũ, nã licèt clericus in sacris constitutus nõ tamen beneficiatus, teneatur

teneatur dicere officiũ & horas canonicas, vt probatur in c.j. de celeb. miss. & in c. dolẽtes. eo. tit. & clericus in minoribus qui nõ est beneficiatus non tenetur dicere dictũ officium & horas canonicas, nisi de bono consilio; tamen si clericus in minoribus constitutus sit beneficiatus, ita est obligatus, & tenetur dicere officiũ & dictas horas canonicas, ac si esset in sacris; quia ita dicitur esse deputati tales ecclesiæ per assignationẽ beneficiorũ, sicut per assecutionẽ sacrorũ ordinũ. c. fin. & ibi glo. xcij. dist. quã sequunt Inn. & Doct. in d. c. j. de celeb. miss. bene facit tex. in c. cũ secũdũ. de pbẽ. Imo magis qñ clericus beneficiatus licet in minoribus cõstitutus esset absens ex causa legitima, etiã si deseruiret ecclesiæ per vicarium, teneretur tñ ad dictas horas, & dicendũ officium, secundũ Inn. Io. And. & Pan. in d. c. j. de celeb. miss. & sic apparet, q in multis procedit parificatio de clerico in sacris ordinibus constituto ad clericum in minoribus & beneficiatum. Possent quoq; dari aliæ instantiæ ex quibus dicta parificatio verificaretur, sed nõ curo, quia non est alicuius frugi, nec præsentis propositi. Nõ obstat si ẽt præterea dicatur, q pmissa procedunt in feudo iam aperto ante susceptionẽ sacrorũ ordi-
105 nũ, vel beneficiorũ, †quia tali casu per susceptionẽ dictorũ sacrorum ordinũ vel beneficiorũ quis videtur renunciare tali feudo iam aperto, p iura superius allegata, quia videlicet videt facere trãsitũ ad statũ incõpatibilẽ, facit capitulũ, de multa. de preben. & Clem. gratiæ. de rescrip. Sed hic non sumus in casu in quo post taliũ beneficiorũ acceptationẽ superuenit apertura istius feudi & dignitatis Montisferrati, quo casu dici nõ potest, quòd habuerit animũ renunciandi nec tale ius remittẽdi, & sic tali iure priuari non debet, maximè cùm fortè sit paratus præstare seruitia domino ratione dicti feudi per substitutum, prout videtur facere posse, vt not. in cap. j. de benef. fœm. in l. quisquis. C. de episc. & cle. & in l. continuus. §. si ab eo. ff. de ver. oblig. Quia rñdetur, q ex quo in isto casu inhabilitas pcessit ante aperturã feudi, & tempore dictæ aperturæ feudi est alius frater habilis in successione dicti feudi, cui per talem inhabilitatẽ quæ durat tempore delatæ successionis & aperturæ feudi fuit delata successio in dicto feudo, & remotum obstaculum primogenituræ cessat. & nõ obstat allegatũ fundamẽtũ per ea quæ habentur in cap. j. vbi in terminis And. de Isern. in tit. de mil. vasallo qui ar. bel. depo. Nõ obstat si dicat quòd ipse illustris. & reuerẽ. d. Ioã. Lud. est paratus pstare seruitia feudi p substitutũ. quia rñdeo multipliciter, & primò, q ex quo nos sumus in casu in quo tractat de feudi successione & acquisitione, & tẽpore quo successio defertur, & feudum aperitur ipse d. Ioãnes Lud. qui prætẽdit succedere, reperitur inhabilis; quia est clericus beneficiatus, isto casu frustra tractat, an possit seruire p substitutũ, ex quo p p eius inhabilitatẽ nullũ dr ius habere, tex. est notabilis. & ibi gl. in simili in l. si ex causa. §. Papinianus. ff. de minor. Et hoc est quod voluit Bar. in l. si finita. §. si de vectigalibus. ff. de dam. infec. Dũ dicit, q in causa feudali quo ad clericum nõ admittitur illa qõ, an possit seruire per substitutum; cũ statim q clericus efficitur, reddatur inhabilis ad succedẽdũ. bene facit text. in c. j. §. hoc aũt in ti. de his q feu. da. poss. & in c. j. §. qui clericus. si de feu. fue. contro. & in c. j. de benef. fem. & in c. j. an mut. vel aliter imperfect. idẽ tenuit Bal. in l. quisquis. C. de episco. & cler. j. col. versi. secundo casu, qñ feudatarius est inhabilis. Sequitur Cur. in tract. præalleg. xxix. char. iiij. col. & sic cũ nullũ ius habeat tẽpore aperturæ feudi propter inhabilitatẽ frustra tractatur an possit seruire p substitutũ. Quia remoto iure eius qui constituere debet, remouetur effectus eius qui debet cõstitui. ar. l. vectigali fundo. ff. de pign. Secũdò respondetur, q cùm sumus in materia re
106 cti & frãchi feudi, † pro quo nullũ præstatur seruitiũ reale sed merè personale, & tunc nõ poterit seruire per substitutũ, cum videatur electa fuisse industria personę, vt no. Azo. in summa, in d. tit. C. de sac. sanct. eccl. & not. in c. latorẽ. xxxiij. q. ij. & est tex. i l. vnica. §. ne autẽ. C. de cad. toll. Et istam decisionem sequitur pfatus Curt. in d. tract. feu. iij. parte, char. xxix. iij. col. in prima limitatione, versi. hãc cõclusionem limitatẽ alleg. Pan. in c. in præsentia. in antepen. col. de proba. & Aluar. in d. c. j. §. qui clericus. si de feu. fue. contro. & in c. j. de mil. vasal. q. ar. bell. depo. Et Iacob. de Belui. in c. si decesserit. in tit. si de feu. fue. contro. & tanto magis hoc procedit ex quo seruitia quæ debentur ratione feudi Marchionatus Montisferrati, debẽtur Imperatori à quo dictum feudũ mouetur, vt apparet ex inuestituris cõcessis, ex quibus cõstat illũ esse feudũ verum & propriũ, pro quo debetur seruitiũ
107 personale. Et clarũ est, † q quãdo seruitium debet fieri principi, non põt fieri p substitutũ, nisi de volũtate principis, quia tunc vide-

iur electa industria personæ. Tex. est notab. in l. si quis. C. de murileg. lib. xij. per quem tex. ita nor. Bald. in c. j. §. mutus. ij. col. vers. nota tñ. in tit. Episcopum vel Abba. ad idē facit tex. in l. per hanc. vbi Bar. C. de erog. mil. ann. lib. xij. & in l. si cùm miles. vbi etiam Bart. ff. de alieiud. mut. cau. fac. & in l. j. §. ne aũt. vbi ēt Bart. C. de cad. toll. & in l. nemo. vbi etiã Bart. ff. de duob. reis. & in l. j. vbi quoq; Bart. C. de prin. agen. in reb. lib. xij. bene facit text. in c. criminali. & ibi Gemin. v. q. iij. bene etiam faciunt, quę cumulauit And. Sic. in Clem. j. de iur. iu. & in sua apostil. ad Bald. in d. l. quisquis. C. de sacros. eccl. in verbo, determinata. ad quã me remitto. Et ex his remanebit etiã expeditus iste articulus octauus, in quo multa dicere non potui; cùm, vt s. dixi, ex subtili & profunda, ac copiosa discussione eorũ q in hac materia scripserunt mihi vlterius dicendi & scribendi locus, ac facultas nõ patuerint, sed tñ ad eorũ scripta me referre deceat ac sum mè cõueniat. Venio nũc ad nonũ & penultimũ articulũ, in quo erit videndum; An inuestitura quæ reperitur facta per Serenis. Carolũ Modernũ Imperatorē illustris. dominis Duci & Ducissæ Mantuæ de dicto Marchionatu Mõtisfer. habeat præiudiciũ afferre ipsi illustris. dño Marchioni Salut. in iure successionis sibi cõpetenti in dicto Marchionatu. Circa quod considero, q ex duabus rationibus iuri admodũ cõsentaneis talis infeudatio & inuestitura redditur, & est ipso iure nul-

108 la. Et primò, † quia ad eam Cæsar deuenit omissis solēnitatibus & substãtialibus à iure requisitis, & equidem pluribus. Primò, quia non vocato nec citato illustris. dño Marchione Saltiarũ, de cuius præiudicio tractabat & tractat; vt satis abundè visum fuit in multis articulis superioribus, & adhuc videbitur

109 in sequenti. † sunt enim in omni actu vocãdi & citandi hi de quorũ præiudicio agitur, vulgata l. nã ita diuus. ff. de adopt. & l. de vno quoq;. ff. de re iudi. Et ideo princeps, etiã supremus, nõ potest aliquid statuere sine citatione partis, vt est bonus text. in c. j. extra de cau. pos. & prop. vbi dixit Papa, q cõtra inauditã partē nihil statuere potest. Ita Deus omnipotens obseruauit, licèt in eo sit infinita potestas, quia antequã priuaret Adã Paradiso, citauit eum dicendo; Adam, vbi es? Ita dixit Bar. in extrauag. ad repri. in verb. & figura. col. j. & hoc tenuerunt antiqui & moder. Doc. quos cumulauit pceptor meus d. Clau. postea Archiepiscopus Taurin. in repeti. l. vt vim. quã sub eo audiui, col. j. ff. de iusti. & iur.

110 Et est rõ, † quia citatio nihil aliud est, quàm

111 actus ad defensionē tēdēs. † defensio aũt est de iure naturali, quæ hoc ideo tolli nõ põt. d. l. vt vim. & ibi præfatus d. pręceptor meus & moderni oēs. ff. de iusti. & iur. imò non tantũ citatio seu defensio est de iure naturali, sed etiã de iure diuino, secundum Docto. in d. l. vt vim. & Hippo. in l. vnius. in §. cognituru. x. col. ff. de qõ. & ideo peccat, qui se potest defendere, & nõ defendit. c. nõ est inferēda. 24.

112 qõ. 2. c. quãto. vbi glo. de sent. excõ. & iõ † princeps tollēdo defensionē peccat, & q eã tollere nõ possit, tenet Dec. in c. ecclesia S. Mariæ. xj. col. vers. prima est. de cõstu. & in rubr. extra de app. iij. col. & sic apparet, q p clausulas ibi dē appositas, videlicet ex certa sciētia, & de plenitudine ptãtis, & supplentes omnes defectus; hoc facere nõ potuit, clem. pastoralis. §. cęterũ. de re iud. & latius infra dicet in pse-

113 cunone istius articuli. † Itē ad talē ēt inuestiturę cõcessionē dr pcessisse sine cõsilio pcerũ suorũ in re tã ardua, saltē in effectu, cõtra l. placet. vbi la. in j. not. de sac. san. eccl. & per eundē in prelu. feu. col. xxvj. bene facit tex. in l. cũ multa. C. de bon. quę lib. Bolog. in repet. Authē. habita. col. iij. C. ne fil. pro patre. Idem tenuit Card. cõs. cxxxvij. sequitur ēt Fel. in c. ad audiētiã. ij. col. de præscri. & latè Barba. in tract. de pręstãtia. Card. in ij. par. q. ij. Idē etiã tenuit Mar. de Laude in tracta. de cõsiliarijs dñorũ. ver. xix. vbi dixit, q Roboã perdidit regnũ; quia noluit audire cõsiliarios suos sapiētes, sequit ēt Cep. in tract. de imp. mil. deleg. col. vj. vers. xxxvj. bene facit glo. in c. j. & in c. peruenit. lxxxiij. dist. & legitur in propè infinitis locis, q principes maiora & grauiora negotia nõ debet expedire sine cõsilio pce-

114 rũ suorũ. † Et si dicatur, q Cęsar in cõcessione huius inuestiturę processit cũ cõsilio dictorũ suorũ procerũ, vt apparet in illis verbis, sano nostrorũ & Imperij principũ & procerũ alioruq; fidelium accedēte cõsilio; quia rñdetur q talis allegatus accessus & interuentio fuit tñ verbalis, & illa clausula fuit tñ posita p quadã forma in literis & inuestitura, nõ aũt realis, & q re vera ita fuerit, & si fuit realis interuētio & accessus, qđ nõ est dicēdũ, rñdetur cũ debita supportatione & reuerentia, q eo casu illi tales pceres nõ fuerũt veri cõsultores sed deceptores, vt alibi dixit tex. in ca. quēadmodũ. & ibi gl. j. de iureiu. qđ probat, q cõsuluerũt cõtra ius i multis, & maxime inquãtũ cõsuluerũt, q adhuc viuēte illustris.

domino

domino Io. Georgio Palleologo, qui se gerebat ꝓ Marchione, & ipsum Marchionatū tenebat, fieret inuestitura ipsis illust. dñis Ducissæ & Duci Mãtuæ, ẽt si facta fuerit in euẽtū & sub condõne, si ipse illust. dñs Io. Georgius decederet sine liberis, & à seculo nõ est auditū, ꝙ viuẽte vno principe fiat inuestitura alteri, q̃a est cõtra bonos mores, tã naturales, q̃ ciuiles, cũ talis actus inducit votũ captãdæ mortis, vt hr̃ in l. fi. C. de pac. & in l. stipulatio hoc modo cõcepta. ff. de verb. obl. & maximè hoc ꝓcedit in dñijs & principatib⁹; quia vt alibi loquit̃, & vulgò dici solet, si ius violãdũ est, regnãdi causa. Itẽ ẽt cõsuluerũt cõtra ius ex quo nõ dixerũt, ꝙ in tali actu faciendo primò & ante oĩa citandi erant hi de quorũ interesse & ꝓiudicio tractabat̃ ex tali cõcessione & inuestitura in spẽ, si certi erãt, & vbi non essent certi, prout tñ erat illustris. dñs Marchio Salut. tũc erãt in gñe & ꝑ edictũ gñale citãdi oẽs sua interesse prætẽdẽtes vt tradit̃ in locis notissimis, & habetur in c. Albericus. de testi. Itẽ & inquantũ cõsuluerũt, ꝙ fœminæ ẽt exclusæ in successione dicti Marchionatus admitti deberẽt nõ obstãte earũ exclusione, ex quo actu insurgũt duo inconuenientia. Primũ est, q̃a cõcessio est cõ-

115 tra ius; † cũ fœmina semel exclusiua ẽt in allodialibus (qđ plus est) perpetuò cẽseat̃ exclusa, & ius in ea extinctũ amplius reuiuisci nõ debeat. Scđm est, q̃a ꝑ talẽ cõcessionem tollit̃ ius acquisitũ agnatis ex tali fœminarũ exclusione, q̃ eũ nõ sint, nec intelligantur vocatæ nisi ordine successiuo deficientibus masculis & nõ adęquatiue, vt s. satis abũdè in v. art. fuit dictũ, ꝑ talẽ inuestiturã admitteret̃, & qđ adhuc magis absũrdũ est ad exclusionẽ masculorũ agnatorũ cõtra naturã primæ & originalis inuestituræ, & oĩum aliarũ subsecutarũ ẽt tẽporibus dñorũ Palleologorũ, & ꝯ. notoriã & antiquissimã obseruatã ꝯsuetudinẽ circa modũ succedẽdi in dicto Marc. in quo semper fuit obseruatũ ius primogenituræ in masculis, & sic tollẽdo ius masculorũ agnatorũ, qđ maximè est absurdũ, & ꝯ. cõem feudorũ naturã & cõsuetudinẽ & sic cõtra ius, qđ fieri nõ põt. Itẽ quoq; ẽt in quãtũ cõtra debitũ cõsulẽdi officiũ prætermise-

116 rũt, † ꝙ ĩ dicta ꝯcessione & inuestitura omitteretur clausula salutaris, quæ in oĩbus principũ concessionibus apponi solet, & de iure

117 dẽt, saluo iure tertij, † eũ nõ possit princeps quẽpiã priuare sine cã legitima dñio rei suę. l. itẽ si verberatũ. ff. de rei vend. & l. Lucius. ff. de euict. ponunt Fel. & alij in c. quæ in ecclesiarũ. de cõsti. vbi dicit Pano. col. pen. & Dec. hoc procedere, ẽt si esset vnus Iudæus. bene facit tex. in c. sicut Iudæis de Iudæ. Dicimus

118 enim, † ꝙ beneficia & priuilegia principũ debent intelligi sine alterius iniuria & damno tertij. l. nec damnosa. C. de prec. Imper. offer. l. nec auus. C. de emancip. lib. cũ sim. Et dicit Curt. cõsi. lxxiij. col. xxix. in fi. quòd princeps auferendo ius quæsitum sine causa appellatur tyrannus, quia ptãs principis & eius plenitudo nõ extenditur ad aliquod iniquum, bene facit quod dixit Fel. cõsi. si domina Gatharina. col. penult. quòd licèt vulgò de Deo cœlesti dici soleat, ꝙ omnia potest, nõ tamẽ potest iniustum facere, quia omne quod iniustũ est, nihil est, vt hr̃ Ioan. i. bene faciunt ampla Doc. cõsilia, & maximè Alex. j. vol. cõsil. xxxvij. in causa mota. col. j. quod est repetitum in iij. vol. consil. xxxvij. & Cardin. consil. cxlij. punctus quæstionis. col. ij. & And. Sic. ij. vol. cõsiliorũ, cõsi. xxiij. clemẽtissimi. col. iiij. & Dec. j. vol. consiliorũ, cõsi. xj. diuino igitur. col. v. Nõ obstat dictum Ang. quod à nostris modernioribus, & bene quidẽ reputat̃ arrogãs, in l. itẽ si verberatũ. ff. de rei vendi. vbi dicit, ꝙ mẽtiuntur qui dicunt, ꝙ Imperator de plenitudine potestatis suę non possit sine cã auferre res vel iura alterius, quia illud dictũ cõmuniter ab oĩbus modernis reprobat̃, vt refert & reprobat Ias. in l. barbarius. vij. col. in fi. ff. de of. præt. in l. fi. C. si cõtra ius vel vti. pub. col. pe. & in l. ciuitas v. col. ff. si cer. pet. reprobat ẽt Cur. Iun. suo cõsi. j. x. col. versic. iij. aduertendũ est. Illud etiã reprobãt Fel. Dec. & Rochus, qui alios allegãt in c. quę in ecclesiarũ. de cõsti. Hip. in l. j. §. si quis vltro. xxiiij. q. ff. de quæst. & Caccial. in repe. l. j. iiij. col. C. de sum. Tri. & fi. cat. Ex quibus apparet & clarissimè demõstratur quàm iuridicũ & salubre fuerit ipsum cõsiliũ ꝑcerũ, si interuenit qđ nõ est putandũ, & eo casu cũ debita supportatione & reuerẽtia nõ immerito dici põt, ꝙ nõ vt consultores, sed vt deceptores & blãditores ad talẽ cõsultationẽ accesserunt, cõtra quos inuehit Card. quem refert Ioan. de Sylua in tractatu, de beneficio. ij. par. quęst. j. col. x. vbi dicit deterius facere plus blãditores, qui persuadent, quòd Papa omnia potest, ex quibus blãdimẽtis plures errores insurrexerunt, & Feli. in c. ij. ij. col. de rescript. vbi dicit, quòd tales principum adulatores ambulãt inter Laudẽ & Placentiã, nõ versus Veronã, & ꝑfecto quãto magis cõsidero, reperio esse

 verissi-

verissimum, quod alibi dixit Bal. in j. vol. cōsiliorum consil. vlt. v. col. quod ex quo proceres timore corrupti, vel cōmodo nō proferunt quod eis iustū videt, hoc solo priuatur principes, quia nō est qui eis veritatē dicat. Refert Deci. primo vol. consiliorū, cōsi. cxcvij. in casu in-
119 quisitionis. ad fi.† propterea nō deberēt talibus adulatorib' principes credere, vt refert Io. de Ana. in c. j. ij. col. de cleri. vena. & si ita facerent, cogerentur cōsiliarij semper pro veritate (vt est eorū officij) rñdere, qa maximè deberēt esse memores, quod irā Dei super se puocat, qui veritatē opprimi prospiciens eam pro viribus nō defendit. c. quisquis. & c. nō solum xj. q. iij. vbi etiā dicitur, quod proditor veritatis non solū dicitur, qui palā mendaciū dicit; sed qui etiā tacēdo liberè veritatē nō de-
120 fendit,† quia nō minus incurrit falsum, qui verū tacet, quàm is qui falsum dicit. l. rescripta. C. de prec. Imp. of. & c. super literis. & ibi no. de rescri. Praeterea dixit Fel. in c. sicut dignū. iiij. col. vers. quarta cōclusio. de homic. quod consulētes principi iniustas extorsiones nō merētur habere titulū cōsiliarij, & dñs Constātius de Bargijs in tract. de denunt. Euāgelica, appellat tales cōsiliarios q talia cōsulūt principibus, diabolicos; dicēs, quod ipsi tenētur ad interesse dānū passis, & etiā insolidū, imò magis dicit plus fortè dici posse, eòs ligari cē suris ecclesiasticis de quib' in bulla cenę. Domini cōtra imponētes noua pedagia; & dan-
121 tes talia cōsilia. Secūda rō principali est,† quod talis inuestiturae cōcessio fuit & est subreptitia, & in ea Cęsar fuit circūuētus, qa nō fuerunt expressa ea quae de iure necessariò erāt & veniebāt exprimēda, quo casu talis ɔcessio inuestiturae redditur ipso iure nulla & in-
122 ualida dicimus enim, † quod in literis maximè gratiae non solū ea sunt exprimēda quę vera sunt & veritati nituntur; sed etiā oēs qualitates facti, quae habēt mouere principē ad nō cōcedēdū, vel fortè difficilius cōcedēdū. c. super literis. & c. postulasti. ibi, nō de leui scribe remus. vbi Pan. de rescr. Loēs. C. de prec. Imp. off. bene facit text. in l. j. de natal. restit. p quē ita dixit Pan. in c. ad audientiā; el ij. vlt. col. de rescrip. & ibi Fel. etiā penul. col. versi. amplia secundò. & Soc. j. vol. consiliorū, cōs. clxiiij. j. col. & cōs. clxix. circa primū in primis verbis. idē tenuit Corn. iiij. vol. consiliorum, consil. cclxvj. circa pri. iiij. col. & Curt. Senior consil. xvj. clarus. penult. col. Et ista cōclusio adeò & in tantū procedit secundū Fel. in d. c. super literis. de rescr. ij. col. versi. limita primò. etiā si concedens omnino fuisset concessurus, si fuisset facta expressio allegat tex. cum gl. penul. in c. si motu proprio. de prębend. lib. vj. Itē etiā adeò & in tantū procedit dicta conclusio; vt non sufficiat expressio in genere; imò ad saluandū rescriptū à subreptione nō sufficit generaliter exprimere aliquid factum, nisi etiā exprimatur modus per quem illud factū fuit consumatū, ita etiā consuluit praefatus Curt. Senior consi. lxxij. allegat glo. in cap. dilectus filius. vbi Abbas de rescr. quam extollit Decius in c. constitutus. ij. not. eo. tit. & praefatus Curtius consi. xlix. memoriae recolendę. col. lxxvj. versi. iniquum enim. vbi di-
123 cit, quod sub inuolucro verborum effugitur deliberata mēs principis,† & quod ex nimia generalitate, quae parit obscuritatē, dicuntur literae subreptitiae, quod autem talia non fuerint in obtentione talis concessionis & inuestiturae expressa, probatur ex pluribus in facto veris. Et primò, quia ipsi illustri. domini Dux & Ducissa Mantuae in tali eorū impetratione & cōcessione ac inuestituta facta nō expresserunt Caesari tenorē primae inuestiturae & cōcessionis seu confirmationis factae per Ottonem Imperatorē Alledramo de Saxonia de Marchionatu Mōtisferrati, & alijs bonis, rebus & proprietatibus ibidem contentis, in qua nō solū ipse Alledramus fuit vocatus & nominatus; sed etiam omnes eius descendētes fuerunt vocati & nominati, vt patet in illis verbis, ac vtriusque sexus familias. & in illis verbis, sibi & haeredibus suis. quo casu descendentes oēs ordine successiuo, dicunt vocati, & oēs in infinitū veniunt ex propria persona, & nō ex iure trāsmisso, sed iure suo proprio & cōtractu, & vigore dictę antiquissimae inuestiturae dicti Alledrami, & ex prouidētia ipsius Alledrami primi acquisitoris, p iura in illis terminis & in indiuiduo p clarissimos & excellētissimos Doc. d. Dec. & Petruciū allegata, quę nō trāscribo, nec mihi ad scribo. Tacuerunt quoq; quod ipse illustris. dñs Franciscus Marchio Saluc. Modernus fuit & est de dicta linea Alledrami, qa descēdit ex Thete altero filio ipsius Alled. Tacuerūt insuper, quod dicta linea Alledrami, de qua olim Marchiones Mōtisfer. ex persona Gulielmi primogeniti dicti Alledrami & fratris dicti Thetes, deficit vsq; de anno Dñi 1305. in persona Ioānis, qui decessit sine liberis, & sic vltimi de dicta linea. Tacuerūt etiā, quod in successione dñij & status Mōtisfer. tam ipso, quàm tēpore dominorū Palleologorū ita semper fuit

fuit obseruatū,& antiquissima extitit cōsuetudo,quòd semper primogenitus masculus in eo statu successit, exclusis semper fœminis,&si essent in citeriori gradu. Tacuerunt postremò,quòd ipsi illustrissimi Dux & Ducissa Mantuæ nunquam fuerunt nec sunt de linea Alledrami, prout est ipse illustrissimus dominus Marchio Salutiarū,de quibus omnibus & singulis si Cæsarea Maiestas pro veritate & ad plenū fuisset instructa, proculdubio talē inuestiturā non concessisset; nec est ita de sua maiestate præsumendū,quòd ipse,qui est fons iustitiæ,& à quo nascuntur iura.l.meminerint.C.vnde vi.vellet inuestire eum,qui nullum ius habet in præiudiciū eius qui ius & iustitiā fouet,tollendo sibi ius suū. Et ideo si tales importunè petentes exprimerent de iure & incōmodo tertij,proculdubiò nō obtinerent,vt pulchrè inquit Lucas de Penna, in l.prædia.C.de loca.prædi.ciui.lib.xij. colū. pen.versic.hæc maximè locum habent. quia princeps non vellet vnū altare discooperire pro cooperiendo aliud.c. denique.xiiij. q.v.l. assiduis.§.exceptis.C.qui pot.in pig.habeantur.pulchrè in titu.de pace Constan. col. xxj. versi.amplius.& quia secus faciendo cōtaminatur principis liberalitas & magnanimitas. l.si pignori.§.j.ff.de fur. & pulchre Cum.cōsi. xx.pro pleniori.col.ij. & antepen. Et ideo dicendū est,quòd ratione circūuentionis & surreptionis talis inuestitura & cōcessio non processerit de voluntate Cæsaris,ex quo est con-

124 tra ius, † & voluntas hominis maximè principis,præsumitur esse talis qualis de iure esse debet,& sic conformis voluntati legis.l.si duo.vbi Bal.not.ff.de acquir. hæred. idē etiā dixit Bal.in l.ex facto. in princ. per illum tex. ff.de vulg.& pupil.subst.& idem Bald. in c.j. ij.col.in tit.apud quos controuer. inuest. ter. idem etiam dixit Vinc. Palleolog. in quodā suo consi. inserto inter consilia iiij.vol. consi. liiij.viso puncto.colum.penult.& Deci.consi. xxxiij.viso puncto.col. pen. & consi. xcvj. in casu.Et hoc maximè procedit in Impera-

125 re,†qui est fons iustitię & à quo omnes iustitiæ administrationes sicut & iurisdictiones fluūt & refluūt,sicut flumina à mari & ad mare.Bal.in c.ad hęc.in tit.de pace Constā.& de cuius integritate & bona volūtate præsumēdū est,quę apex tantę dignitatis attollit.c.nō vos.iij.distinct.est enim minister Dei.c. licèt.

126 de foro competen.†& Dei similitudinem in terris gerit, ita Lucas de Penna in tractatu, de fisco.char. vj. versic.cxxxvj. & duobus se-

127 quentibus,vbi etiā dicit,†quòd apud Romanos Imperatores vocabantur diui, allegat beatū Thomā in libro de regimine principum,in lib.iij.cap.ij.& meritò quidē,quia est totus Philosophiæ plenus, vt inquit Ias. in l. cùm Syllamanū.in fin.C.de his quib. vt indi. estque etiam prudentissimus circa arma & leges,vt inquit tex.in procem.Insti.in principio,& in l.vnū.§.fin.de leg.ij. est quoque etiā pater legum. §. indubitatum . in Authen. de nupt. hinc est, quòd sub præcepto, Diliges Dominum Deum tuum, continetur Imperator,pro quo etiam orat Ecclesia,quia quicquid facit,dicitur tanquam Deus facere.Bar. in extrauagan.ad reprimen. in verbo,Titius. & paria sunt iurare per Deum & iurare per Imperatorem.l.si quis maior.C. de trāsactio. & ibi Parpal.not. bene facit glo. j. in rubrica

128 Authenticorum,quæ dixit,†quòd Imperator est Vicarius Dei sicut Papa, propterea dicit Panormitanus in cap.j. in primo notabili, vt ecclesia.benef.quòd Papa non potest disponere;quod Deus non disponeret, ergo nec Imperator. Propterea sicut Deus nulli aufert sed cōseruat & tribuit ius suum, ita quoque Papa & Imperator id facere debent, & facere præsumuntur.Nec ab re, quia Imperialis dignitas antiquitus cum ipso humano iure est prodita.l.ex hoc iure. ff. de iustitia & iure.& l.j.ff.de acquirendo rerum dominio. Propterea nō immeritò appellatur Serenissimus;per ea quæ voluit in cap.cū venissent. de eo qui mitt.in possessio.& in tertio volumine consiliorum,consilio cclxxvij. pridiè consului ad finem.ex quo concluditur, quòd cū talis concessio sit contra ius, & in ea Cæsar fuerit circumuentus, propter subreptionē, quòd ibi non affuerit verus Imperatoris consensus nec voluntas, quia si præmissa sciuis-

129 set,ita non voluisset nec fecisset,& sic,†quòd ratione deficientis voluntatis & consensus concessio & inuestitura dicatur nulla, cū voluntas & consensus dicantur esse substantia omniū actuū humanorū,sine quibus omnis actus est indifferēs nullo iure munitus,vt pulchre inquit Bal.in suo tract.schismat.vj. colū. allegat tex.in l.obligationū substātia.& in l. obligationum forma. & in l.consensus.ff.de act.& oblig.bene facit tex.celebris in l. cū te. C.de donationibus ante nuptias. vbi dicitur, quòd voluntas & iuris authoritas perficiunt actus humanos. Sed posito citra veri præiudicium & non concesso, quòd Imperator de præmissis omnibus notitiam & scien-

scientiā habuisset, omnisque circūuētio cessasset, & quòd ipsis non obstantibus ita omnino facere decreuisset, dico, q cùm debita supportatione & reuerentia Maiestatis suæ, ita de iure facere non potuisset, & sic nō obstaret isto casu defectus voluntatis, obstaret defectus potestatis, loquēdo semper & intelligendo de potestate ordinaria, de qua puto Alex. loquutū fuisse in præfatione sui cōsilij ccxvj. nec arguendi sumus. in ij. volu. quia de suprema & altissima serenissim. Imperatoris potestate loqui nō intendo, esset enim instar sacrilegij. l. sacrilegij. C. de sacrileg. imò si de ipsius suprema altitudine ingenioli mei vires considerare possent, & augere & extollere vellē illā, vt vnicuique vero suæ sublimitatis subdito cōuenit, nā (vt iam supra dictum fuit) quādo Otto primus huius nominis Imperator fecit illā concessionē & confirmationem ac inuestitutam Alledramo, illam fecit pro se & hæredibus suis, ac vtriusque sexus familijs, vt apparet ex tenore dictæ concessionis & inuestituræ, in qua sicut dicta verba & geminata & repetita sæpius, & quæ verba de iure recipiūt istū sensum, quia qn dicitur, de hæredibus, debent intelligi de masculis. Ita ēt quòd sufficiat quē esse hæredem primi acquisitoris; & quando dicitur, ac vtriusq; sexus familijs, debet intelligi vt dicantur vocatæ fœminæ nō adęquatiuè cū ipsis masculis, sed q veniāt ordine successiuo deficientibus masculis, vt supra satis abunde fuit cōprobatum, ideo nō repeto. Propterea cum de linea Alledrami nullus superfit masculus nisi illustriss. dominus Marchio Saluciarum modernus, sequitur, q vigore dictę concessionis & inuestiturę factæ per Ottonē Alledramo, & ex eo contractu ipse dñs Marchio debet ad-

130 mitti, † q̄a pacta & cōuētiones sunt obseruādę. in c. j. de pact. l. j. & l. iurisgentiū. §. prætor ait. ff. eo. & dixit Bald. in rub. de consti. in primis verbis, q illa cōstitutio, pacta seruabo, ab ore Dei pcessit, vt hr̄ Prouerbio. c. v. fili si spopondisti, illaqueatus es verbo oris tui. Et di-

131 xit Bal. in d. l. j. ff. de pact. † q etiam Deus ligatur ex pacto, sequitur Alex. iiij. volu. consiliorū, consi. lxij. viso puncto. colum. pen. & dixit Corn. in repet. l. si pascēda pecora. C. de pact. ij. quęstio. principali, quòd forus fori, & forus poli concordant in hoc, quòd pacta seruentur, quia Deus hoc vult, quia non seruans pacta frangit fidem, & mētitur, quod est graue non solum apud ius ciuile, sed apud Deum, multa de fide seruanda ponit Cæpola in suo tract. de Imp. mil. deleg. char. xiij. ideo Aristo. ad Alex. scribebat, vt refert Bald. in d. l. j. ff. de pact. in prin. ò Alexander serua fidē datā & fœdera conuentionis, alias malus finis sequetur. Refert Curt. consilio lxviij. dominus Ioānes. j. col. in princ. & dicebat Lancellotus Decius preceptor meus in l. non amplius. §. j. ad fi. ff. de leg. j. quòd si Deus posset cōtrahere, obligaretur ex contractu, & ideo debet quis verecūdari recusare id quod ex pacto etiam nudo promisit l. Quintus Mutius. vbi Bart. ff. mandati. sequitur Iasin l. si pœnam. ff. de ver. oblig. & dicit Bald. in iij. volumi. consiliorum, consi. cccxxvj. pactum. quòd nulla est maior iustitia, quàm illa quæ oritur ex pacto & contractu.

132 Est ergo conclusio, † quòd princeps obligatur ex pacto & contractu sicut priuatus. c. j. de probat. vbi Panor. Felin. & Moder. omnes, & c. j. in tit. de nat. feu. in vsib. feudorum. quia licèt Deus submiserit leges principibus, non tamen submisit pacta & contractus, ita dicunt Bar. Bal. & alij in l. digna vox. C. de legibus. & licèt sit solutus legibus, non est solutus à lege diuina vel naturali, sub qua sunt actus sui. clementina, pastoralis. de re iu-

133 dicata. † Princeps enim est animal rationale & mortale, ideo nulla lex, nullus Senatus potest eū absoluere à lege naturæ, vel à dictamine rectę rationis, vel legis æternę, quia licèt sit dominus legum, non tamen est dominus morum. Ita Baldus in repetitione legis, si aquam. C. de seruitutibus & de aqua. Bene facit quod consuluit Decius consilio xlviij. colum. iij. & quod etiam dixit in cap. j. de constitutionibus. vuj. colum. & in cap. j. de probationibus. post Paulū de castro in l. digna vox, C. de legibus. supra allegata, quòd princeps contractui suo pręiudicare non potest, etiā de plenitudine potestatis. Et Andreas Siculus secundo volumine consiliorum, consilio xx. pręclarè. columna quinta, dixit, quòd insolitum & inauditum est, quòd princeps veniat contra conuentiones, & non obseruet pacta, quia licèt sit solutus legibus, tamen legibus viuere debet & vult. §. finali. vbi Angelus, Institutio. quibus modis testamenta infirmentur. Et dicebat Cato, quòd ipsę etiam leges cupiunt, vt iure regantur, & nisi ita esset, principes essent deterioris conditionis, quam alij, quia nullus reperiretur qui vellet secum contrahere; quod nō est dicendum, quia sic diceretur omnium exul, qui factus est omnium pręsul, secundū Baldum in pręludijs feudorum. versiculo, nunc aliqua

aliqua ſed pauca de principe dicamus. & ĩ l.
134 princeps. ff. de leg. † quinimo in omnibus
contractibus initis cum principe plus exula
ret fides, quàm in alijs contractibus inter pri
uatos, & ideo dicuntur omnes bonę fidei, ſe
cundùm Bald. in §. ſi qua verò. in tit. de pace
Cõſtantiæ. quem ſequuntur Præpo. in c. j. in
tit. de nat. ſeu. & Iaſ. in §. actionum. j. col. Inſti.
de actio. in l. ſi inſulam. x. col. ff. de verb. obli.
& in l. ciuitas. iiij. col. verſi. itẽ ſi adde. ff. ſi cert.
135 peta. Nec mirum, † quia nihil eſt, quod cla-
riore lumine fulgeat in principe, quàm recta
fides; epiſtola, inter claras. C. de ſumm. Trin.
& fide catho. poſt principium. pulchrè Bald.
ij. vol. cõſiliorum, conſi. cxc. Bene facit quod
voluit Barto. in l. omnes populi. in iiij. q. ij. q.
136 principalis. de iuſt. & iur. dum vult, † ꝙ licèt
immunitas conceſſa alicui ſubdito per priui
legium poſſit ex cauſa reuocari, non tamen
poteſt reuocari quando eſt conceſſa per con
tractum vel quaſi contractum, quia tunc
debet obſeruari, quod dictũ ſequuntur Mo-
der. maximè d. Baptiſta de ſancto Seuerino,
& d. Thomas Parpal. idem etiam tenuerunt
Petr. de Ancha. in repetitio. c. Canonum ſta-
tuta de conſti. li. x. col. iiij. q. principali. & Iaſ.
in l. ciuitas in prin. tertiæ col. ff. ſi certum pet.
idem etiam tenuerunt Card. in pręallegato
c. j. vbi Decius. de probat. j. col. & in c. nouit.
ix. & x. col. de iud. idem voluit Bart. in l. quod
ſemel. ad fi. ff. decre. ab ord. fac. & in l. ij. ad fi.
ff. de iure immu. & in alijs locis ibidem rela-
tis per Alex. in apoſtil. Et ſi dicatur, quòd
præmiſſa procederent, quando Modernus
Imperator, qui talem conceſſionem & inue
ſtituram fecit, ita promiſiſſet: ſed ipſe nõ fuit
is qui ea promiſerit, & fecerit, de quibus in il
la conceſſione & inueſtitura facta per Otto-
nem; ſed fuit ipſe Otto qui ea promiſit & cõ
137 ceſſit, de quibus ibi. † Quia reſpondetur,
quòd ex quo ipſe Modernus Imperator ſuc
ceſſit in Imperio eidem Ottoni, tenetur ob-
ſeruare conceſſionem ipſius Ottonis, & per
eum ibidem promiſſa, ſecundũ Bal. in c. j. in
tit. de nat. ſeu. vbi etiam Præpoſi. idem tenuit
Ioan. de Ana. in c. fin. vj. col. ne præla. vic. ſuas
& Lud. Com. pulchrè conſi. lij. in q. vbi dicit,
quòd ſucceſſor tenetur obſeruare promiſſio
nem ſui anteceſſoris de non ædificando for
talicia, & in conſil. cxvj. idem etiam latè te-
nuerũt Fel. in dicto cap. j. de probationibus.
colum. i. & Iaſ. in l. ſi reus. colum. iij. ff. de pac.
idem etiam tenuerunt Curtius Senior in cõ
ſilio xlix. memoriæ recolendæ Ducis Me-
diolani tertius. columna lxxiiij. & dominus
præceptor meus de ſancto Georgio in ſua
inueſtitura feudorum, in principio. ij. colũ.
verſiculo, ſed an princeps. idẽ tenuit Cur-
tius Iunior in ſuis conſilijs feudorum, conſi-
lio j. xiij. columna. idem etiam tenuit Marti-
nus de Laud. in tractatu, de principibus. ver-
ſiculo cxxvij. contractus. & Bertachinus in
tractatu, de Epiſcopo. in quarta parte quæ-
ſtione liiij. verſiculo, quid de Rege ſucceſſo-
re. & Baldus tertio volumine conſiliorum,
conſilio ccxlj. caſus conſilij talis eſt. idem te-
nuit Decius in pręallegato capitulo j. de pro
bationibus. iiij. columna. Non obſtat, quòd
ipſa infeudatio & inueſtitura facta fuerit de
plenitudine poteſtatis ipſius Cæſaris: quia
reſpondetur multipliciter. Et primò, quòd
ea facilitate, qua fuit facta talis inueſtitura,
tali facilitate fuit appoſita dicta clauſula, vnà
cum alijs, de quibus ibi, & ita in ſimili & in
terminis reſpõdet Martinus de Laude, & l.
quoties. C. de precibus Imperatori offerẽd.
Secũdò reſpõdetur, ꝙ ex quo Imperator
poſt dictam inueſtituram conceſſam cõmi-
ſit cauſam certis iudicibus. vt videatur & co
gnoſcatur, ac inde ſuæ Maieſtati de iure re-
ferri debeat, vt apparet ex tenore talis cõ-
miſſionis, quæ in actis eſt inſerta, quòd per
talẽ commiſſionẽ & aliud reſcriptũ videtur
ſublata talis clauſula, ita tenuerunt Decius
in capit. quia quæſitum. ij. notabili, de offic.
deleg. & in conſil. cxcviij. col. fina. & Curtius
cõſilio xlix. memoriæ recolendæ. iam ſępius
allegato. pen. col. & Iaſ in l. iuſtitia. ff. de iuſt.
& iure. & in l. cauſas. C. de tranſac. idẽ tenuit
Fel. in c. Canonum ſtatuta. xv. col. de conſti.
vbi poſt Bal. ibi dicit, quod etiam ſi lata ſen-
tentia, quæ tranſiuit in rem iudicatam, prin-
ceps dicat; Audiat talis, & iuſtitiã faciat; vi-
detur derogaſſe tali ſententiæ, idem voluit
Andr. Sic. in capit. ij. penul. col. de officio leg.
Bene etiã facit quod in propoſito dicit Feli.
in c. nonnulli. xxxviij. col. de reſcri. vbi dixit,
quod ſi quis narrauit in ſupplicatione de ali
quo priuilegio parus, & Papa cõmittat, ꝙ iu
ſtitiã faciat abſq; alia derogatione, cenſetur
derogatũ tali priuilegio, facit etiã quod dixit
Dec. in c. ex ratione. vlt. notab. de appellat. ꝙ
138 † quando Imperator cõmittit, ꝙ fiat iuſtitia,
duo includũtur: Primò, ꝙ tribuatur vnicuiq;
quod ſuũ eſt. Secũdò, ꝙ ordo iuris ſeruetur.
Tertiò reſpondetur, quòd talis clauſula,
nõ operatur quando inſertur præiudiciũ ter
139 tio, vt in caſu iſto; † qa plenitudo poteſtatis
non

nõ extenditur ad aliquod iniquum. Ita Cur. consi.lxxvij. col.xxix. in fi. & non debet exerceri nisi cũ magna causa, vt dixit Ias. in l. Barbarius Philippus. vij. col. ff. de off. præt. & sequitur Ioã. de Selua in tract. de beneficio. in j. q. secundæ partis. col. vj. & tribus sequen. dum loquitur de Papa. Ideo dicebat Inno. in cap. quãto. de iureiur. quòd quando Papa vtitur plenitudine potestatis, debet præmittere clauem discretionis, & principes rarò vti deberent tali clausula; secundùm Bal. in l. j. §. cùm autem. C. de cadu. tollen. & in l. ij. C. de com. re. alie. Et quando ea vtuntur sine causa, dicuntur vti plenitudine nõ potestatis sed tẽpestatis, vt dicebat Ioannes de Selua in loco præallegato. Idem dixit Soc. in consilijs Bononiensibus, consil. cxx. memini. col. penult. Et dicunt Moderni in l. rescripta. C. de preci.

140 Imperat. offeren. † quòd plenitudo potestatis intelligitur concessa Papę, dummodo nõ faciat aliquid iniquum, allegant Bal. in cap. quanto. de iureiur. in c. cũ omnes in princ. de constit. & princeps vtendo plenitudine potestatis vltra debitum peccat mortaliter, secundùm Paul. de Cast. secundo volumine consiliorum, cõsi. xxvj. super primo videtur dicendum. aliàs consi. xxxiiij. & pari modo responderi potest ad alias clausulas, †. videlicet, mo-

141 tu proprio, & ex certa scientia, vel aliter secundum Soc. consi. clxiij. visa bulla. quòd illæ clausulæ non operantur, nisi quando princeps processit parte citata cum causæ cognitione; secundùm Innoc. in c. j. de transact. Itẽ, non operãtur nisi in his de quibus præsumitur principẽ habuisse notitiam, prout de his quæ consistunt in iure, secus de his quæ consistunt in facto, vt conuentiones, pacta, priuilegia & confirmationes, secundùm Bar. in l. fin. C. senten. rescin. non posse. Item ipse respondet, quòd sicut principalis cõcessio censetur facta sub illa clausula seu conditione, si preces veritate nitantur, ita quoque sub tali clausula seu conditione appositæ censentur aliç clausulæ adiacentes & appositæ, & quòd in omnem euentum non potuerit Cæsar infeudare illustrissimos dominos Ducẽ & Ducissam Mantuæ agnatis non cõsentientibus, est text. valde notabilis in c. j. in tit. de aliẹ. feu. pater. vbi hoc notãt Bal. & Aluar. & sequitur Alex. quinto volumine consiliorum; cõsil. x. ij. colum. & ita etiam ex his remanet expeditus nonus & penultimus articulus.

Postremò itaque & vltimo loco videndũ superest de decimo principali articulo, An, scilicet ipse illustrissimus. dominus Franciscus Marchio Saluciarum de dicto Marchionatu Montisferrati sit inuestiendus, & per Cæsarem ad fidelitatis præstationem (reiectis omnibus alijs cõpetitoribus) admittendus. Et quia ex præmissis in facto & de iure, verissimis clarissimè, affirmatiuè resultat quæsiti responsio; ideo indubitanter dico, &, sic, & si aliter faceret Cæsarea maiestatis cũ debita supportatione & reuerentia, eidẽ domino Marchioni faceret iniuriam, secundũ l. j. §. permittitur. ff. de aqua quot. & æsti. quod non est dicendum. l. meminerint. C. vnde vi. stantibus enim præmissis in facto veris ex quibus ius oriri nõ est dubium. l. si ex plagis. §. in Cliuo. ff. ad legem Aquil. l. vt responsum. C. de transa. & l. precibus. C. de impu. & alijs

142 substit. cum alijs similibus, videlicet, † quòd Alledramus de Saxonia fuerit inuestitus ab Ottone de Marchionatu Mõtisferrati seu in eo cõfirmatus, & quòd ipse Alledramus ita & eo modo dictum Marchionatũ tenuerit & possederit; & quòd ipse illustrissimus dominus Franciscus Modernus Marchio Saluciarum fuerit & sit de dicta linea Alledrami, mediante persona Theres alterius filij ipsius

143 Alledrami, nemini dubiũ, † quòd cùm linea dominorum Mõtisferrati & Saluciarum habuerit eandem descendentiam ab vno principio dicti Alledrami deficiẽte linea descendentium in dicto Marchionatu Montisferrati, quę defecit in persona Ioannis vltimi Marchionis de dicta linea; & qui descendit ex dicto Alledramo mediante persona Gulielmi filij dicti Alledrami & fratris dicti Theres & alterius filij ipsius Alledrami, non cœperit esse locus successioni transuersalium, & sic quominus ratione dictę successionis, & ex vigore dictæ primæ inuestituræ Manfredus Marchio Saluciarum, qui eo tempore reperiebatur primus transuersalis & collateralis de dicta linea, familia & agnatione Alledrami succedere non deberet in dicto Marchionatu Montisferrati, & quominus etiam Modernus Marchio eodẽ iure succedere nõ debeat, & maximè cùm, vt supra dictum fuit, vigore dictæ primæ inuestituræ omnes veniebãt & veniunt ex propria persona ex prouidentia & contractu dicti Alledrami primi acquisitoris, & non ex aliquo iure transmisso, etiam si esset in centesimo vel millesimo gradu, prout tamen non excedat decimumtertium vel decimumquartũ gradum, ex quo de persona dicti Alledrami primi

primi acquisitoris ipsum feudū immediatè non transiuit ad collaterales, sed ad descendentes, per iura supra in sexto articulo allegata, in quibus fit differentia, an feudum immediatè defuncto primo acquisitore trāseat ad agnatos & collaterales, vt tunc successio eorum non excedat septimum gradum. An verò transeat de persona primi acquisitoris saltem semel ad descendentes. Quia etiā si postea transiret ad collaterales, eo casu dicti collaterales succedunt vsque ad centesimū & millesimum gradum, per iura ibidem allegata, quæ propterea non repeto. Et est ratio, quia tali casu etiam si feudum per mille manus ambularet semper vltimus dicitur successor primi, à quo habuit radicem. cap.j. an agn. vel filius. Et bene facit l. Titius. ff. de seru.
144 export. Dicimus enim, † quòd à primordio tituli, posterior formatur euentus. l.j. C. de impo. lucr. descripr. lib.x. Et ex generali iure feudorum successio feudi nisi in stipite fundari potest, vt latè declarat Angel. in suo consil. 100. sanctissima & illustriss. Regina. iiij. & penultima col. Radix enim Alledrami portat huiusmodi feudum ad præfatū illustrissimum dominū Marchionem de posteris suis velut ad palmitem propriū, & sicut fons ad riuulos, arg. l. pronūtiatio. §. item appellatur. ibi, quasi à fonte quodam. ff. de verb. signific. & in simili tradit Angel. in consil. 100. iij. col. Quod autē ipse illustrissimus dominus Marchio dicatur de agnatis, & de illa linea Alledrami satis dictū fuit & conclusum in primo articulo. Et declarat Iacob. de Ardiz. in summa sua feu. sub rubr. de success. feu. x. col. vbi
145 dicit, † quòd agnati dicūtur quasi ex vno nati, quia commune nascendi habuerunt initiū. Non obstat si dicatur interruptam fuisse dictam lineam descendentem ex dicto Alledramo primo Marchione per aliam lineam Palleologorum, quæ in dictum Marchionatum per mortem dicti Ioannis ex dicta linea Alledrami quæ defecit sine liberis, intrauit, & vsque ad hæc tempora detinuit. Quia nō est curandum quo tramite feudum progres-
146 sum fuerit, † sed attendere debemus originem & principiū quæ in vna quaque re sunt inspicienda. l.j. ff. de orig. iur. bene facit text. in l.j. ff. de verborum signific. & in istis terminis not. Bal. per illum text. in cap.j. in titu. de eo qui sibi & hæred. suis. & idem Bal. in cap.j. etiam per illum tex. §. si verò. circa fin. de success. fra. & idem Bald. in cap.j. de grad. success. in feu. dicit, quòd successor in feudo semper respicit suū stipitem, refert & sequitur Curtius Senior in iam sæpius allegato consi. xlix. Memoriæ recolendæ. col. ix. vnde cùm linea Palleologa nullum ius haberet ad succedendum descendentibus à dicto Alledramo nō potuit per suos actus maximè violentos, præiudicare Marchioni Salutiarum. Nec refert, quòd ipsi Palleologi habuerunt inuestituras. Quia, vt supra etiam dictum fuit, tales inuestituræ fieri non potuerunt, nec factæ suffragantur in præiudicium veri domini, vt consuluit consilium Bononiense, supra allegatū & redactum in consilijs Curtij, & per multa etiam comprobar Andr. Siculus. iiij. vol. consilio. lv. prima & secunda col. Et Alexan. iiij. vol. consiliorum, consil. iij. sequitur Felyn. in cap. postulasti. penult. col. de re-
147 scrip. & maximè hoc procedit, † quòd fuerunt facta violentis possessoribus, vt supra fuit etiam dictum & allegatum per l. authoritate. C. vnde vi. Non etiam potuerunt Imperatores priuare Marchiones Salutiarum iure dicti feudi sine causa, vt etiam abundè satis supra fuit dictum in proximè præcedenti articulo. Et per ea quæ habētur in cap.j. in titu. de feu. sine culpa non amitt. Et ideò dici
148 mus, † quòd principium priuilegia seu beneficia ius alienum non exhauriunt. l. quoties. C. de preci. Imper. off. l. cùm filius. ff. de test. milit. l.j. §. meritò. & §. si quis à principe. ff. ne quid i loco pub. l. si cùm ab hærede. ff. ad Trebel. & l. nec auus. C. de emācip. lib. cap.j. xxij. quæst. ij. c. super eo. de offic. deleg. & cap. licèt. de offi. ordi. Et maximè quando ius alienum erat eis incognitū. arg. l. cùm dominus. in princip. ff. de pecul. leg. & l. si quis ita dederit. §. si quis liberis. ff. de test. tut. & l. sicut certi. C. de test. mil. Ideò signāter quādo Imperator Henricus concessit primam inuestituram Theodoro Palleologo intranti vi & de facto in dictū Marchionatum, de dicto Marchionatu, & ad quam omnes aliæ subsequētes inuestituræ debent referri, apposuit in ea clausulā saluo iure cuiuslibet tertij tā ecclesiastici quàm secularis, quæ verba sunt præseruatiua iuris alteri competētis. l. idem fiet, circa principiū, ibi, sine vllo litis præiudicio. ff. de test. rutel. l. penult. ff. de aqua quotid. & æsti. l. iij. §. penult. ff. de liber. exhib. & l. si debitor. §. si in venditione. ff. quib. mo. pign. vel hypo. sol. cap. quia diligentia. de elect. & cap. cùm lege. lxiij. distinct. Nec obstat præterea si dicatur, quòd imò detētio Palleologorum fuit, & sic dici possit vera, ciuilis & naturalis

possessio, & quòd Imperatores pro tempori bus existentes concedendo eisdem dominis Palleologis pro temporibus existentibus in uestituras de dicto Marchionatu rectè fecerunt & facere potuerunt, ac fecisse dicuntur sine alterius iniuria, attenta dispositione testamētaria Ioānis vltimi Marchionis Montisferrati de linea Alledrami, qui decessit sine liberis, & qui in dicto Marchionatu & omnibus bonis suis in euentū & casum quo nulli filij seu filiæ nascerentur ex illustrissima domina Margarita vxore sua sibi hæredes vniuersales instituit Violantā sororem suam Imperatricem Græcorum & filios eius quod vtique facere potuit non obstante feudali dispositione, de qua in cap.j.§.donare.in tit.qualiter olim feu.pot.alie.&in cap. vnico. in tit.de nat.succ.feu. ex quo Alledramo primo acquisitori & suis hæredibus facta fuit concessio seu confirmatio dicti Marchionatus Montisferrati & alijs de quibus ibi, cum facultate & potestate tenendi, vendendi, cōmutandi & alienandi pro anima iudicandi, & quicquid eorum decreuerit animus faciēdi omnium hominum contradictione remota, quod quidem facere potuit, vt habetur in cap.feudum ea lege.in tit.si de feu.fue.contr. inter dn̄m & agnat. & clarius in c.si q̄s ea lege.in ti. de feu.nō hab.propriā naturam feu. & per Odofre.in summa sua, de feu.in §.si verò datum fuerit. ad idem est tex. in cap.j. vbi Bald.& Doct.in tit.de feu. non haben. prop. nat.feu.supra allegato.& habetur in cap. quę in ecclesiarum.de constit. Et propterea dixit Specul.in tit.de feu.in §. quoniam super homagijs.versi.xxvj. quòd in feudis non porest dari certa regula propter diuersa pacta, quæ in concessione apponuntur, & sic seruanda est forma & seruanda sunt pacta, quæ in tali concessione apponuntur, sicut & in alijs con tractibus.l.j.§.si conueniat.ff.deposi. Quia respondetur multipliciter, quòd non obstante tali concessione facultatis factæ ipsi Alledramo & hęredibus suis, in dicta inuestitura, tenendi, vendendi, commutandi & alienandi, & alia faciendi de dictis bonis de quibus ibi, ipse tamen Ioannes in dicto suo testamento, ita & eo modo de dicto Marchionatu disponere & instituere seu substituere non potuit, substituendo in defectum filiorū posthumorum suorum dictam Violantam sororē suā & eius filios, & est ratio, quia cum dictus Marchionatus Montisferrati sit feudum dignitatis Regiæ, antiquum, auitum & paternum, in quo ac eius successione, tam ex iure scripto & feudorū consuetudine, quàm non scripto, & tanti temporis, cuius initij memoria non est in contrarium, si fiat computatio temporis à die dictę concessionis primæ inuestituræ, quę fuit anno nongentesimo lxvij. vsque ad mortem dicti Ioannis & eius testamentum quod fuit de anno millesimo tricentesimo quinto, semper fuit seruatum ius primogenituræ in masculis, exclusis semper fœminis, vt satis supra abundè fuit dictum in ij. iij. iiij. & v. articulis. propterea non repeto.

149 † dicta dispositio testamētaria fuit & est expressè contra ius & iuris dispositionē, quod facere non potuit.l. nemo potest.ff.de lega.j. Et in tribus. Primò inquātū in tali feudo dignitatis regiæ fuit instituta fœmina, quæ regulariter in feudo, maximè tali, succedere nō
150 potest, vt supra dictum fuit in v.articulo.† Et sic permissio ista alienandi non trahitur ad fœminas, quę sunt incapaces & inhabiles, maximè in hoc feudo Marchiæ & in hac magna dignitate, vt per Bal.in c.j.§.donare.ij.col.ver. sed dubitatur.in ti.qualiter olim feu.pot.alie. idem tenuit Ias.in prælud.feu.xvij.col. versic. limitatè.& Dec.j.vol.consiliorū, consi. cxciij. & pro tenui.col.penul.versi. non obstat fundamentum supra factum. Secundo inquātum plures hæredes etiā copulatiuè fuerunt vocati ibi, & filios eius.l.si pluribus. ff.de leg. j.l.nemo.in princ.ff.de leg.ij.l.re coniuncti.ff. de leg.iij.& l.vnica.§.is ita cum sequentibus. & in §.vbi autem.& sequen.C.de caduc. tollen.quod est absurdum in tali dignitate, quia vt dicebat Aristo.& refert Baldus in l.j. C.de sacrosanctis ecclesijs. entia nolunt malè di-
151 sponi, † pluralitas principū mala, vnus ergo princeps. Tertiò, quia institutio plurium
152 hæredum inducit diuisionem, † quę in talibus magnis dignitatibus Ducatus, Marchionatus & Comitatus est reprobata, vt est expressum in cap.Imperialem.§.præterea Ducatus.in titulo, de prohi.feu. alie. per Feder. & est ratio, ne paulatim tales dignitates per plures pro temporibus diuisiones ad nihilū redigantur. Et sic per diuisionē minurim diuiso obsequio dominus debito seruitio fraudetur. Bene facit l.planè.ff. familiæ erciscundæ.& l.solent.in principio. ff.de alimentis & cibarijs legatis.& tex.in l.Carmelia Pia. quæ est finalis tituli.ff.de iure patro. & est expressum in d.§.prærerea Ducatus. Propterea est præsumendum quòd dans in feudum cogitat non solùm de persona eius, cui dat; sed etiam

etiam de genere & posteris eligens eos sibi in obsequio,arg.l.si unus.in princip.ff. de alimen.& cib.leg.Et est expressum in dicto capitulo vnico.in titu.de nat.success.feud.in capitulo primo.§.donare. in titu. qualiter olim
153 feud.pot.aliena. Et propterea dicimus, † quod in talibus feudorum dignitatibus ius primogenituræ locum habet, de quo habetur Genesis 25.& 29.capitulis, & ad Hebræos 12.capitulo & in cap.quasi periculosum.vij. quæst. j.& cap.licèt ubi Hostien. extra de voto. Ex
154 quibus apparet † quòd illud testamentũ fuit nullum tanquam contra ius & iuris dispositionem factum. Et si dicatur ergo illa potestas & facultas concessa vendendi, commutandi & alienandi pro anima iudicandi, & quicquid eorum decreuerit animus faciendi, erit superflua & nihil operabitur, contra capitulo si papa.de priuileg. libro vj. & l. si quandò. in princip.C. de inofficioso testamento.Bald.in rubr. de contrahen. emptio. in ix.quæst.Felin. in capitulo primo in verbo, priuilegium.de rescriptis. Respondetur, quòd non erit superflua imò operabitur;
155 † quia si non poterit uasallus disponere de dignitatibus Ducatus, Marchionatus, uel Comitatus, & earum titulis; poterit tamen disponere de eorum bonis particularibus puta,castris locis & alijs immobilibus & mobilibus ad ipsas dignitates pertinentibus, & maximè iurisdictionẽ non habẽtibus, iuxta notata per Bartol. in l. prohibere.§. planè.ff. quod vi aut clàm. diuidendo & alienando; quia talia sunt diuisibilia, & sic ea vigore dictæ concessionis & facultatis poterit alienare; quòd aliàs facere non potuisset ea totaliter abdicando,& nihil iuris directi in se retinendo; capitulo intellecto. de iureiurando. Et ita propriè loquitur text.in dicto §. præterea Ducatus.quia utitur istis verbis; Regnãt Ducatus,Marchionatus & Comitatus, quæ sunt nomina dignitatum.l.à procõsulis.C.de appel.bene facit text.in l.si quando.C. de comi.rei mil.libro xij.& in capitulo primo in titu.quis dicatur Dux, Marchio & Comes. in libello feud.& in capitulo fundamenta.§.pro inde vbi Ioan.de Ana. de elect. & ita in proprijs & his terminis nostris tenuit Albericus de Rosa.in suo dictionario in verbo, feudum.iiij.& v.col.versi. Item quæro pulchram & subtilem quæstionem. tenet etiam Oldra. consil.cclxxvij. perlectis sub rubrica,de consuetudine & de feu.& sic apparet, quòd hac ratione attenta non valuit testamentum dicti Ioannis. Quo igitur non obstante tunc Manfredus Marchio Salutiarum, qui erat de linea Alledrami veniebat & erat admittendus ad successionem dicti Marchionatus Montisferrati, tanquam proximior agnatus & de linea transuersali, & qui agnati isto casu venirent, & sunt admittendi, etiam si essent in millesimo gradu; vt iam sæpiùs suprà dictum & conclusum fuit. Secundò videtur, quòd posito citra ueri præiudicium, sed non concesso quòd præfatus Ioannes Marchio vigore dictæ primæ originalis inuestituræ ita disponere & testari potuisset; & consequenter prætextu talis dispositionis ita successio processerit in dicto Marchionatu Montisferrati, ex quo tamen linea Palleologorum masculina defecit per mortem illustrissimi domini Ioannis Giorgij nuper defuncti,qui decessit sine liberis legitimis & naturalibus,& illustrissima domina Ducissa Mãtuæ iam bis fuit à dicto dominio exclusa. Primò per quondam Bonifacium fratrem suũ; posteà per ipsum quondam Ioannem Georgium patruum suum. Quibus casibus fœmina etiam semel,& hic bis exclusa, semper intelligitur esse exclusa, dicere debemus quod ipse Marchionatus Montisferrati,& eius successio debet redire ad suam propriam naturam, & suam primam lineam à dicto Alle-
156 dramo descẽdentem. Dicimus enim † quòd res facilius redit ad suam propriam naturam quàm assumat extraneam. l. si vnus.§. pactus ne peteret. versicu. quid in specie.ff. de pactis. Bene facit quòd ad propositum decidit Innocen.in capitulo plerique. de immunit.ecclesiarum. & Butrig. & Imol. ĩ cap. quæ in ecclesiarum.de constit.quos refert & sequitur Socin. in primo volumine consiliorum, consi.clxiiij.col.iiij.vers. videmus etiam. vbi notabiliter & bene ad propositum dicit, quòd si princeps aliqua causa subsistente abstulit rem propriam vni,si demum cessat causa,cessat & dispositio, & res ablata debet restitui.Ita in casu isto,si vigore dicti testamenti Ioannis Imperator familiæ Palleologorũ voluit concedere dictum Marchionatum in damnum & iniuriam lineæ Alledrami & illorum de Saxonia,Certè finita ipsorum Palleologorum linea masculina,& stante exclusione ipsius fœminæ & illustrissimæ dominæ ducissæ Mantuæ successio dicti Marchionatus debet redire ad suam propriam originem & naturam, & eidem restitui:sufficit enim si in aliquibus amico consulatur.

l.tutor.C.de negotijs gestis. Non obstant pro complemento huius articuli nonnulla fundamenta, quæ ex aduerso in oppositum fieri videntur; ex quibus apparet dici posse, quòd etiam si illustrissimis dominis Marchionibus Salutiarum pro tempore præterito, & quoque illustrissimo domino Moderno Marchioni competierit ius in successione dicti Marchionatus Montisferrati, quòd tale tamen ius ipsi domini Marchiones remisisse videntur. & acquieuisse, ac consensisse, quòd illi domini Palleologi essent veri Marchiones; nedum tacitè, sed etiã expressè, quod probari videtur ex multis. Nam in primis defuncto iam sæpè dicto Ioanne Marchione Montisferrati vltimo de linea Alledrami sine liberis, apparet & constat, quòd Manfredus tunc Marchio Salutiarum agnoscendo testamentũ dicti Ioannis qui in eius testamento reliquerat ipsum Manfredũ gubernatorem status ac dominij Montisferrati, venit in ipsum dominium & statum Montisferrati, cuius gubernationẽ accepit & assumpsit. Apparet etiam, quòd paulò post mortem dicti Ioannis, & infra duos menses de consensu, authoritate & mandato ipsius Manfredi gubernatoris facta fuit adunatio & congregatio totius status & dominij Montisferrati, in qua interuenerunt vasalli & communitates dicti Marchionatus & dominij; & quòd ibidem accedente in omnibus beneplacito, & cõsensu, ac authoritate dicti Manfredi gubernatoris dictum & conclusum fuit, quòd deberent eligi aliqui ꝓbi viri de dominio qui mitterentur pro oratoribus & procuratoribus totius dominij Montisferrati ad insinuandum & notificandum Violantæ olim sorori dicti Ioannis, tunc Imperatrici Constantinopolitanæ de morte dicti Ioannis fratris sui, qui decesserat condito testamento; & quòd eam & filios suos in dicto Marchionatu Montisferrati ac omnibus bonis suis hæredes instituerat. Et quòd proptereà vellet venire vel mittere ad capiendum possessionem dicti Marchionatus Mõtisferrati, prout erat de voluntate totius dominij. Et hæc omnia facta fuerunt & processerunt de consensu, voluntate & authoritate ipsius Manfredi; quo casu sibi & suis successoribus videtur præiudicium fecisse & intulisse. Apparet quoque etiam sicut omnes Marchiones Salutiarum temporibus quibus illi de linea Alledrami tenebant Marchionatum Montisferrati recognoscebant dictos Marchiones Montisferrati de nonnullis castris, terris, oppidis & villis vltra Tanarũ; vt constat ex instrumentis dictarum recognitionum & inuestiturarum receptarum. Ita quoque defunctis ipsis omnibus Marchionibus Montisferrati de dicta linea Alledrami ipsi Marchiones Salutiarum perseuerarunt in dictis recognitionibus factis dominis Palleologis, postquàm ipsi intrarunt in dictum Marchionatum Montisferrati recognoscendo eos de dictis terris & locis tanquam Marchiones Montisferrati, & recipiendo ab eis tanquam talibus inuestituras de dictis terris & locis pro suis temporibus debitáque fidelitatis iuramenta præstando. Et sic cùm ex præmissis actibus non tantum tacite, sed etiam expressè visi fuerunt approbasse ipsos Palleologos pro Marchionibus, dicuntur sibijpsis & successoribus præiudicasse. Constat quoque etiam vltimo loco quòd illustrissimus dominus Franciscus Modernus Marchio Salutiarum quandoque post adeptam possessionem sui Marchionatus Salutiarum, sequendo vestigia prædecessorum suorum constituit procuratorem ad se præsentandum coram illustrissimo domino Ioanne Georgio Palleologo; qui se vltimo loco gessit pro Marchione Montisferrati, ad petendum inuestituram pro dictis terris. & locis vltra Tanarum, ac pro eis debitum iuramentum fidelitatis præstandum. Ex quibus tot & tantis actibus visi sunt ipsi illustrissimi domini Marchiones Salutiarum sibi ipsis admodùm præiudicasse in dicto eorum succedendi iure in dominio & Marchionatu Montisferrati. Quibus tamen non obstantibus firmiter & indubitanter inhæreo præfatæ conclusioni meæ, quæ licèt ex validis & solidis fundamentis, ac rationibus superius allegatis, sit & remaneat admodùm fundata; ipsius tamen veritas clarius resultabit, si ad ipsa singula suprà proximè in oppositum deducta, responsum dedero. Et ideo non obstat primum fundamentum suprà in oppositũ deductum, dum dixit, quòd Manfredus Marchio Salutiarum veniendo & intrando in dominium & Marchionatum Mõtisferrati defuncto Ioanne vltimo Marchione Montisferrati de linea Alledrami tanquam gubernator dicti Marchionatus recognoscendo testamentum dicti quondam Ioannis & successiuè tanquam gubernator consentiendo congregationi & adunationi factæ de

toto

toto ipso dominio, nec non conclusioni ibidem captæ de mittēdo oratores ad Violantam sororē dicti Ioannis pro insinuāda morte vt supra, & vt mitteret ad capiendum dominium & eius possessionem, vt supra expressum fuit. Quia respondeo, quòd tempore quo ipse Manfredus defuncto Ioanne vt supra venit & intrauit in dominium Montisferrati, ipse Mãfredus ignorabat ius suum & facultatem succedēdi iure suo proprio in dicto Dominio & Marchionatu Montisferrati, & talis ignorantia licèt non egeat probatione, ex quo de iure præsumitur, nisi probetur scientia, cap. præsumitur. de regulis iuris libro sexto. l. verius. ff. de probatio. & l. fin. ff. pro socio. bene facit tex. in cap. ab excommunicato. de rescript. Tamen ex multis verisimilibus coniecturis & vehementissimis præsumptionibus inducitur probatio ipsius allegatæ ignorantiæ. Et primò ratione diuturnitatis & antiquitas tēporis. Nam à tempore primæ inuestituræ concessæ per Ottonem Alledramo primo Marchioni Montisferrati vsque ad mortem dicti Ioannis lapsi sunt anni plus quàm trecenti triginta septē, si fiat tēporum computatio, quo casu sicut dicimus, quòd propter multitudinem negotiorum occurrentium inducitur obliuio & præsumitur ignorantia, cap. cùm olim. de re iudic.
157 † Ita etiam ex temporis longinquitate & diuturnitate, & maximè tanti temporis, cùm vita hominis regulariter non excedat tempus centū annorum. l. fin. C. de sacr. sanc. eccles. Et maximè ista procedunt in principe, vt refert & sequitur Alexand. sexto volumine consiliorum, consilio. cxij. copia literarum. ij. col. versi. accedit ad confirmationem prædictorum, præsumitur etiam ignorantia ex alio, quia non est verisimile, quòd si ipse Manfredus habuisset scientiam & notitiam de dicta inuestitura Alledrami, & quòd vigore dictæ inuestituræ potuisset ex persona sua propria & iure suo proprio succedere in dicto Marchionatu Mōtisferrati, quòd ipse voluisset agnoscendo voluntatem dicti Ioannis venire tanquā gubernator in dicto Marchionatu gerēdo & administrando nomine alieno, id quod poterat facere nomine suo proprio, & tanquam dominus in re sua propria, minusque etiam est verisimile, quòd si sciuisset & notitiā habuisset de tali suo iure, quòd cōsensisset tali congregationi & adunationi ad præmissum effectum, & maximè consentiendo vocationi factæ de alio ad capiendum possessionem dicti dominij, quòd de iure sibi & non illi nec alteri spectabat & pertinebat, cū nemo nec suum nec iura sua iactare præsumatur. l. cùm de indebito. ff. de probatio. Et sic cùm ista omnia ab omni iuris præsumptione & verisimilitudine sint penitus aliena, nō veniunt nec sunt admittenda. Quia vt dicebat Bald. in l. j. C. de seruis fugit.
158 allegando Arist. † Veri sermones debēt concordare cum rebus sensatis. Quia id quod distat à verisimili, est falsitatis imago, cap. quia verisimile. de præsump. cap. præterea. de testib. bene facit tex. in l. ob carmen. §. finali. ff. eodem de testib. refert & sequitur Alexand. sexto volum. consiliorum, consi. xlvij. ij. col. in princip. versic. tertia causa est. Et sic ex præmissis satis clarè & apertè cōstat ipsum Manfredum tempore præmissorum actuum à se gestorum non habuisse scientiam nec notitiam iurium suorum, sed fuisse in ignorantia
159 talis iuris, quo casu clarum est, † quòd tales actus per se gesti fuerunt & sunt ipso iure nulli, & nullius valoris tanquam facti sine vero & legitimo consensu, cùm ignorans non dicatur consentire, nec sibi præiudicare. l. mater decedens. ff. de inoffic. testamento. Quia nihil adeò contrarium est cōsensui, quàm error, qui imperitiam detegit. l. si quis per errorem. ff. de iurisdictione omnium iudic. & l. si procurator. ff. de acquirend. rerum dominio. Et ideò dicunt Bartol. & Doctor. in l. qui Romę. §. duo fratres. ff. de verborum oblig. quòd nemo intelligitur sibi præiudicare in iure quod ignorat sibi competere. bene facit tex. in materia feudali in cap. primo. §. si vasalli. vbi Iacobus Aluaro. in titulo. si de feudo fuerit controuersia. Quod autem sublato cōsensu qui per errorem summouetur, actus dicatur nullus, omnia iura volunt. l. cō sensu. & l. obligationum substantia. cum infinitis similibus. ff. de actio. & obligatio. Ideò dicebat Bald. in tractatu schismat. vj. colum.
160 † Quòd consensus est substantia omnium actuum humanorum. Et ideo vbi non est cōsensus, omnis actus est indifferens, & in l. j. C. de operis liberto. dicebat, quòd actus siue contractus carens consensu, dicitur carere anima & spiritu. Et quòd ipse Manfredus tēpore præmissorum à se gestorū non diceretur habuisse notitiam iuris sui, & propterea talia processerint sine vero consensu, apparet. Quia statim & vt primum habuit notitiam dicti sui iuris, cœpit tenere & possidere dictum Marchionatū nomine suo proprio,

ea faciendo & exercẽdo, quæ veri domini & Marchiones facere solebant in dicto Marchionatu, & se talem appellando, & pro tali appellari faciẽdo, fidelitates recipiendo, inuestituras concedendo, ac gratias & priuilegia suis subditis cõferendo, statuta & bonas consuetudines ac franchesias locorum confirmando, vt apparet ex publicis instrumentis & antiquis scripturis ac documentis, mouendoq; insuper litem pro defensione dicti Marchionatus, præparamentaque etiam faciendo pro defensione tam iudiciali, quàm extraiudiciali, & maximè fieri faciendo examen quamplurium testium ad æternam rei memoriam ad corroborandum ius suum in dicto Marchionatu, vt apparet ex actis & depositionibus ipsorum testium exhibitis. Ex quibus per eum gestis post superuentam sibi notitiam de iuribus suis competentibus in dicto Marchionatu apparet descisse consensum in alijs prioribus & antecedentibus per eum gestis propter ignorantiam, & ex sua voluntate subsequenti satis demonstratur qualis erat voluntas antecedens, si tunc eam de iuribus suis notitiã habuisset, quã
161 postea habuit, † cùm ex præsenti capiatur præsumptio de præterito. cap. cùm per bellicam. xxxiiij. quæst. ij. & not. glo. in cap. scribam. de præsumptio. tradit Corn. iij. volum. consiliorũ, consilio clxviij. in hac. v. col. vers. ideo ignorantes. propterea cũ de omnibus & singulis præmissis, videlicet ignorantia Manfredi & superuenientia iuris sui fuisset ad plenũ informatus, & instructus ille Theodorus Palleologus antequam applicuisset in dictum dominiũ Montisferrati, & quemadmodũ ipse Manfredus iure proprio cœperat tenere, & tenebat dictũ Marchionatũ, vt supra, non licuit sibi ita de facto & violenter ipsum Manfredũ de dicto Marchionatu eijcere, & eũ spoliare per vim ablatiuã possessione dicti Marchionatus suffultus fauore ac potentia & armis Andronici Imperatoris Constantinopolitani patris sui, & multorum Italiæ potentatuũ, & quàm maximè Ianuensium, cũ quibus amicitiam, confœderationẽ & affinitatem contraxit, ibidem matrimonium contrahendo, ad istum effectum, vt de facto priuaret & spoliaret ipsũ Manfredũ impotentẽ & debilẽ ad se defendendum, imò debebat supersedere & abstinere, quia bene sciebat vel saltẽ scire poterat & debebat, quòd nullũ sibi ius competebat in dicto Marchionatu, attentis tenore dictæ primæ inuestituræ & alijs superius allegatis, nec talis vocatio de eo facta habuit eum constituere in bona fide, vt præscribere
162 potuerit stante violentia præmissa, † quia iniustus titulus & authoritas iniusta nõ præbent iustã causam præscribendi & possidendi. Ex quibus infertur ad solutionẽ alterius motiui, videlicet de recognitionibus factis per alios dominos Marchiones Salutiarum post Manfredũ de dictis castris & terris ac locis à dictis dominis Palleologis, quos visi fuerunt recognouisse in Marchiones Montisferrati sicut anteà recognouerant alios, qui erant de linea Alledrami: quia quo ad recognitionẽ factã per Manfredũ respondetur, quòd illa sibi non præiudicauit, tãquã facta per expulsum & non spontè sed coactè. c. solicitè. & ibi Abb. Panor. de resti. spol. vbi
163 dicit, † non esse admittenda capitula nec testes super renuntiatione & iuramento factis per expulsum, quia non præsumitur iuri suo spontè renuntiasse, & ita consuluit Brunus in suis consilijs feudalibus, consi. lxxxiiij. super difficultate. ij. col. Quo verò ad recognitionẽ factã per alios post Manfredũ, respondetur, quòd etiã intelliguntur & de iure præsumuntur fecisse, quia durabat coactio & violentia vel saltem timor coactionis & violentiæ, & metus cogendi propter indebitã & perseuerantẽ detentionẽ ipsorũ Palleologorum, bene facit tex. in l. nouissimè. ff. quod
164 fal. tut. aut. vbi dicitur, † quòd paria sunt, quis cõpellitur, vel quòd verisimiliter timeat compelli, & maximè quando ipsi illustrissimi domini Marchiones Salutiarũ erãt impotentes ad resistendũ ipsis Palleologis potentioribus, & quorũ tyrãnides perseuerabãt, vt est doct. Barto. quã Moderni sequuntur in l. fin. penul. colum. ff. de cõdi. ob turpem causam. Et quia etiã ipsi domini Marchiones Salutiarũ sibi ipsis persuadebant melius esse aliquid possidere, quàm nihil, & ita hoc fecerunt, vt dici possent esse in aliquali possessione: sed posito citra veri præiudiciũ, quòd ex præmissis, ita vt supra per eos gestis aliquod prçiudicium sibiipsis intulissent, & intulisse dici possent, tale tamen præiudiciũ non obest nec potuit obesse nisi tantũ ipsis, non autem futuris successoribus Marchionibus Salutiarum & agnatis, & maximè illustrissimo domino Moderno Marchioni, qui vt iam sæpius dictũ fuit, ad dictum Marchionatum Montisferrati non venit ex aliquo iure transmisso, sed ex eius persona propria vigore

gore dictæ primæ inuestituræ. Sicut enim vasallus & agnatus delinquendo propter quod mereatur priuari feudo prætextu talis delicti non potest priuare agnatos eorũ iure dicti feudi, quando scilicet delictum nõ esset commissum in personam domini, nec feudũ amissum propter delictum vasalli vadit ad dominum, sed ad agnatos vt supra, in præcedentibus articulis sępius fuit dictum, & maximè in fine quarti articuli; ita quoque nec per tales actus, quamuis forte præiudiciales ipsis agentibus alijs agnatis præiudicium afferri potest; sed solùm ipsis gerentibus, cùm procedat argumentum de contractibus ad delicta. l. omnem. vbi glo. & Docto. ff. de iudi. Ad vltimum de mandato illustrissimi domini Moderni Marchionis ad capiendum talem inuestituram & recognitionem faciendam, quòd ex eo visus fuerit sibi præiudicasse: respondetur dupliciter. Et primò, quòd quando ipse illustrissimus dominus Marchio fecit tale mandatum, ignorabat tale ius sibi competere in dicto Marchionatu Montisferrati, & de dicta inuestitura Alledrami, prout iurauit de calumnia & veritate, ac malitia super tali ignorantia, & talis ignorantia probatur per iuramẽtum quod in actis fuit pręstitum. capitu. pastoralis. de exceptio. & cap. si verò. de senten. excommunica. notant glos. & Doctores in §. sed iste. versicu. aliæ. vbi Angel. & Ias. Institu. de actio. not. Bartol. quem Modern. sequuntur in l. Celsus. in fine. ff. de vsucapio. Refert & sequitur Alexand. septimo volumine consiliorum, consilio lxxvj. in causa & lite vertente. secunda colum. versic. tertio principaliter adducitur. quãuis in isto casu non fuerit necesse probare de tali 165 ignorantia, sed satis fuerit eam allegare; cùm ignorantia præsumatur, nisi probetur scientia, capitu. præsumitur. de regulis iuris. libro sexto. l. verius. ff. de probatio. & l. fina. ff. pro 166 suo. Secundò respondetur, †quòd illud mãdatum non fuit purè sed sub conditione factum, quæ nihil ponit inesse, & nihil præiudicat conditione non sequuta. l. si quis sub conditione. ff. si quis omis. caus. test. & l. cedete diem. cum multis similibus. ff. de verborũm significat. Et sic cùm non fuerit adimpleta conditio, nec sequutus effectus dicti mandati, debet haberi pro non facto. Et ex his cum laude Dei remanet expeditus iste vltimus articulus, & consequenter absoluta tota præsens consultatio, in qua scio me non ad integrum satisfecisse, nec in rationibus adducẽdis, nec in Doctorum decisionibus etiam allegãdis, quibus satisfecissem si fuissem apud libros meos, non enim fuit impossibile, cùm decem vel duodecim librorum voluminibus commodatis tali ac tantę materiæ ad integrum satisfecisse; si quid boni dictum sit, Deo gratias ago; si quid verò erroneè, hoc totum remitto emendandum & corrigendum iudicio cuiuslibet melius sentientis; quem deprecor, vt calamo charitatiuo ita faciat; quamuis putem omnia pro iure & iustitia dixisse ad laudem & gloriam summi & omnipotentis Dei optimi maximi, ac illustrissimi & excellentissimi domini domini Francisci Marchionis Salutiarum & Mõtisferrati dignissimi seruitium.

Humilis seruitor Ioannes Gallicus.

CONSILIVM COLLEGII STVDII TAVRINENSIS QVOD CLERICI TENEANTVR AD CONTRIBVENDVM PRO FORTIFICATIONE CIVITATIS.

Facti species.

Imminente guerra & iam inuasis & occupatis certis locis adhęrentibus felici Dominio Ducalis Celsitudinis per inimicos ciuitatis Taurini ex iussu principis decreuit fortificare seu fortificari facere muros seu mœnia ipsius ciuitatis, & alia fortalicia construere seu construi facere pro tuitione ciuitatis & aliorum habitãtium in dicta ciuitate; vt tutè possint ibidem degere propter hostiles incursus. Et instat apud Episcopum, vt clerus seu clerici ciuitatis contribuant pro rata ad sumptus fiendos in præmissis ratione præmissorum, maximè in refectione murorum; attẽto præsertim, quòd clerus Taurini ex quinque partibus prædiorum, tam vrbanorum quàm rusticorum possidet duas & vltra. Clerus autem se opponit allegans immunitatem ecclesiasticam diuino & humano iure (vt ait) concessam; vnde quæritur quid iuris.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesiæ & ipsarum bona ab omnibus collectis, gabellis, & exactionibus eximuntur.*
2 *Ecclesia an ad murorum & fossatorũ constructionem, uel instaurationem teneatur. & nu. 6. & 11.*
3 *Clerici ad pontium & uiarũ instaurationem tenẽtur.*
4 *Onera extraordinaria, quæ pietatem ipsam respiciũt, subit ecclesia.*
5 *Clerici datia, collectas & alia sordida munera ut agrorũ depopulatoribus obuietur, pẽdere tenẽtur.*
6 *Clerici tempore necessitatis ad excubias & uigilias pro ciuitatis tuitione tenentur.*
7 *Intellectus c. peruenit. extra de immu. ecclesi.*
8 *Panormitanus taxatus à collegio studij Taurinen.*
9 *Limitatio ad l. placet. C. de sacrosanc eccles. & l. ij. C. de Episco. & cleric.*
10 *Intellectus c. non minus. extra de immu. eccles.*

CONSILIVM III.



Omnipotentis Dei inuocato suffragio, quẽ pijs precibus exoramus, vt oculos nostros & intellectũ illuminare & dirigere dignetur ad viã veritatis, vt magis veritas elucescat, arguemus ad partes referendo fideliter iura & authoritates, quæ possint adduci p vtraq; parte; & tandẽ concludemus quid nobis secũdũ merã veritatẽ videbit. Pro clero ꝙ nõ teneatur cõtribuere, primò adducitur tex. in l. placet. C. de sac. san. eccl. & tex. in l. ij. C. de epis. & cle. q̃ iura † eximũt ecclesias & ipsarũ bona ab oĩbus collectis, gabellis, exactionib⁹, & similib. quẽ tex. repetit excellens doc. Thomas Parpal. vbi latissimè tractat hãc materiã, & Bal. cõsi. ccxlvj. vol. iij. Secũdò allegat̃ text. in authẽ. itẽ nulla cõitas. C. de epis. & cle. vbi gñaliter prohibet̃ ne q̃s audeat ab ecclesijs exigere collectas, exactiones, angarias, vel perangarias. Tertiò allegat̃ glo. Accur. in l. ad instructiones. C. de sacros. eccl. q̃ determinat † ecclesias nõ teneri ad refectionẽ vel cõstructionẽ murorũ. Quartò p ista sñia allegat̃ casus in c. nõ minus. extra de immu. eccl. vbi exp̃ssè fit mẽtio de fossatis fiẽdis, q̃ profectò cõcernũt custodiã ciuitatis, & tã vtilitatẽ publicã clericorũ, q̃ etiam laicorũ; & tñ ille tex. vr̃ decidere, ꝙ à clericis nõ debet exigi aliqua contributio sub districtione anathematis; nisi eps & clerus tantã necessitatẽ vel vtilitatẽ inspexerint, vt sine aliqua coactione ad releuandas cões vtilitates, vel necessitates, vbi laicorũ non suppetũt facultates, subsidia p ecclesias existimẽt cõferẽda; vr̃ ergo ille tex. velle, ꝙ ẽt imminẽte cõi vtilitate clericorũ & laicorũ nõ teneant̃ clerici aliquid cõferre, nisi spontè velint approbãte Epõ & clero, & vbi laicorũ nõ suppeterẽt facultates. Quinimo hodie p c. aduersus. eo. tit. de imm. eccl. vr̃ ꝙ clerici non pñt ẽt in casu pximè dicto spontè soluere, nisi Romano Põtifice prius cõsulto. Quintò hãc sñiam in fauorẽ cleri in terminis nostris q̃n agitur de refectione murorũ tenuit glos. decreti in §. nouarũ. xvj. q. j. q̃ dicit expressè, ꝙ l. ad instructiones. superius alle. nõ tenet, sed est correcta. Sextò hæc opin. cõprobari põt ẽt authoritatibus. nã in primis Bar. in d. l. ad instructiones. vr̃ velle, ꝙ illa lex sit hodie correcta per authẽ. itẽ nulla cõitas. C. de epis. & cleri. & vr̃ ipse Bar. facere differentiã inter onera realia, & ea quę imponuntur psonis pro rebus, vt ad prima teneatur realia cõtribuere, ad secũda nõ. vñ cũ p refectione pontiũ & murorũ onera imponant̃ personis p rebus, ecclesia nõ vr̃ teneri. Host. quoq; in hãc sñiam inclinasse vr̃ in sum. sua, in tit. de im. eccl. §. à q̃b⁹. vers. ad extraordinaria. vbi correxit opinionẽ suã, quã posuerat in d. c. nõ minus. Placuit ẽt ista opi. Phil. & Io. An. & Pan. ĩ d. c. nõ minus. Pręmissis tñ nõ obstãtib. cõria sñia apparet nobis de iure verior, quã cõprobamus. Primò authoritate gloss. in d. c. nõ minus. in verb. ad.
3 releuandas. q̃ glo. dicit expressè † clericos teneri ad refectionẽ põtiũ & viarũ, &c. allegat d. l. ad instructiones. C. de sac. san. eccles. & sic sentit illã nõ eẽ correctã. Secũdò allegamus Inn. ĩ d. c. nõ minus. vbi dicit hęc verba formalia. Et ab his superindictis ĩtelligo ĩmunes clericos & vxores & liberos. xvj. q. j. c. gñaliter. §. nouarũ. nisi sit necessitas. c. puenit. §. eo. dein-
4 paulò post subijcit, † extraordinaria aũt q̃ respiciũt ad pietatẽ subit ecclesia. C. de sacros. ecc. l. ad instructiones. Ecce ꝙ Inn. intelligit ecclesiã seu clerũ teneri in casu necessitatis. & ita ĩtelligit d. c. puenit. & authoritas Inn. est maxima in iudicijs, & ĩ scholis. Tertiò cõprobat̃ authoritate Vincẽtij in d. c. non minus. q̃ fuit valẽtissimus Canonista, vt dicit Pan. in c. si q̃s. cõtra clericũ. de for. cõpe. in vij. arg. sui cano. Archidiaconus quoq; fuit in eadẽ sñia, in d. §. nouarũ. xvj. q. j. vbi relatis prius opinionib⁹ quorũdã referendo vltimo loco opinionem Innoc. sic formaliter dicit: vnde dicebat Inn. quod

quòd ecclesia subijt onera extraordinaria, quæ respiciunt pietatē, quāuis non sit cogēda per iudicē secularē, vt not. in prædicta decretali, nō minus. vbi Laur. Goffr. & Bar. sustinent hāc l. ad instructiones. & sic uidetur stare cum dicta opinione vltimo loco relata per not. per gl. i l. quidā. §. Sabinus. ff. ad Trebell. & per Bal. in auth. ex testamēto. C. de collat. Eandē opinionē sequutus fuit solēnis Doc. d. Pet. de Anch. in d. c. nō minus. quādo, scilicet, cōstructio vel refectio murorū fieret propter guerrā vel suspicionem guerræ, ut cōtigit in casu nostro, secus si ad ornatū. Accedamus nunc ad Legistas. Nam in primis Azo in summa, in tit. de ope. publ. fuit in opinione prædicta, & Bal. in l. cōtractus. C. de fide instr. allegat Azo. legum fontem. Hanc eandē opinionem sequuti fuerunt Iac. Balduini, Iac. de Rauē. Iac. de Arena, Lamber. de Salinis, Cy. Albe. de Rosa. Bal. Sal. & Fulg. i d. l. ad instructiones. Et hoc sensit etiā Petr. de Bella pert. ibi, dū dicit q licèt publica vtilitas impediatur, si viæ & pōtes nō possint trāsiri per quos & quas victualia & res aliæ ad ciuitatē deferuntur. Tamen sæpe contingit, q sine muris ciuitas manet i quiete; ecce quod Petrus nō videtur negare, quòd si publica vtilitas cōsisteret in refectione murorū, & publica tuitio fortè propter inimicos vicinos comminātes quin ecclesia teneat, & hoc est quod voluit Cy. in d. l. ad instructiones. qui ita interpretatus est Petrum de Bellaper. & Alber. i d. l. ad instructiones. dicit, q ita vidit seruari in contingentia facti, & idē Alb. eandē opinionē tenet in rub. de mune. & hono. in x. char. fini casno. in ver. interdū quis excusatur ratione certæ libertatis. Fulg. etiā dicit cōmuniter Doct. ita velle, & in effectu hoc voluit Bart. in l. nullus. C. de cur. pub. lib. xij. vbi dicit sic formaliter p illā legē, etiā ecclesia nō excusatur tempore expeditionis ab angarijs, & ideo secundum eū illa lex est in argumentū cōtra clericos, † vt p p societatem q venit in comitatu derobando, currendo & occidendo, vt possint clerici grauari ad datia & collectas, & alia munera sordida, vt contra dictas gentes occurratur & fiat reparatio. Ang. quoque sēsit istā opin. in l. oēs. C. de ope. pub. vbi ita formaliter dicit; Omnes debēt conferre ad refectionē murorū pro viribus facultatū suarum sterilibus nō cōputatis, pro qbus nihil est soluēdū, & debet imponi onus, prout qualitas facti exposcit, deinde subijcit hæc verba, & satis cōcordat suprà, de sacros. ecc. l. ad instructiones. ecce quomodo sētit legē nō esse correctā, & extēdi ad refectionē murorū. Ad idē allegamus d. Flor. de S. Petro, Doct. Bonoñ. i l. pendētes. §. si quid cloacarū. in fi. com. ff. de vsuf. vbi reprehēdit illā gl. in d. §. nouarū. xvj. q. j. quæ dicit, q illa l. ad instructiones. est correcta, quòd nō credit verū præfatus Doct. Et pro ista opin. est casus si bene pōderetur, i d. c. peruenit. de immū. eccl. inducēdo hoc modo;

6 † Clerici tempore necessitatis tenētur ad excubias & vigilias pro tuitione ciuitatis, ergo multò magis tenentur cōtribuere ad refectionē murorū. Cū facere excubias cōputetur inter munera sordida, vt patet ex his quæ habētur in l. placet. C. de sacros. ec. & in l. fi. §. inter personalia. ff. de mu. & hon. Itē quia magis angariātur ecclesiastici in faciēdo psonaliter excubias, q si ponāt manū ad bursam i cōtribuendo. Si ergo (si p quia) tenētur ad excubias in casu necessitatis; multò magis tenētur cōtribuere in refectione murorū, arg. gl. auth. multò magis. C. de sacros. ec. Nō obstat si dicatur,

7 † q ille text. secūdū aliquos. loquit in hominibus ecclesiæ, nō autē in clericis; qa iste intellectus nō pōt procedere ad illū tex. quia litera ibi dicit, nullū nec per nostrę, nec per ecclesiæ suæ nomē, &c. pōdera illud verbū, suæ qđ optimè adaptatur ad clericos, q possunt dicere ecclesias etiā suas. Casus est i c. si tibi absenti. de præb. lib. vj. facit qđ not. in l. j. ff. de sta. hom. & per gl. in l. ij. ff. de orig. iu. & in c. j. de postu. prel. nō aūt potest illud verbū adaptari ad homines ecclesiæ. Alij intelligūt illā decretalē, vt sonat casum specialem in illa ciuitate terrigena, q opprimebatur ab infidelibus, sed iste intellectus nihil valet; quia ratio illius decretalis est generalis, vbi dū dicit; quatenus cūctis uigilātibus melius valeat ciuitatis custodia procurari. Ista ratio est quæ ampliat dictū l. cùm pater. §. dulcissimis. ff. de leg. ij. per gl. in l. si is qui animo. ff. de acq. pos. & est optima gl. in c. j. de tēp. ordi. lib. vj. Aliū intellectū accōmodat Pan. ad illū tex. in quo dā suo consi. incip. casus, super quo cōsiliū petitur. &c. vbi dicit, q ille tex. non loquitur de fructibus & bonis ecclesiarū distrahēdis pro cōtributione; sed de quadā custodia ad neces-

8 sariā tuitionem ciuitatis; † sed parcat nobis reuerētia tāti pr̄is, iste itellectus cōfundit eius opinionē, & seipsum percussit cū proprio ligone; quia si tēpore necessitatis clerici teneātur facere custodiā & vigiliā personaliter (vt vult ipse Pan. per d. c. peruenit) multò magis tenētur ponere manum ad marsupiū & contribue

tribuere; cùm corpus animatum cunctis rebus sit præferendum.l.Sancimus.C.de sacro san.eccle.Imò dicimus, quòd pœna corporalis quantumcúque minima est maior omni pœna pecuniaria.l. in seruorum.ff. de pœnis.

Est ergo trúca determinatio in d.c.peruenit.contra clerum intelligendo, vt suprà diximus qui intellectus est necessatius, reliqui
9 autem non procedunt.† Nunc restat respondere argumentis in cõtrarium factis. Et primò respõdemus ad l.placèt.& l.ij.C.de Epis. & cler.quod limitatur in sordidis. ad quæ Ecclesia non tenetur. Ad secundum de auth. item nulla communitas.respondetur, quòd debet intelligi quando nõ subest magna necessitas.Et ita intelligit Albe.in d.l. ad instructiones.vel aliter;illa authentica non dicit;ꝙ Ecclesia seu clerus non tenentur; sed quod laici non possunt imponere Ecclesiis vel per sonis ecclesiasticis collectas, exactiones, angarias vel perangarias. Ad tertium dum pro Ecclesia allegatur gl.in d. l. ad instructiones.respondetur, quòd iura allegata ibi non probant illud dictum glo.Præterea habet gl. contrariam in l.maximarũ.§.publicis. in verbo.ædibus.C.de excusat. mune.lib.x. & aliã in d.c.non minus.in verbo, ad releuandas.& possunt dictæ glo. iuris ciuilis contrariæ cõcordari hoc modo, vt glo. in l. ad instructiones.procedat quando construerentur ad ornatum.glo.verò in d.l.maximatum. quando construerentur pro necessitate. Ad aliud dum adducitur glo.in c.nouarum.xvj.q.j.dicimus,ꝙ illa glo.malè loquitur, vt supra pet multas authoritates fuit demonstratũ, & habet glo.contrariam in d.c.non minus.in verbo,ad releuandas. Ad authoritatẽ Bar. quę allegatur in d.l. ad instructiones. respõdetur. ꝙ ipse Bartol.determinat contrarium in d. l. nullus.C.de cursu publ. lib.xij. vt suprà diximus. Ad authoritatẽ Host.Io. Andr. & Pan. respõdem⁹,ꝙ si clerici volũt se authoritatib. Doct.defendere,succũbent, qa sunt plures. Doct.numero & præstãtiores, qui determinãt cõtra ecclesiã,vt s. demõstrauimus,& maximè quia Inno. tenet cõtra ecclesiã. Præterea opinio eorũ,qui tenẽt pro ecclesia,cõfunditur per d.c.petuenit.de immu.ecc.inducẽ-
10 do,vt s.†Restat modò respõdere ad c.nõ minus.& c.aduersus.de imm. ecc.ad quæ respõdetur, ꝙ loquũtur qñ agit de constructione operis nõ tẽdẽtis ad pietatẽ vel necessitatẽ, & istũ intellectũ sensit Inno.ibi,in fi.suæ magnæ gl.uel aliter,illa iura loquũtur quãdo nõ subest magna necessitas,aliàs c.peruenit.& illa duo iura tuicẽ repugnatẽt, ut ergo iura iuribus cõcordentur,vt fieri debet c.cùm expediat.de elec.lib.vj.& l.unica.C.de inof.dot.de beni intelligi prout s.Itẽ loquũtur quãdo laici vellẽt imponere talia onera clericis. Itẽ loquuntur quãdo laici vellẽt onera eis incũbẽtia supportari per clericos ferè totũ. Et hoc patet in litera c.nõ minus.ibi, onera sua ferè vniuersa imponũt ecclesiis.Et paulò pòst ibi
11 volunt ferè cuncta cõpleri. † Nos verò loquimur an subsistente magna necessitate cõmuni teneãtur clerici cõtribuere pro rata ad tefectionẽ seu cõstructionẽ murorũ, & aliorũ fortaliciorũ. Super quo concludimus, ꝙ sic iuribus cõmunib⁹ & authoritatibus s. alleg. adijciẽtes.ad corroborationẽ huius cõclusionis illã vulgatã & naturalẽ regulã, qui sentit cõmodũ,debet sentire incõmodũ,reg.q. senti.de reg.iu.li.vj.& l.secundũ nat.ff.de reg.iu. Adijcimus ẽt tex.Num.3.ibi.habebũt. excubias Sãctuarij, & castrametabũtur.patet eñ ibi,ꝙ Leuitę grauati sunt ad onera psonalia, & si ueteres sacerdotes.q. nõ habebãt partẽ, in funiculo,tenebãtur ad onera psonalia, vt ibi probatur,quo colore volũt moderni diuites & potẽtes effugere,ne ad cõmunia, & tã necessaria onera teneãtur?profectò:rectá ratione nõ possunt se tueri, vt patet p pdicta.

Et(vt suprà conclusum fuit) Nos collegiũ studij Taurin.dicimus & consulimus, saluo semper saniori consilio, in cuis fidem sigillum dicti collegij imprimi fecimus & iussimus. Laus Deo.

Argumentum.

Concessio immunitatis collectarũ à communitate facta quando valeat, & ad quæ onera extendatur.

SVMMARIVM.

1 *Collecta pro oneribus realibus & mistis imponi possunt etiam forensibus.*
2 *Communitas immunitatem collectarum, quæ pro oneribus realibus & mistis fiunt, concedere non potest.*
3 *Immunitas à collectis ad solitas & ordinarias tãtũ extẽdi,nõ aũt ad insolitas excessiuas et extraordinar.*
4 *Casus fortuiti onus qui generaliter assumit, ad insolitum & extraordinarium non extenditur.*
5 *Dispositio qlibet rebus sic se habẽtibus interptari dẽt*
6 *Immunitas concessa sub conditione,conditione nõ euenïente reuocari potest.*
7 *Communitas aduersus immunitatis concessionem restitutionem in integrum implorare potest.*

Consi-

CONSILIVM IIII.

NON potest Magnifica dña Margarita de Rotarijs pro bonis,quę possidet in territorio & finibus Carmagnoliæ se excusare quominus teneat ad collectas, quæ impositæ sunt, & imponentur per dictā cōitatē Carmagnoliæ pro oneribus realibus & mistis,†pro quibus collectæ imponi
1 possunt ēt forensibus ex generali cōsuetudine totius patriæ,vt concludit Bart.in l.j.C.de mul.& in quo loco.& Alex.cōsi.cj.col.iij.lib.j. & ita obseruat generalis cōsuetudo, secūdū quā in dies iudicatur.Nec obstat q ipsa magnifica domina Margarita videatur exempta ab ipsis collectis ex concessione vniuersi-
2 tatis,quia respōdetur,†q talis immunitas ab ipsa cōmunitate concedi non potuit.l. vacuatis.C.de decur.lib.x.l.imunitatis.C. de agric. & censit.lib.xj.& l.j.C.de immu.nemi. conceden.lib.x.cum simi.& Alex. quamplura adducens consi.cj.visis instrumētis emptionis. lib.j. Secundò,vbi etiā talis exemptio viri-
3 bus subsisteret,† attamen non esset seruanda in istis collectis impositis pro bello occurso,& ad patriæ ac reipublicæ defensionē, vt in terminis concessi priuilegij Alex. concludit in l.si ex toto.col.j.ff.de leg.j.& cōsi. ccxvj. incipiente,nec arguēdi sumus. col.viij. lib.ij. & maximè quia ipsa immunitas & priuilegium concessum nō soluēdi collectas intelligi debet de solitis & ordinarijs, non autē de insolitis,excessiuis & extraordinarijs. l. sistulas.§.frumenta.ff.de contrah.emp.;cum simi.
4 & Alex.tradit cōsi.cviij.col.pen.lib.iij vbi † ille qui generaliter assumit onus casus fortuiti,nō tenetur ad insolitū nec extraordinariū, & idem tenet Dec.consi.vij. col.j. & Alexan. consi.xxviij.lib.j.Bar.in l.vacuatis.C.de decu. lib.x.& in l.nullus.C.de cur.pub.lib. x.& Ias. in l. sed si quis.§.quæsitū.col.vj. ff. si quis cau. & Alex. consi.xxxj. lib.ij. Et maximè quia resultaret maxima & enormissima læsio ex parte dictæ cōitatis ex casibus superuenientis
5 extraordinarijs, insolitis & incogitatis, † & quælibet dispositio debet interpretari rebus sic se habentibus.l.quod Seruius.ff.de condi. ob tur.cau.& maximè si de istis casibus superuentis, tam arduis & excessiuis fuissent partes interrogatę,nō verisimiliter voluissent immunitatē effectū sortiri, vñ succedit reg.l. tale pactū.§. fi.ff. de pact l. Titius. §. Lucius. vbi Ias.ff.de lib.& posth.cū simi.& Alex. cōsi. xlviij.col.ij.& lib.j.& reg.illius glo. ēt locū habet in contractibus, vt Deci.consi.vij. col. ij. Cōcludo ergo exeptionē & immunitatē prędictā viribus non subsistere, & vbi subsistat obseruandā non esse in isto casu collectarū impositarū ex causis insolitis, sicut censeo iuris esse,saluo,&c. Franciscus de Corgnato.

Vltra & copiosè dicta & elegāter allegata supra in fauorē cōitatis Carmagnoliæ addendū est,q posita ēt validitate instrumenti immunitatis,q tñ nō cōstat ipsam dñam Margaritā cū effectu & integraliter soluisse onera,quæ præcesserant ipsam immunitatem,& nihilominus concordantiæ potestas data electis in consilio Carmagnoliæ legitur sub conditione,si ipsa dña Margarita soluerit integraliter pro dictis oneribus præteritis, vt ex ipsa reformatione consilij constat, de qua in
6 actis,certè pœnitere pōt ipsam cōitatem.†Et quæ ideo reuocare potuit & pōt ipsam immunitatē,per tex.in l.j.& toto titulo.ff.de cōdi.ob cau.de qua materia latè tradit Ias. per reg.& fallētias,i l.si pecuniā.col.vij.illo eo. ti.
7 †Potest etiam ipsa cōmunitas, quę loco minoris semper est,implorare restitutionem in integrum aduersus dictā concessionem immunitatis attēta læsione, quæ resultat ex insolitis & intolerabilibus oneribus posteà occursis,ad quæ non fuit habita consideratio, per ea quæ tradunt Panorm.& Cano.in cap. j.de in integ.rest.maximè etiam quia ad eandem concessionem deuentum est metu reuerentiali illustrissimorum D. Marchionistæ & Marchionis sic requirentium.

Constantius Carolus,salua correctione.

ALIVD CONSILIVM
in eadem causa.

SVMMARIVM.

1 *A collectarum solutione regulariter excusatur.*
2 *In catastro cōmunis quādo quis est inscriptus et sctit, etiā si immunitatis priuilegium habeat, à talearū solutione nō,nisi intra decēdiū appellet,excusatur.*
3 *Collectas soluendi onus possessoribus incumbit.*
4 *Immunitatem alicui concedere neque ciuitas neque ciuitatis consilium potest.*
5 *Ad collecta imposita propter bellum præstationem vnusquisque tenetur,etiam quocunque immunitatis priuilegio sit munitus.*

Eccle-

9 *Ecclesia à collectis impositis propter belli necessitatem non excusatur.*

CONSILIVM V.

IN hac causa cõmunitatis Carmagnoliæ cõtra Magnificã dñam Margaritam de Rotarijs vidẽdũ est, an in fauorẽ cõmunitatis pronunciãdũ veniat, instrumento exẽptionis & immunitatis à collectis, quo præfata domina Margarita se iuuare intendit, nõ obstãte? Et breuiter ac conclusiuè loquẽdo, cũ multiloquiũ nauseã excitare soleat, maximè viris doctissimis, prout tales reperiuntur delegati in magnifico Marchionali Senatu corã quibus res ipsa tractãda venit. Dicendũ est præfatã cõitatẽ habere intentionẽ fundatã ex iuris cõis dispositione, quæ est, † quòd nul-
1 lus regulariter à collectis habet excusationẽ l.ij.C.de mune.patrim.lib.x.l.rescripto.§. fin. ff.de mune.& hono. quod et procedit in forensibus possidẽtibus prædia in alieno territorio ex generali consuetudine totius Italiæ, secundũ Bar.in l.vnica.col.iiij.C.de mulie. & in quo loco.lib.x. Et vbique consulentes dũmodo, maximè habeat bona descripta & al-
2 librata in catastro communis, † quia quoties cunque quis est descriptus in catastro communis, & sciat, et si habetet priuilegium immunitatis nõ excusatur à solutione talearũ, nisi appellet infra decendium. Ita concludit Ang.in l.j.in §.si quis inter.ff.quan.appell.sit. per text. & doctri.Bart.in l.hi, qui ad ciuilia. C.de appel.quam sequitur Alex. in consi. cj. visis instrumentis.col.pen.vol.j. Et sic concludendũ est ipsam M. dominã Margaritam de iure communi teneri ad solutionem collectarum impositarũ & imponendarum per credentiã communis Carmagnoliæ pro prædijs ibidem sitis in catastro descriptis & allibratis, quæ possidet, quia regula communis
3 est, † quòd onus soluendi collectas incumbit possessoribus.l.fina.C.sine cen. vel reliq. vbi Sali. in iij. not. dicit, quòd ille qui fundum possidet, collectas soluere debet pro libra & æstimo fundi. Et sequitur Dec. in consilio cclxxx. & pro tenui facultate mea. col.j. in ij.parte. Videndum est solùm, an virtute prætensi instrumenti exemptionis sibi factæ per eandẽ cõitatem Carmagnoliæ præfata Margarita se valeat excusare, & dicendũ est, quòd non. Primò ratione inualiditatis ipsius
4 exẽptionis, eo quia † ciuitas vel consiliũ non potest concedere immunitatẽ alicui, l.j.C.de immu.nem.conceden.l. immunitates.C. de agrico. & censi. lib. xj. l. Vacuatis rescriptis. vbi Bart.C.de decurio.lib. x. cum simil. vt tradit Alexan.in consi.præallegato cj. col.iij. Abb.in cõsi.lxj. videtur primò.vol.ij. & Dec. in consi.dcxxxviij.colũ.ij. quod procedit etiã si talis immunitas concessa fuisset cum consensu adunantiæ generalis, nisi esset consiliũ magnum vniuersitatis non recognoscentis superiorem, vt dicit Bartolus in l.j. C. de decret.decurio.lib. xj. Secundò cõsiderandũ in casu isto dato citra veri præiudiciũ, quòd prętensa immunitas valeret, nihilominus nõ debet extẽdi ad onera & collectas, quę nũc petũtur per cõmunitatẽ Carmagnolię, eo quia collectę petitę impositę fuerũt propter guerram, quę superuenit post prętensam conces-
5 sam immunitatem. † Et quando concessa est alicui immunitas à collectis, postea vero indicitur noua collecta propter guerram, & sic ex causa necessitatis superuenientis guerrę, tũc ad talem ex causa necessitatis guerrę superuenientis impositam collectam, quilibet tenetur quocũque immunitatis priuilegio sit munitus, ita in specie determinat Dy. in l.si ex toto.in princ.ff.de leg.j.quem sequitur Alex.& Ias.ibi col.ii.cum sequenti.& idẽ Alex.in consi.ccxvj. nec arguendi sumus.colum.vij.versi.nono dicta suspensio. vol. ij. Et ista est magis communis opinio, vt ibi dicit Ias.secundum quam affirmat se ita consulere & iudicare, & rationes non refero, quia in dictis locis facilè videri possunt. Fortificantur prędicta quoque, nam ab istis collectis impositis propter necessitatem guerrę, quę vt plurimum pro desensione & conseruatione patriæ indicũtur, nullus excusatur, etiam habens priuilegium insertum in corpore iu-
6 ris, vt de ecclesia dicitur, † quę etiam ab his non excusatur, sed tenetur contribuere, vt Bar.determinat in l.nullus.C. de cursu publ. lib.xij.& tradit Abb. Panor.in c. non minus de immu.eccle. Et vltra si huiusmodi exemptio haberet locum, nimium grauarentur personę particulares, pupilli, viduę, &c. & priuilegium alicui concessum intelligi debet sine damno aliorum l.ij. §. merito.& in §. si quis à principe.ff.ne quid in loco publ. cum his quę accumulat Felin.in c.causam. col. vj. extra

extra de rescriptis. & ex his concludendum videtur magnificam dominam Margaritam nullo ex capite excusari posse quominus teneatur ad requisita parte eiusdem communitatis. Et ita dico & consulo salua correctione magnificorum Senatorum delegatorum.

Franciscus de Ecclesia, I. V. D. Marchionalis consiliarius.

ALIVD CONSILIVM Eiusdem materiæ.

SVMMARIVM.

1 *Communitatis consilium immunitatem à taleis & oneribus occurrendis concedere non potest.*

2 *Processus incertitudinis ratione sustinetur, qui aliàs non valeret.*

3 *Decuriones ciuitatis propter benemerita benemeritis de bonis ciuitatis donare possunt.*

4 *Principis præsentia omnem solemnitatis defectum supplet.*

5 *Collectas imponere omnes in Italia de consuetudine possunt etiam forensibus bona possidentibus in territorio.*

6 *Immunitas generalis ab omnibus oneribus personalibus realibus & mistis et in perpetuum nullo modo subdito concedi non potest.*

7 *Mandatum speciale ad transigendum requiritur; cuius forma seruanda est.*

8 *Verbis enunciatiuis notarij non statur; cùm transigendi potentiæ lex resistat.*

9 *Immunitas concessa ob benemerita ad hoc ut ualeat, oportet ut de benemeritis aliter quàm per simplicem assertionem constet.*

10 *Contractus an præsentia, consensu & superioris authoritate ualidetur.*

11 *Contractus formæ defectu uitiatur.*

12 *Actus qui geri debuit ab uniuersitate, si à minori numero quàm duarum partium geratur, non ualet.*

13 *Actus humanus sine potestate & uoluntate subsistere non potest.*

14 *Verb. Ita quòd, conditionem denotant.*

15 *Verb. Quòd integraliter & cum effectu soluerit, solutionem sine aliqua diminutione exigunt.*

16 *Solutionem ad recipiendam constitutus, quòd terminum ad soluendum dare non potest.*

17 *Bellum longo tempore durare dicitur, si triennio duret.*

18 *Bellum quando insolitum dicatur, ad hoc ut non præsumatur à partibus cogitatum nec in specie nec in genere, & nume. 20.*

19 *Casus insolitus quis dicatur.*

CONSILIVM VI.

Lacet cõclusio firmata per clarissimos dños consulentes pro inclytã cõitate Carmagnoliæ, q magnifica dña Margarita Rottaria, dña Ternauaxij teneatur ad collectas, non obstante immunitate, q̃ ei vr̃ concessa de anno Dñi 1530.

1 Primò ex defectu Ptãtis, † quia nõ potuit cõsiliũ cõis & hominũ Carmagnoliæ ordinare q talis immunitas cõcederet̃ à taleis & oneribus occurrẽdis.l.vacuatis.cũ gl.vbi Bar.no. C.de decur.li.x.est tex.i l.j.C.de immu.nem. cõced.eo.lib. Est verũ q difficultatẽ facit. Primò, quia dicta iura non vident̃ habere locũ in casu præsenti, i quo immuditas est cõcessa dñæ Ternauaxij, quę nõ est subdita nec Burgen.oppidi, p text.in l.j.& in l.fi. C.de his qui spõtè munera publica susceperũt. & tradita p Spec.in tit.de censi.§.nũc dicẽdũ. ver.quid si vniuersitas pactũ. Secũdò, quia cõcessa fuit valde seni & valetudinariæ ad eius vitã tãtũ tãlem, & ex cã trãsactionis, quo casu talis immunitas q̃ nõ est liberalis sed ob cãm, debet valere.l.pfes.cũ ibi nota.C.de trãsac. quia inspecto futuro euẽtu possibili cõitas nõ dicebat̃ lędi; cùm dña Margarita breui mori potuisset, & ita cõitas lucrari, qđ ei p trãsactionẽ remissum & datum est. Et ita dicit Pau.de Cast.quem Ias.& posteriores sequunt̃ in l.de fideicõmisso.p illũ tex. C.de trãs. dato itaq; q diu superuiuat, & ea viuẽte cõtingãt multa onera, ex hoc nõ dr̃ lędi cõitas, postquã trãsactio inspecto sui primordio ita poterat pro

2 desse sicut nocere.l.j.C.de pact. † Nã rõne talis incertitudinis sustinet̃ cõtractus, q als nõ valeret. Io.And.in addi.Spe.tit.de vsur.super rubr.Oldr.cõs.ccvij.Vniuersis. latè Ana. in c. in ciuitate.de vsur.col.xviij.cõcludẽtes valere vẽditionẽ annui redditus factã ẽt ab ecclesia ad vitã alicuius p certo pretio, nõ obstãte q emptor pòst viuat longo tẽpore, ita q multò plus percipit, q̃ soluerit, quia hoc fuit à casu lõgioris vitę. Tertiò, quia immunitas fuit data p bñficijs habitis medio eiusdẽ dñæ Mar-

3 garitæ, vt enũtiat̃ in trãsactione. † Et propter benemerita põt decuriones ciuitatis donare benemeritis de bonis ciuitatis. Bar.i l.am-

bitiosa.col.ij.in j.q.ff.de decre.ab ordi.facien. per l.iubemus nulli.§.sciendũ. & ibi gl.C.de sacr.san.eccl.sicut ẽt tutor potest ex causa remunerationis donare res minorũ, in l. cùm plures.§.penul.ff.de admin.tuto.& ita in terminis immunitatis Alexãder admittit libr.ij. consi.ccxvj.nec arguendi sumus.col.j. in j.argumento.facit l.cum Nauarchorũ. C.de nauic.lib.x.& insuper exẽptio facta fuit in præsentia,& cũ consensu & authoritate illustrissimorũ dominorũ Marchionis & Marchionissæ Saluciarum, propter quæ pręsumũtur omnia solẽniter acta, per ea quæ tradit Spe. tit.de emptione & venditione.§.nunc dicendũ.el primo.vers.breuibus.cũ simi.vt Ias.scribit in l.pacta nouissima.C.de pactis. & facit,

4 † quia præsentia principis supplet omnẽ defectũ solẽnitatis.l.omniũ.cum ibi nota.C.de testamẽ.& quia ipsi principes potuissent talẽ immunitatẽ cõcedere, Bar.in l.j.C.de decretis decurionũ.lib.x.& Abb.in.c.ij.de immun. ecclesiar.col.v.Sed tamẽ istis non obstãtibus quod supra firmarũ est,verius videtur, & ad primũ respõdetur, ꝙ hæc immunitas nõ fuit simpliciter concessa personæ nõ subditæ,seu non obligatę ad collectas; quia vt ex tenore instrumenti ex aduerso producti apparet, ꝙ domina Margarita tenebatur ad collectas ratione prędiorũ, quæ ipsa possidet in finibus Carmagnoliæ. Clarũ est enim, ꝙ cogi poterat ad munera patrimonialia, quæ possunt imponi etiã forensibus & nõ subditis. l.j. C. de mul.& in quo loco.libr.x.& dicit ibi Bart.

5 col.penul.† quòd in Italia omnes habent cõsuetudinẽ imponẽdi collectas etiã forẽsibus possidentibus in territorio,& talis consuetudo cũ sit notoria, non eget alia probatione, vt nouissimè tradit Deci. cõsi.dcxciiij. pro resolutione.in j.dubio. & hoc non habet difficultatẽ in proposito; quia domina Margarita nõ cõtendit se nõ fuisse obligatã, sed exẽptã, quod præsupponit obligationẽ præcessisse.l.decẽ.ff.de verb.oblig.c.gemma.de ipso salib.& ideo sicut non potuisset concedi immunitas Burgensi Carmagnolię simpliciter subdito,ita nec dominæ Margaritæ possidẽti prædia,pro quibus collectabatur; cùm sit eadẽ ratio,ne diminuantur reditus cõis, aut ꝙ per exẽptionẽ vnius grauentur alij. vnde debet esse idẽ ius.l.à Titio.ff.de ver.obl.& ita in terminis respondet Alex.lib.j.cons.cj.visis instrumentis exẽptionis & contractu.col.iiij. versi.sed in proposito nostro. Secundò non obstat,quòd concessa fuerit seni & valetudinariæ ad vitã,quia hoc nõ iustificat immunitatẽ, quæ conceditur iam obligato ad collectas, quãuis posset iustificare immunitatem, quæ conceditur non subdito seu ad munera non obligato, ex quo lapso tẽpore immunitatis in concessione præfixo remaneret obligatus ad onera pro residuo tẽporis. & istam differẽtiã expressè facit Alex. in præallegata cõsultatione.col.iij. ver.fallit declarando singulariter dicta Spec.in d.§.nũc dicendũ.

6 † vt nullo modo subdito non possẽt concedi immunitas gñalis ab omnibus oneribus personalibus,realibus & mistis,& in perpetuũ, licèt possit ad tẽpus cõcedi, subdito verò seu iam obligato etiã ad tẽpus dari nequit. & ita concludũt iura & rationes Alex. quæ debent attẽdi & non contingentia facti, super qua consuluit,vt per glo.in l.vnica.C.quando nõ petentiũ partes, petentibus accrescant. Et ad hoc non obstat,ꝙ facta sit ex causa transactionis,per quã cõmunitas ita poterat lucrari sicut cõtingenter dicit se lęsam. quia respõdetur primo,ꝙ transigentes pro cõmunitate nullũ habebant mãdatũ ad transigendũ, sed simpliciter ad dãdã immunitatẽ & exẽptionem à collectis futuris modò soluerẽtur prę

7 teritæ. † ad transigendũ autem exigitur speciale mandatum.l.fratris.C.de transact. & in terminis tradit Socin.lib.iij.consi.xcv.in causa cõmunis Bulsiglianę.col.ij. versic.secundò clarè probatur.& hoc clarius procedit in casu nostro,in quo electi transigentes nõ seruarunt formã mandati in danda immunitate, vt dicetur infra, in secundo principali fundamento.Et ita concludit duplex defectus,scilicet mandati specialis ad transigendum & in obseruantia formę mandati subsistentis. Pręterea licèt in transactione domina Margarita allegaret benemerita,propter quæ dicebat collectas præteritas non petendas; & vlterius allegaret incisionẽ arborũ, & acceptionẽ granorũ ac siliginis, tamen horũ fuit habita ratio in liberatione à duobus millibus florenis, qui petebãtur pro taleis præteritis, ideo immunitas concessa pro futuris non potest ex prædictis iustificari, maximè cùm nõ cõstet de enuntiatis benemeritis, & de damnis allegatis, prout tamẽ cõstare deberet ad cõualidandã transactionẽ.l.cùm hi. §.sed cùm his.ff.de transactionibus. & ibi An-

8 ge.& Pau.de Cast.dicunt; † ꝙ non attenduntur verba enuntiatiua notarij,quia lex resistit potentiæ transigendi.Et latè hoc comprobat Dec.consilio cccl j.in casu proposito. col.ij. & hoc

hoc in transactione, quæ fit ab administrato nibus non habentibus liberã potestatem di-sponendi de rebus, de quibus transigunt, maximè locũ habet in pdictis §. sed cũ lis. & regula l. si fortè. ff. de castrẽsi peculio. de qua statim dicam. Tertiò igitur non obstat, ꝙ immunitas dicatur data pro benemeritis,
9 †quia oporteret, quòd de talibus meritis cõstaret aliter quàm per simplicẽ assertionem, de qua in instrumento immunitatis. vt est text. in l j. C. de his qui à principe vacationẽ acceperunt. lib. x. & ibi gloss. notat, quã sequitur Bald. in l. illud. ad finem. C. de sacrosanc. eccles. & ita in terminis Alexan. firmat dicto consi. cj. col. v. versi. prętereà dato quòd ex causa, puta propter merita. vbi adducit Ioan. Andr. qui loquitur de concessione ad vitã facta propter benemerita, vt tamen non valeat, nisi de eis aliter constet quàm per assertionẽ concedentis, in addit. Specu. in rub. de rebus ecclesiæ non alienandis. Et ideo in proposito ad validandã concessionẽ immunitatis exigeretur probatio talium meritorum, & aliorum enunniatorum in concessione. Et insuper quòd talia æquivaleant taleis præteritis, quæ petebantur & debebantur. Et vltra intantũ, vt iustificarent immunitatẽ, quæ præstabatur pro futuris inspecta æstimatione ipsius vlterioris valoris, & facta relatione ad dubiũ euentũ futurũ, iuxta ea quę in simili considerantur in dicta l. de fideicommisso. adeo quòd si de benemeritis constaret, quæ tamen non æquivalerent, hoc modo immunitas non iustificaretur ex toto. secundũ Bald. & Salic. in dicta l. illud. & Imol. in l. Aquilius. ff. de donatio. quorũ dicta fortius procedunt in casu nostro, in quo assertio meritorũ solũ fiebat à domina Margarita, & dispositio agentiũ pro communitate in eis non fundatur, sed in quitatione arborum & damni illati ac grani & filiginis cũ promissione florenorum quingentorum, quibus mediantibus consequuta est quitatione talearum præteritarum, pro quibus petebantur florenorũ duo millia, & merito non videtur in assertis benemeritis factũ fundamentũ. quia impetratio vt milites discederent à Carmagnolia non minus concernebat vtilitatẽ dominæ Margaritæ, quàm aliorũ possidentiũ, quæ propterea ex debito communis obsequij debuissẽt ita agere, arg. l. filia. C. de
10 patria potestate. Vltimò non obstat †præsentia, consensus & authoritas illustrissimorũ Marchionũ, quia in transactione narratur, & pariter in potestate data per cõsiliũ, ꝙ illustriss. Marchionissa habebat pro re grata, ꝙ communitas faceret tale exemptionem, quod in principe est loco pręcepti, vt per gl. ad ver. quemadmodũ. in l. j. ff. quod iussu. Et propterea eius authoritas cui communitas fidelitatem præstiterat, non conualidat actum, sed magis videtur inducere quendam metũ, argumento glo. in c. conuen ior. xxiij. q. octaua. in verbo, morere. maxime quando talis est princeps, qui bene tractat subditos non obedientes sui pręceptis vel precibus, secundũ Ioan. And. in c. fin. in fine. vbi Ab b' extra qui clerici vel vouentes. à quo non discrepat Alexan. lib. iij. consi. xvj. põderatis narratis. col. j. & col. iij. versi. non obstat quod allegatur. Et omninò & quòd nullæ preces præcessissent, simplex authoritas Marchionalis etiã ꝙ interuenisset interpositio decreti, quæ non interuenit, non conualidaret immunitatẽ, ex quo non exprimitur, ꝙ interuenerit causæ cognitio. Paul. de Castr. in d. l. cũ hi. §. si prætor. cũ similibus. vt Dec. ponit d. consi. ccclj. col. fin. & accedit, ꝙ à præsumptione quæ insurgere posset ex tali præsentia & authoritate, receditur, ex quo ex lectura instrumẽti cõstat de contrario, vt tradit Imol. consi. cx. in causa quæ vertitur. col. j. versi. non obstat, si dicatur. & Deci. consi. cccclxxix. in controuersia. colum. ij. versicu. & huic conclusioni obstare non videtur. nec ipsi domini Marchiones inuita cõmunitate potuissent minusq; debuissent talẽ immunitatem concedere, nisi iusta causa, & aut saltẽ cũ clausula, non obstante lege. vt per Bar. in d. l. vacuatis. C. de decurionibus. lib. x. & Alex. d. consi. cj. col. iiij. & alibi in suis consilijs, per notata in l. fin. C. si contra ius vel vtilitatẽ publicam. propterea videntes non subesse causam efficacẽ, & verisimiliter volentes complacere do. Margaritæ decurrerunt ad rogamina principũ. Ex quibus omnibus sustẽtatũ remanet fundamentũ supra factũ de defectu potestatis. Secũdo prin
11 cipaliter† est defectus formæ etiã ꝙ cõmunitas Carmagnoliæ posset talẽ immunitatem cõcedere, qa exigebatur adunãtia generalis ex statuto loci sub rubrica de non dando aliquid. cui consonat in proposito dispositio iuris cõmunis, vt in specie tangit do. meus Par pal. in repe. l. placet. col. antepen. ver. secunda cõclusio. C. de sac. san. eccl. & licèt dicatur in electione, capitibus domorũ citatis, tamẽ nõ exprimitur, quòd omnes citati fuerint, vnde aliquibus capitibus citatis verificarẽtur ver-

ba l. inter omnes. cũ ibi notatis. ff. qui satisda- re cogantur. & tamen omnes de vniuersita- te, vocari debent. Bartol. in l. nulli. in fin. ff. quod cuiusque vniuersitatis nomine. & An- gel. consi. cclxviij. non est dubium. nec etiã di citur, per quẽ fuerint citati, nec quòd citatio fuerit relata, contra cap. quoniã contra fal- sam. extra, de probationibus. & dicta Bar. in l. multũ. ff. de condit. & demonstrationib. &
12 plenè in rubrica, de dilat. † nec dicitur, ꝙ ca- pita domorũ omnia interfuerint aut saltem duæ partes, prout requiritur. l. nominatio- num. C. de decurio. lib. x. & dicta l. nulli. sed solum, quòd quamplura capita domorum, quę verba verificarentur in quatuor. l. si gem ma. ff. arbo. furtim cæsar. & maxime quia sta- tutum copulatiuè exigit, quòd sint vocati & congregati quinque centũ ex capitibus do- morũ, qui non sint de consilio, de qua voca- tione non apparet, & minus de congregatio ne. Præterea non dicitur, quòd in reformatio ne adessent duæ partes ex tribus consiliario- rũ, prout requiritur ad hoc vt actus valeat, & quòd esset actus qui sui natura fieri potuis- set per solos decuriones. Bart. in l. j. C. de de- curio lib. x. & Alexan. in terminis, lib. ij. con- silio lxviij. & viso. colum. iij. versic. nec ad hoc. & Ang. in §. preterea etiam. Insti. de exceptio nibus. col. xxxv. versic. transitum faciamus ad Syndicos. & ibi subdit, quòd nomina consi- liariorũ erant scribenda in reformatione, vt per Bar. in l. j. ff. de albo scribendo. & istud ma gis stringit, quia bene dicitur, quòd erãt plus- quàm duæ partes, & licèt melius esset adde- re ex tribus, propter dicta Bart. in l. interdũ. §. primum. ff. de hæredibus instituendis. ta- men ex dictis Angel. & Raphaelis Comensis ibi actus sustineri posset. Et dato, quòd facta per decuriones valeret immunitas, valeret tantum pro vno anno, quia reformationes consilij tantum durant in robore pro anno, & nõ vltra, iuxta dispositionem statuti sub ru brica. Tertiò principaliter etiam si essemus in vniuersitate, quæ superiorem non reco- gnosceret, & haberet iura principis, & quæ fuisset legitimè congregata, & ita nullus es- set defectus potestatis & formæ, tamẽ hic est
13 defectus voluntatis. † Cùm tamen nullus actus humanus subsistat sine potestate & vo luntate. l. multum. C. si quis alteri vel sibi. & hoc verũ esse demonstratur ex tribus. Pri- mò, quia consiliarij in reformatione dispo- suerint, quòd domina Margarita esset exem pta à taleis & oneribus non simpliciter, sed ita quòd integraliter & cum effectu solueret quascunque taleas & onera vsque in diẽ re- formationis, electis octo, qui viderent, cogno scerent, computarent & concluderent. Quo facto & cõputato & soluto haberent potesta tem illam absoluendi facta per eam debita
14 satisfactione. Nam illa † verba, ita quòd, de notant conditionẽ. l. ita tamen. ff. ad Trebel- lianum. & illi ablatiui, quo facto & soluto, idem important. l. à testatore. ff. de conditio- nibus & demonstrationibus. & plene prose- quuntur Ias. & Moderni in rubrica. ff. soluto matrimonio. Sed non constat illos electos vidisse & cognouisse vt ordinatum fuerat, ex quo debebant non tantum enuntiare calcu lum, sed rationem debiti quarumcunque ta learum præteritarum, & soluti, si quid erat di stinctè ponere, iuxta textum in l. cùm seruus rationes. ff. de conditionibus & demonstra- tionib. aliàs huiusmodi perstrictorijs enun- tiationibus non creditur. Bald. libro iij. con- silio clij. ad euidentiam præmittendum. & Angelus consil. cclxxvj. tutor. colum. finali.
15 Pariter non apparet, † quòd integraliter & cum effectu soluerit, quæ verba exigunt solu tionem sine aliqua diminutione. l. ij. §. ad fi- liorum. ibi, integrũ. C. quãdo & quibus quar- ta pars debeatur. clementi. dudum. §. verũ. cum glo. in verbo. integrè. de sepulturis. cum similibus. vt Moderni scribunt per illum tex- tum. in cap. sua nobis. in quinto notando, de confirmatione vtili vel inutili. Quinimo apparet, quòd contra formam mandati illi electi compensarunt pro parte taleas cum his quæ petebat domina Margarita de qui- bus non constabat, & quæ ex instrumento nõ probantur, vt supra tengi. Et partim de-
16 derunt terminum ad soluendum, † cùm ta- men constitutus ad recipiendam solutionẽ non possit hoc facere, per dicta Bartoli in l. diuo Pio. §. si emptor. ff. de re iudicata. & Bal- di in l. cùm vẽdente. post glossam. C. vbi cau sæ fiscales. & Abbat. in capitulo secundo. in fine, de precario. quorum dicta indubitan- ter concludunt in casu isto propter conditio nes & limitationem potestatis datæ electis. Insuper his etiam causantibus non potest se iuuare instrumento domina Margarita quæ promisit florenos quingentos soluere intra certa tempora & in loco Carmagno- liæ, ex quo fuit in mora per lapsum termi- norum. l. optimam. C. de contrahenda & committenda stipulatione. ex qua insurgunt duo effectus. Primus est, quòd adhuc pen

dec

det conditio immunitatis, quam ordo decu-
rionum noluit concedi, nisi prius soluto per
eam.§.ex conditionali.Instit.de verbor. obli.
Secundus effectus resultat è regula, q non
implenti contractum non est fienda obser-
uātia.l.cùm proponas.C.de pactis.cap.cùm
peruenit.de iureiurando. Secundò demon-
stratur defectus voluntatis ex verbis expres-
sis in reformatione, & etiā in transactione;
quia tantū eximitur ab omnibus & quibus-
cunq; taleis & oneribus imponendis & sup-
portandis, & non dicitur realibus & perso-
nalibus. Ideo non videnẽ remissa onera rea-
lia. Bartol.in d.l.vacuatis. Nec etiam dicitur
quòd eximatur ab ordinarijs & extraordi-
narijs. Ideo non videntur voluisse eximere
à collecta imposita propter superuenientẽ
guerram, vt firmat Alex. l.si ex tota.in princ.
col.ij.ff.de legat.j.versicu. item inducitur iste
tex.ibi; sit cautus ille, cui conceditur.& com-
memorat dominus Parpal. in d.l.placet. col.
fin.& consuluit Alexan.lib.ij.consi.ccxvj.Nec
arguendi sumus.col.vij.versic.nono. & istam
dicit cōmunem, & probat efficaciter domi-
nus Ioan.Francis.de Ripa in tracta. de peste,
in vltima parte.colum.xliiij.versicu.sed quæ-
ro, an ad alias collectas. Tertiò defectus vo-
luntatis demonstratur; quia etiam si immu-
nitas fuisset latius cōcepta ab omnibus one-
ribus realibus, personalibus, mistis, ordina-
rijs & extraordinarijs; tamen non censerenẽ
eximentes cogitasse de casibus, qui post tem
pus assertæ immunitatis contigerunt. Quis
profectò cogitasset tot bellis patriam hanc
æstuasse, ex quibus Carmagnolia & Mar-
chionatus tot damna passus est? quis tunc
pensitasset vtrunque exercitum potentissi-
morum Christiani orbis Regū non de Mar-
chia Salutiarum contendentium principali-
ter, sed longè maioribus tot annos hybernas
se & æstiuasse in hac Subalpina regione?
quorum & vtinam finis adsit. Cùm tamẽ di-
cat Alexand.in l.interdum.§.quod ex naufra
gio.ff.de acquir.poss.col.penul.post Anto.de
17 But.in c.potuit.de locato, † quòd guerra di-
citur durare magno tempore quando durat
triennio. Et licèt sint factæ induciæ belli &
hospitaturæ, contributiones, agrorū deserta
18 cultura, & alia quæ meminisse horret. † Cùm
ergo talia contigerint post tempus assertæ
immunitatis, quæ in hac regione non conti-
gerunt ab hominis memoria. Quinimo nec
ab erecto Marchionatu Salutiensi, & primis
fundamentis eius locorum, bellū huiusmo-
di dicitur insolitum, de quo non præsumitur
à partibus cogitatū in specie, nec in genere;
quia non solebant talia bella cōiter continge
re in hac patria, quæ tẽpore contractus, imo
tota Italia pacata videbatur, vt in simili de-
clarat Corn. libr.iiij. consi.xij. licèt diffusè &
egregiè.col.ij.vers.profectò ista guerra. dicẽs
19 † casum insolitum esse, qui euenit præter om
nem verisimilitudinem & cogitationẽ pru-
dentis viri; licèt fortè à prudentissimo ima-
ginari potuisset, vt in casu suo quòd Floren
tini suspẽderent archiepiscopū, vel q Turca,
tanquā leo rugiens existeret in faucibus Ita-
liæ, propter quod tota cōmoueretur. Et repe
tit hoc idẽ Corn.libr.ij.consi.xxiij. videtur in
hac consultatione.col.penul.versic.& ad hoc
adduxi alio anno. Et ibi in fine consilij dicit
20 vnum, quod facit in proposito, † quòd guer-
ra dicitur casus insolitus quando mora fuit
ex causa non verisimiliter opinata inter par-
tes, quæ erant colligatę, & longissimo tẽpore
amicissimæ, & quando casus nunquā euene-
rat in illa regione, qui post contractum eue-
nit, dicitur insolitus, secūdū glos.in l.fistulas.
§.frumenta.ff.de contrah.emp. & propterea
de eo non dicitur cogitatū. vt declarat Ripa
in præallegato tracta.in ij.par. col.xiij. versic.
sed punctus est discernere, qui casus dicatur
insolitus, de quo non præsumitur cogitatū.
Et ideo ad huiusmodi onera superuenta pp
bellum seu casum valde insolitū & verisimi-
liter incogitatū non extenditur immunitas,
per d.§.frumenta.& l.Scio amico. §.medico.
ff.de an.leg.& ita putat indubitanter Alexā.
vetū in d.l.si ex toto.in prin.col.fin.versicu.&
hæc puto saltẽ vera.& ibi Soci. versi. tertia.&
vers.quarta conclusio.qui paulò ante dicit, q
illæ conclusiones sunt sequendę consulendo
& iudicando. Ex quibus omnibus resultat,
q propter defectū potestatis, formæ & volū-
tatis, & ex æquitate casuum superuētorum
domina Margarita nullo modo iuuari potest
ex asserta immunitate saluo maturiore iudi-
cio magnifici Marchionalis Consilij.

Ioan.Franciscus Purpuratus.

SVMMARIVM.

1 *Tempus fatalium non currit notorio durante bello, aut si currat, restitutio aduersus temporis cursum datur.*

2 *Conuentus in dubio, etiam si agentis probationes aliqua ex parte ipsius conuenti probationes excederent, absoluendus venit.*

3 *Intentionem suam unusquisque probare tenetur.*

4 *Sententiæ delegati non creditur, nisi de delegatione doceatur.*
5 *Delegatio per longi temporis lapsum præsumitur.*
6 *Pro processu indistinctè præsumendū est, si sit de longinquo, ita ut probatio difficilis sit.*
7 *Causa tribus commissa si à duobus tertio neq; uocato neq; impedito processus fiat, et sententia feratur; processus et sententia sunt ipso iure nulla.*
8 *Actus factus forma non seruata nullus est.*
9 *Sententia an nulla sit ad quam audiendam nullus citatus uel assignatus fuit.*
10 *Sententia lata nemine postulante sententiam pro se ferri; neque per contumaciam absente, partibus neque prodest neque nocet.*
11 *Procuratorium non, nisi probetur, præsumitur.*
12 *Verbis enuntiatiuis sententiæ non, nisi aliunde appareat, creditur.*
13 *Sententia lata sine processu & actibus substantialibus & necessarijs nulla est.*
14 *Pro delegatione, & mandato antiquitatis ratione præsumendum est.*
15 *Quando aliquid dicatur esse de antiquo ad hoc, ut pro delegatione & solennitatibus processus præsumatur.*
16 *Tempus centum annorum antiquum dicitur, quando per legem in probationibus dispensatur.*
17 *De nullitate perpetuò & semper opponi potest, ut quæ nunquam in rem iudicatam transeat, & numero 26.*
18 *Temporis præsumptio uel dispensatio culposo uel negligenti nihil prodest.*
19 *Testes relatiui siue auriti etiam mille non plus probant, quàm is à quo audierunt.*
20 *Protestatio in uno actu facta ad alios actus ex interuallo subsequutos non porrigitur.*
21 *Soluere pro alio sine mandato quis non præsumitur.*
22 *Solennitatum præsumptio ex antiquitate in his quæ necessaria erant interuenire tempore sententiæ allegari non potest:*
23 *Dispositio quando aliquo præsupposito loquitur, si præsuppositum illud non currit, dispositio locum non habet.*
24 *Enunciatio parte absente facta non inuat.*
25 *Verba enunciatiua, quibus contradictum fuit, sententiam non iustificant, etiam si à sententia appellatum non sit.*
27 *Consuetudo pluralitatem actuum requirit:*
28 *Sententia quæ habet euidentem iniustitiam & errorem in ea expressum nulla dicitur, & in rem iudicatam non transit.*
29 *Immunitas non soluendi causari potest annorum sexaginta spatio.*
30 *Bona fides & si alleganda sit, sufficit tamen allegatio tacita, quæ ex conclusione uel actis colligitur.*
31 *Sententia lata de consilio periti, de peritioris consilio quandoque reuocari potest.*
32 *Sententiæ executioni triginta annis præscribitur.*

CONSILIVM VII.

Edemptoris nostri Iesu Christi crucifixi nomine inuocato. Sentētia lata per magnificos auditores rationum Marchionaliū i fauorem cōis Montisinali cōtra communitatem Montisoroxij relatiua ad aliam præcedētem de anno 1499. est nulla aut saltem iniqua, & ita reuocanda in causa appellationis; & vt per clarissimū dominū Aduocatum fuit postulatū, declarādum est.
1 † quòd tempus fataliū non currit, aut restitutio detur aduersus cursum, si quis causatus fuerit durante bello notorio, quod iam bien nio vexat patriā hanc miserabilē, siue teneamus opinionē Abbatis in c.ex ratione.de app pella.in j.qō.quā Decius col.iij.dicit cōem.& defendit, quòd appellans isto casu seruetur illęsus, & ei ipso iure secūdus annus concedat. c.cū sit Romana. de app. Et quòd impedito ēt in secūdo anno detur à lege aliud tēpus absq; restitutione iudicis. §.hoc quoque sancimus in authen.vt sponsa.larg.vt Deci.disputando firmat in d.c.ex ratione.col.ix.in ij.qō.principali, siue teneamus opinionē Signor.de Homodeis consi.ccliij.in qōne vertente.col.ij. concludentis, quòd propter impedimentū guerrę detur restitutio in integrū appellanti. Cuius opinio tutior vř hoc casu, quo impedimētum belli durat biennio. glos.Bart.& Doctō. cōmuniter in authē.ei qui.C.de tēpo.appel. Et hac restitutione obtenta est pronūciandū nulliter aut saltem iniquè iudicatū per ipsos dños auditores, ad quod pręsupponendum est, quòd cōmunitas Mōtisinali originaliter actrix tenebatur probare suā intētionē, aliàs aut cōmunitas Montisoroxij debebat absolui.l.qui accusare.C.de edē.etiā quòd ipsa cōmunitas conuenta assumpsisset onus probandi, & nō probasset, & vt ibi dixi, & est gloss. in l. circa.ff.de prob.& Sal. in l.j.C.eo.tit. Quātò ergo magis absolui debuit, quia probabat cō munitatē agentē solitam soluere pro quarta parte, vt infra dicā, & cōitas agens nō verificauit quòd intēdebat se teneri nō nisi pro quinta parte ex quinque ad onera Marchionalia,
2 &c. † Quinimo si vtraque probasset, quod allegabat, & probationes cōitatis agētis ali-

qua

qua ex parte excederent probationes cõmu
nitatis conuentæ,adhuc erat cõuenta absol-
uenda in dubio.Abb. in c.ex literis.de prob.
& in c. in nostra. de test. ẽt si ecclesia ageret.
Dec.consi.cccccl xiiij.in causa magnificorum
cõmunitatũ.col.j.Intentio autẽ cõmunitatis
Montismali.supplicata illustrissimo quondã
domino Marchioni Frãcisco xvj. Nouẽbris,
1532.à qua omnis causa deducit̃,est, ꝙ stante
instrumento sñiæ allegatę non tenebatur ad
solutionẽ subsidij excellentiæ suæ debiti, ni-
si pro quinta parte, de quinq; cũ cõmunitati
bus Mõtisoroxij & Prati de Leues,quæ tene
bantur ad onus aliarũ quatuor partiũ,& prę
tendebãt indebitè tantũ soluere pro tribus
partibus ex quatuor, & ita indebitè grauare
cõitatẽ Montismali,& ita tenebatur cõmuni
tas agẽs probare talia narrata, tã quatenus
3 continet negatiuã, q̃ affirmatiuã, † cũ quili-
bet teneatur probare illud in quo se fundat,
siue affirmet.l.ei q̃ dicit.ff.de proba.siue ne-
get.l.in illa.vbi Bar.& Aret.ff.de verb. obl.&
idẽ Bar.consi. lxxxj.Martinus Forniconus in
ij.dubio.& Alex.li.j.cõsi.lxxxiij. col.j.ac alibi
sæpè.sed neutrũ probauit, quia primò pro-
ducit assertũ instr̃m prætensę sñiæ,quæ dici-
tur lata anno 1499.die xxvj.Aprilis,quæ non
iuuat ex multis. Primò quia non constat de
delegatione magnifici dñi Francisci Cana-
tiæ,& minus de subdelegatione, quã ab eo
4 allegant iudicantes, † & tamen de his cõsta-
re deberet.c.cũ in iure peritus.de offic.dele.
& propterea gl.ibi admonet eũ qui obtinet
sñiam à delegato, vt seruet instrumentũ de-
legationis, quia nõ præsumeretur aliàs pro
sententia. Nec creditur verbis enuntiatiuis
instrumenti de ipsis delegatione & subdele-
gatione.l.ex his.C.de testa.milit.cũ ibi plenè
notatis,& p tex.in c.qm̃ cõtra falsam.de pro
bat.vbi Inno. & posteriores, maximè q̃a nõ
enuntiat̃ ab aliqua psona, nec præsente ali-
quo,q̃ haberet ptãtem à cõitate Montisoro-
xij, & nõ est lapsum lõgissimũ tp̃s requisitũ,
vt verba enuntiatiua probent, & ita admit-
tit Dec.in instr̃o enuntiante delegationẽ in-
ter duas cõmunitates,consi.xlij.diligẽter in-
specto tenore in iiij.dub.Et ad hæc nõ obstat
quod Fel.in c.sicut.de re iud.col.xvij.in vj.ad
uertentia,versi.si autẽ quæritur, an sententia
iam longo tp̃e lata à delegato, &c.cõcludat,
5 † quòd per lapsum longi tẽporis præsumat̃
delegatio,allegat Prac.Papieñ.in forma sen
tentiæ diffinitiuæ,in gl. visaq; litis cõtestatio-
ne.col.iij.versic.& q̃ superius dicta sunt.pce-
dũt, &c. limitãs à se dicta pcedere ĩ proces-
su habito de recẽti,& ita ꝙ facilis est pbatio,
6 † vbi aũt acta essent de lõginquo,ita vt pba-
tio esset difficilis,tũc dicit indistincte p pro-
cessu esse p̃sumendũ,s̃m Host.in d.c.cũ in iu
re.& Io.And.ĩ d.c.qm̃. ne aliàs sequat̃ absur
ditas,maximè in multis sentẽtijs antiquis, p
quas nõ posset pbari de solẽnitate pcessus,
& sic finis liti p eas nõ imponeret̃,cõtra l.j.ff.
de re iud. Quia in proposito nõ dr̃ antiquũ
p spatiũ xxxiij.annorũ, q̃ vident̃ decursi ab
asserta sñia prima vsq; ad litẽ motã,sed lõgè
maius tp̃s exigitur, vt inferius demõstrabo,
& ita nõ est recedendũ à regula negatiua, ꝙ
nõ præsumat̃ p delegatione, qñ nõ apparet
sñiam latã inter partes præsentes, q̃ post litẽ
contestatã litigauerint,vt firmat Abb. in d.c.
cũ in iure peritus.col.pen.vers.circa s̃m.& di
cit indistinctè Bal.in l.gesta. C.de re iud.col.
fi.versi.quæritur vtrũ præsumatur de actis,ꝙ
pro delegatione non præsumitur. Secundò
narratur in ea sentẽtia, ꝙ subdelegatio facta
fuit cũ clausula,ꝙ si nõ oẽs, saltim duo inte-
resse debeatis,& ita presupponitur facta plu
ribus, q̃ duobus, & tamẽ duo tantũ legũtur
sententiasse. Nec cõstat,ꝙ alius seu alij cõde
7 legati se excusauerint;† ideo oĩs pcessus si q̃
fuisset, & sñia illorũ duorũ fuit nullus & nul
la.c.prudentiã.in princ.de offi.deleg.& clarè
firmant ibi Host.Card.Imo.& Abb.Fel.cõsi.
dxvij.visis in primo dubio.& Alex.in l.si per
errorẽ.ff.de iurisd.om. iudi. Cũ enim dicitur
facta delegatio, vt duo saltẽ interesse debe-
rent si nõ omnes, ista cõditio facit formã, vt
probatur in l.pretor.in principio.ff.de colla.
8 bono.† & forma nõ seruata,actus est nullus,
ẽt ꝙ nõ fiat cõtra formã,sed præter formã,vt
spãliter probat d.c.prudẽtiã.& ibi notat Ab-
bas cũ similibus,vt ponit Fel.in c.cũ dilecta.
de rescrip.versi.gesta cõtra formã. & pro his
conferunt dicta Bar.in fortioribus terminis,
in l.si vni.ff.de re iudicata.q.vj.nec hoc de im
pedimẽto aut excusatione collegarũ aliquo
modo enũtiatur in sententia,ideo nullo mo
do præsumendũ per infra dicenda in termi
9 nis fortioribus. † Tertiò nemo legitur cita-
tus ad audiendũ ipsam sententiam , nec as-
signatus, igitur sententia nulla est.l.j.§.item
cùm ex edicto.ff.quæ sententiæ sine apel re-
scindi.facit l. de vnoquoque.in princip.ff. de
re iudicata.cum similibus, vt ibi latè per Ale
xandrum, & nouissimè contra sententiam
delegati in principe scribit Decius consilio
dclxxxj.viso puncto, & diligenter.in secun-
do dubio.

do dubio. nec etiam hoc de citatione aut assignatione ad audiendum sententiam aliquo modo enuntiatur, sed solùm quædā assignatio ad exhibendum, quæ nihil commune habet cum assignatione ad audiendum sententiam, arg. l. fin. ff. de calumniatoribus. cum simi. quæ nota sunt. † Quartò lata legitur nemine postulante sententiam pro se ferri, nemineque per contumaciā absente, ideo neutri partium præiudicat, neque prodest. l. furioso. ff. de re iudi. & firmat Bar. in l. properandum. §. sin autē reus. C. de iudicijs. & quāuis lata legatur præsentibus Antonio Gosso pro Monteoroxio, secū existente Aegidio Iacobo Merlo & Clauatio Rubei pro Montemalo, tamen non dicitur, quòd sententiam ferri postulauerint. Secundo non exprimitur, quòd respectiuè essent procuratores

11 dictarum communitatum, † & hoc non est præsumendū. Bald. in l. ij. C. si ex falsis instrumentis. versi. quęro quid si dominus. Alex. in l. qui in aliena. in princ. ff. de acquir. hæred. & facit ratio, quia mandatum in facto cōsistit. l. consilio. in fine. ff. de cura. fu. & quæ in facto consistunt debent probari, & nō præsumuntur, d. c. cū in iure peritus de offic. delegati. & ita Bal. in rub. C. de fide instru. col. iij. Abbas lib. ij. consi. lxix. super eo. col. ij. & Decius cōs. ccccxxxvij. quæritur an homines Cortinarū. Tertiò ēt si sentētia exprimeret dictos Claudium & Iacobū, vt procuratores communi-

12 tatū cōparuisse: † tamē nō staretur verbis sententiæ, quæ enuntiaret aliquos procuratores, nisi aliūdè de procura seu mādato appa ret, vt est dictū Innoc. in d. c. cū in iure. & ibi Fel. col. v. versic. snia enuntians, q procuratorem. &c. sequitur Angel. & in §. hoc insuper. col. ij. in Auth. vt sponsa. larg. colla. ix. versicu. sed nūc quæro. vbi limitat, nisi de mandato iudicis esset transcriptū mandatū, & positū in snia vel in actis parte aduersa sciente. & cū Angelo Ias. tenet in l. ex his verbis. C. de

13 testa. mili. col. penult. † Quintò asserta snia redditur nulla, quia non constat de aliquo præcedente processu, & cōsequenter de actibus substantialibus, & necessarijs, & sine quibus snia nulla redditur, de quibus in auth. offeratur. C. de litis contes. & glo. in c. de causis. in verbo, partiū. de offi. deleg. quæ dicit, q etiā de consensu partiū talia remitti non possunt. Et huic fundamēto ac suprascriptis nō obstat, quod adduxit dñs Consultor cuius opinione iudicarūt nouissimè Magnifici domini Auditores, q in cōsilio dicit, q licèt nō

præsumatur pro delegatione aut mandato, fallit ratione antiquitatis, ex his quæ latè scribit Curtius antiquior consi. lxxvij. super motiuis redditis cōtra cōmunitatē Montisbaroc ij. vbi latè loquitur de præsumenda solennitate mandati ratione antiquitatis, & inciden

14 ter idē dicit † de præsumenda delegatione & rectitudine processus in sententia, & quia dicti de Mōteoroxio non fuerunt prosequuti appellationē ab ipsa sententia interpositā, ideo videntur ei acquieuisse. l. fi. §. illud. C. de tempo. app. & ille qui tacet, habetur pro non contradicente sententiæ, ideo verba enuntiatiua snia probant. Bar. in l. j. in fi. C. de relat. & Alex. lib. ij. consi. cxxxvj. col. ij. Quia ad hæc in quibus totū fundamētū ipsius domini Consultoris consistit, multipliciter respōdetur. Et in primis ad illud sumptū ex ratione antiquitatis aduertendū, q difficultas est,

15 † quando aliquid dicatur esse de antiquo ad præsumēdam delegationē, de qua loquitur tex. in d. c. cū in iure. & solennitates processus, de quibus loquitur dictū c. quoniā cōtra falsam. & ex dictis Doctorū ibi multiplex opinio reperitur aliquibus dicentibus, q dr de antiquo quando lapsum est bienniū, arg. c. ex ratione de appell. alij dicunt, q lapsis decem annis, arg. l. qui in aliena. in prin. nōnulli putant esse viginti annos, arg. c. venerabilis. cū ibi notatis. de except. nonnulli arbitrantē etiā triginta annos, arg. c. peruenit. de empt. & vēd. & in hoc se fundauit dictus dominus Consultor. Plerique tenent, q hoc sit arbitrariū bono iudici, postquam iure cautū non reperitur. l. j. ff. de iure delib. Hostiensis in c. Albericus. de testibus. prout ponderatur ab Aretino in d. c. quoniā. loquitur de longissimo tēpore, quasi tunc per legē dispensetur cū probatione, propter difficultatē, quę ex lapsu tēporis insurgit, vt in c. veniens. de verbo. signific. & in l. si arbiter. ff. de probatio. ex quibus legibus videtur Hostiensis intellexis-

16 se de † tempore cētū annorum, & ista vr cōis opinio, vbi per legē dispensatur in probationibus, quasi centū anni sit tps longęuæ vitæ hominis. l. fi. C. de sacros. ecc. & ista est finalis opinio Innoc. in c. veniens. col. ij. de verb. sig. Imol. in l. ij. §. idē Labeo. ff. de aqua pluuia arcēda. vbi dicit, q licèt Butrius in c. veniens. el j. de testibus. dicat, q sufficiunt anni quadraginta allegādo p se Innocentiū, vbi supra, tamen finalis opinio Innocētij est de centū annis, & pariter quāuis Alex. lib. j. cōsilio cxlvj. videretur inspectus. colum. ix. putet sufficere annos

annos quadraginta, vel relinqui hoc arbitrio iudicis inducendo pro hoc vltimo subtiliter Bart. in l. si quidem. C. solu. matrimonio. Nihilominus Ias. vbique legendo & consulendo admiratur de Alexan. & dicit requiri tempus centum annorum, quam opinionem tenuit ipse Alex. & dixit communem in l. cum aliquis. C. de iure deliberandi. ita firmat ibidem Ias. colum. fina. allegãdo plures, & lib. j. consil. lxxxj. factum sic se habet, erant in castro Cortandoni. col. penult. versic. solùm restat. Et illam opinionem, quòd post bienniũ præsumatur pro actis & processu, vt sententia valeat, nõ vult ipse Ias. admittere in repet. l. admonendi. ff. de iureiuran. col. lxxxiij. in iij. quæst. Bart. versic. vltimò adde ad illud, quod dicit Bar. de sentẽtia de antiquo lata, &c. sed se remittit ad dicẽda in articulo, de fama, in quo postmodum col. lxxxv. versi. quando autem dicatur de antiquo, concludit, quòd exiguntur centum anni. Illa autem secunda opinio de viginti annis, quæ fuit Cald. non fundatur concludenti iure, quia & si quæstio exceptionis falsi admittatur vsque ad viginti annos, vt habetur & notatur in d. c. venerabilis. & est tex. in l. querelam. C. de falsis. & ita exceptio, quòd sententia non habuit suum debitum ordinem siue processum vsque ad illud tẽpus opponi possit, vt arguebat Cald. non tamen sequitur, nec valet argumentum negatiuè, post viginti annos non potest excipi de falso, ergo nec dici de nullitate, quia nullitatis dictioni non tam cito præscribitur,

17 † cùm de ea opponi possit semper & perpetuò. glo. magna in fine, in Can. vnde quæritur. xxxv. quæst. ix. Angel. in l. sicut. per notata ibi, per glossam C. de præscrip. triginta annorum. & Bal. in l. scire oportet. §. finali. ff. de excus. tutorum. Et ratio est in promptu, quia allegatio falsi repugnat præsumptioni iuris semper & à principio. l. cum precibus. C. de fide instru. Non autẽ allegatio nullitatis sententiæ, de cuius actis & processu præcedenti non apparet. d. c. quoniã contra. ibi, alioquin non pro sententia pręsumatur. Ex quo infertur minus tenendum, quòd sufficiant decem anni, per d. l. qui in aliena. vt pungit Aretinus in legibus præallegatis, ad quæ iura vltra respondetur quo ad terminos nostros, quòd ibi cum decennio propter quod dicitur præsumi solennitas interuenisse, concurrebat scientia & patientia domini seu patris, de quorum interesse agebatur, & possessio decennalis, quam allegabat adiuisse iussu patris, ideo nimirum si solennitas præsumitur, vnde secus esset, si ex parte patris esset ignorantia, quę potuisset aditionẽ sine suo iussu factam expugnare, vel si filius, qui adiuit nõ possedisset bona hæreditatis aditæ decẽnio.

Et eodem modo respondetur ad cap. peruenit. de emptio. & vend. quo motus fuit cõsulere sententiæ vltimę, quia ibi emptor possedit triginta annis, ideo cursus temporis cum possessione operatur concurrente scientia valentis impugnare, & ita Alexand dicit lib. iij. consi. ix. viso themate. colum. vltima.

Sed in casu nostro vtrunque deficit, quia illi de Montemalo à die latæ sententiæ non soluerunt nisi ad quintam partẽ, vt dictabat dicta sententia prima, imò soluerunt ad rationem quartæ partis in subsidio imposito quatuor annis tunc proximis, cùm illustrissimus Ludouicus Marchio profectus est Neapolim, anno 1503. & ita fecerunt in alijs oneribus, quę contigerunt vsque ad litem motam, vt testes examinati dicũt. Ex parte quoque communitatis Montisoroxij non interuenit scientia & patientia ex quo nulla erat possessio in parte aduersa, quæ sciri posset. l. eius qui in prouincia. in princ. ff. si certum petatur. & quia cõmunitas Montisoroxij ante litem vltimo motam pręsumeretur ignorare prætensam sententiam. l. verius. ff. de probat. auth. hodie. C. de temp. appell. l. j. §. biduum. cum ibi notatis. ff. quando appel. sit. Nec sciẽtia dictorum Antonij Gosli & Iacobi Merlo est attendenda, quia non nominãtur, nec præsumuntur procuratores communitatis Montisoroxij, vt prædixi, & latius comprobabo. Et dato citra veri præiudicium, quòd tertia opinio teneri posset tẽpus esse arbitrarium, tamen non fuit arbitrandum, quòd anni triginta sufficerẽt in casu isto propter partis aduersę dolum, aut negligentiã, quę tanto tempore tacuit sententiã, & soluit quartã partẽ, & si antè recusasset soluere allegando talẽ sententiã, citius cõmunitas Mõtisoroxij

18 de nullitate dixisset. † Nam vbi aliàs ex cursu tẽporis pręsumitur vel dispensatur, vt sufficiat leuior probatio, fallit quãdo se fundãti in tẽpore põt culpa vel negligẽtia adscribi. Abb. in c. licèt ex quadã. de testib. & in c. veniens. el primo. eodem tit. dum dicit, non ita probare testimoniũ de auditu vel per famã etiã in antiquissimis, quando potest agẽti vel authoribus culpa imputari, & conserũt dicta Bar. in d. l. admonendi. colum. ix. versi. quæro quid si reperiuntur dicta testium. qui volunt, quòd

quòd probatio irregularis quæ aliàs ex cauſa
admittitur per exemplum non conſtito de
originali, per famam ſine vera ſcientia, per
teſtes ſine ſolennitatum productione nun-
quam admittatur, vbi parti poteſt imputari
culpa vel negligentia, & hoc in terminis no-
ſtris ſuadet ratio, quia aliàs eſſet aperta via
fraudibus, quia potuiſſet communitas Mon-
tiſmali, & quilibet obtinere ſententiam mihi
præiudicialem me ignorante aliquo pro me
cōparente ſine mandato, & nullo proceſſu
præcedente, & ea tacita per triginta annos
omnino & verbis & re tandem contra me
agere, qui non poſſem negatiuam proceſſus
& mandati probare contra verba & rationē
dicti capituli, quoniam contra falſam, & re-
gulam, quòd malitijs obuiandum. l. in fundo
ff. de rei vendica. cap. ſedes. de reſcrip. & pro-
fectò magnum eſt, quòd per triginta annos
tacuerit, & interim onera ſoluerit pro modo
quartæ partis, ſi ſententiam validam habuiſ-
ſet. Et ad hoc non obſtant teſtes ex aduer-
ſo examinati ſuper capitulis, quòd prætenſa
ſententia ab annis viginti fuerit deperdita,
& reperta ab annis tribus &c. Primò quia te
ſtes non probant qui ſunt de Montemalo, &
ibi fatentur agnoſcere onera, ad quorum di-
minutionem agit communitas Montiſmali.
Bart. in l. in tantū. §. vniuerſitatis. ff. de rerum
diuiſione. Secūdò quia nullus eſt teſtis qui
deponat cum ratione veræ ſcientiæ aut præ-
ſumptę de caſu perditionis, prout requiritur.
cap. cùm olim. el primo. vt ſuper amiſſione
teſtes reciperet de priuileg. Bar. in l. j. colum.
antepenul. verſi. iuxta prædicta. ff. ſi certum
petatur. Tertiò quia non eſt niſi ille Ioan-
ninus Ferrandi primus in ordine, qui depo-
19 nat, cùm alij ſint relatiui ad eū. † Vnde ſi eſ-
ſent mille non plus probāt. quàm ipſe à quo
dicunt audiuiſſe, dicto cap. licèt ex quadam.
ſed vnus teſtis non probat, cap. in omni. de te
ſtib. l. vbi numerus. ff. eodē. maximè quia nō
eſt omni exceptione maior, per ſupradicta.
gl. in §. item verborum. Inſtitutio. de inutili.
ſtipul. adeò vt nec ſemiplenè probet, Barto-
lus in dicta l. admonendi. Quartò etiam ſi
omnes obiectiones ceſſarent, & verum eſſet
quòd à viginti annis perdita fuit prætēſa ſen
tentia, tamen non ceſſat culpa partis, quæ il-
lam non exhibuit, ſed ſoluit ad rationem
quartę partis anno 1503. & anno 1513. vt teſtes
noſtri deponunt. Et ad hoc non refraga-
tur conſideratio domini Conſultoris ſecun-
dæ ſententiæ dicendo, quod per proteſtatio
nem ipſorum de Montemalo in prima ſolu
tione fuit conſeruatum eorum ius. l. j. C. de
his qui ſpon. munera ſubeunt. Primò quia
talis proteſtationis tempore, ſcilicet de anno
1503. nullum ius erat ex curſu temporis indu
ctum, quod præſumptionem proceſſus & ri-
titudinis induceret. Secundò quia fuit
clandeſtina quo ad communitatem Montiſ-
oroxij abſentem, ideò nō iuuat. l. cùm in plu-
res. §. locator, ſecundum vnum intellectum.
ff. locati. & Bartol. in l. non ſolùm. §. morte. ff.
de noui operis nuntiatione. colum. viij. verſi-
culo, circa ſecundum, cui fieri debeat pro-
teſtatio. Tertiò quia etſi poſſet iuuare quo
ad exactorem ſubſidij & Marchionalis inte-
reſſe, tamen non iuuaret reſpectu aliarum
poſteriorum ſolutionum ab anno 1503. facta
rum, in quibus ſine proteſtatione agnoue-
20 runt quartam partem, † quia proteſtatio in
vno actu facta, nō porrigitur ad alios actus,
qui ex interuallo ſequuntur. Bartolus. in l. pa
cta nouiſſima. C. de pactis. Et ita ex omni-
bus his concluditur, quòd ratione pōderatæ
antiquitatis non fuit præſumendū pro actis
neceſſarijs ad ſententiam maximè delega-
tione, ſubdelegatione & mandato, & in ter
minis mandati in quibus loquitur Curtius
conſilio lxxvij. per dominum Conſultorem
allegato, conſiderandum eſt, quòd non re-
probat indiſtinctè Bald. in dicta l. ij. C. ſi ex
falſis inſtru. ſed inquantū Bal. dicebat, quòd
mandatum non præſumeretur ex ſpatio mil
le annorū, quia vult Curt. minus tempus ſuf
ficere, puta, centū annorum, & ita Dec. intel
ligit in l. j. C. qui admit. col. iiij. verſi. vnum no
tandū eſt, quòd in mādato. Et vltra ſecundò
principaliter pro reſpōſione aduertendū, ꝙ
vna pręſumptio tollit aliā. l. diuus. ff. de in int.
reſt. Sed nō eſt præſumptio, ꝙ cōmunitas Mō
tiſmali ſoluiſſet toties quartā partē, ſi ſolū te
nebatur ad quintā ex ſentētia valida, quia ſic
plus debito ſoluiſſet, etiā cùm ſciret & habe
ret prætenſum iudicatū, cōtra l. cùm de inde
bito. in princ. ff. de prob. ideo difficilius inſur
git cōtra huiuſmodi præſumptionē ex anti-
quitate pręſumptio mādati vel ſolēnitatis, &
maximè quia vt mandatū præſumatur etiā
ſpatio centum annorum, vel ſolennitas alia
ex tempore præſumatur, exigitur, quòd effe
ctus, qui apparet ſequutus cōueniat & corre
ſpondeat tali præſumptioni, vt prædixi circa
dictam l. ſi filius. & ideò dicit Angelus in di-
cta l. qui in aliena. in prin. ꝙ ſi quis emit rem
minoris, & diu poſſedit, præſumit ſolēniter

facta

facta venditio, quia effectus possessionis quę
apud emptorē fuit continuata, & reperitur,
bene consonat tali præsumptioni, & ita erat
in casu Curtij d. consil. lxxvij. quia possessio
cōmunitatis Montisoroxij subsequuta con-
cordabat cū præsumptione mandati. Sed
hic effectus aliquis non est subsequutus, qui
correspondeat alicui pręsumptioni pro ali-
qua sententia disponente de quinta parte tā
tum, &c. imo solutiones omnes contrarian-
tur factæ ad rationem quartæ, & ideo sicut
actus solutionis coadiuuat præsumptionem
mandati quando illi congruit, ita vt tunc fa
21 cilius ex tempore præsumatur,† quia verisi-
militer quis non solueret pro alio sine māda
to, arg. d. l. cum de indebito. & ita domini de
Rota decisio. iij. tit. de causa po. in antiquis.
Fel. ī d. c. sicut. in vj. declaratione supra addu
cta, & Decius consi. xlij. in quinto dubio. &
in d. l. j. C. q admitti. ita destruit pręsumptio-
nem mandati, & alterius solennitatis quan-
do solutio repugnat actui, pro quo præsum-
ptio allegatur, vt idem operetur oppositum
in opposito, quod propositū in proposito. l.
22 & si contra. ff. de vulg. & pupil. † Tertiò præ-
sumptio solennitatum ex antiquitate non
potest allegari in his quæ erant necessaria tē
pore sententię interuenire, & tamen non le
gūtur in ea interuenisse, vt petitio, quòd sen
tentia ferretur, iuxta d. §. si autem reus. & le
ctura ipsius sententiæ per præfatos delega-
tos, quinimò legitur lata per notarium, &
ideo nulla est, tex. in l. ij. C. de sentē. ex breui.
recit. c. fin. de re iud. lib. vj. ideo pręsumptio, si
quæ insurgeret ex diuturnitate temporis, tol
litur per inspectionē instrumēti sententiæ,
in quo constat non fuisse seruatam formā à
iure requisitā in ipso actu sententiæ, tam re-
spectu partium, quàm iudicū, vt in fortiori-
bus terminis dicit Paulus de Crastro cōsilio
xlviij. in causa quę vertitur. cuius decisio non
potest cauillari in terminis nostris, sicut fit
quando agitur de alia solennitate nō ita prę
cise necessaria in actu ipso sententiæ, vt per
Decium cōsi. cccxlj. viso puncto. col. vj. versi.
non obstat, si diceretur. & consil. ccccix: viso
consilio domini Ludouici. col. j. versi. non ob
stat illud. & ibi respondendo cōcludit, quòd
quando in instrumento non apparet de solē
nitate, verum est, quòd tempore instrumen
ti adhibita nō videtur, quia si interuenisset,
verisimiliter fuisset expressa in instrumento:
sed quando est solennitas, quam alio die suf
ficit interuenisse, tūc præsumitur ex tempo-
ris diuturnitate, quando interuenit scientia
& patientia eius, qui actum impugnare po
tuisset cū diuturna perseuerantia & obser-
uantia actus, Allegando Alex. d. consi. ix. vi-
so themate. col. fina. lib. iij. & conferunt dicta
Fel. in d. c. quoniā. col. xvij. versic. limita vno
modo istam conclusionem. dicens, quòd in
huiusmodi casu negatiua ꝓbatur per inspe-
ctionem. l. fi. C. de rebus credi. Secundò prin
cipaliter respondeo ad illud quod dominus
Consul. considerauit, quòd verba enuntiati
ua iudicū probant acta & delegationē præ-
cessisse, quia prolata partibus præsentibus,
& sententia transiuit in rem iudicatā. Et pri-
mò est cōsiderandū, ꝙ nō enuntiat acta sub-
stantialia iudicij, vt petitionē, litis contesta-
tionē, conclusionē causę, citationē seu moni
tionem ad audiendum sententiā, ideo super
nō enuntiatis nō pōt fieri fundamētū, quia
cum Doctores se fundent super taciturnita
te & consensu partis ad enuntiata, vbi cessat
enuntiatio, cessat consensus, argum. cap. cū
cessante. de appellat. & consensus limitatur
ad enuntiata. l. in agris. ff. de acquiren. rerum
23 dominio.† & quia quando dispositio loquit̄
aliquo præsupposito, si illud præsuppositum
non cucurrit, dispositio non habet locū. Iac.
Butri. quem Salic. & Fulgosins sequuntur in
l. mācipia. C. de seruis fugitiuis. & Romanus
singula. ccclxxxvj. statutum. & ideo sentētia
adhuc nulla manet, etiam pręsuppositis om
nibus enuntiatis. Secundò cum ministerio
Bar. in authentica, si quis in aliquo documē-
to. in fi. C. de eden. ponderat præsentiam, ta
citurnitatē & tacitum consensum partis nō
contradicentis enuntiatis, aut non appellan
tis intra decem dies, vt idē Bar. dicit in l. j. C.
24 de relat. † quia parte absente enūtiatio facta
nō iuuat, vt Bar. & posteriores apertè volūt
per dictā auth. modo in proposito talia enū-
tiata sunt absentibus partibus, quia compa-
rentes non habebant pro communitate mā
datum, nec habuisse præsumuntur, vt ex di-
ctis supra patet. Tertiò fuit per eū qui sine
mādato pro cōi Montisoroxij comparebat
expressè sententiæ contradictū, & inconti-
nenti appellatū, vnde sumus totaliter extra
terminos Bar. in locis prędictis & Doc. cōcor
dantiū, quos signāt Mod. in d. c. quoniā. col.
xxj. versi. subsequēter quærit̄. & remanemus
25 sub regula, † ꝙ talia verba, quibus fuit cōtra-
dictū, nō iustificāt sniam, vt per Inn. & ibi, &
Abb. Card. cōsi. lxxij. sigillatim. & Ant. consi.
lxviij. excellētis. dnę collateralis. col. ij. vers. ij.
Nec

Nec obstat ad hoc consideratio consultorũ, quòd appellatio fuerit deserta, quia si ꝓcessit per præsumptiones quãtũcunque à parte non allegatas contra l.si adulterium cũ incestu.§.idem Pollioni.ff.de adulterijs. quę contra nos allegauit in consilio Cur.antiquitatis etiam ratione non præsumpsit appellationẽ prosequutam, & maximè quia tali præsumptioni cõgruebat effectus subsequutus. Sed vltra respondetur, quòd postquàm fuit contradictum sententiæ, illa enuntiatio non probat, etiam quòd non appelletur, vt est de mente Bartol.in d.l. prima.qui ponderat appellationem intra decem dies, quando tempore sententiæ non fuit contradictum, ergo vbi contradictũ, appellatio, vel aliud post contingens non consideratur,quia contradictio consummauit effectum impetrati, nec enuntiata probarent ratione demonstrati dissensus & negationis enuntiatorũ:& dato, quòd sententia post transeat in rem iudicatã, quia appellatio deseratur, tamen dicta verba non probant ratione consensus, postquàm de expressa contradictione appatet, & tunc solùm remaneremus in articulo, an præsumatur pro actis & processu sententiæ, quæ transiuit in rem iudicatã, non habita tunc ratione enuntiatorum, in quo & si dicatur, quòd sic per Innocen.in d. cap.bonæ. el primo. de electione. Alexand. lib.ij.consi.xxij.viso processu.& maximè quãdo sententia antiqua. Alexand.lib.v.consilio xxxv. tamen hoc non nocet nobis, qui hic nullus est transitus in rem iudicatã, ex quo
26 sententia alijs respectibus est nulla, † & nullitas nunquam transit in rem iudicatã, vt supra probaui, & ita in terminis dicit Decius in d.cap.quoniã contra. col.xvij.versi.& hoc quod dictum est, de re iudicata, sanè intelligitur. Et ita quinque fundamenta nullitatũ contra assertã sententiã facta sustentantur. Sed adest fortius & sextũ tã nullitatis, quàm euidentis iniquitatis, quoniã præfati delegati apertè dicunt partes nulla sibi produxisse probatoria.sed velle stare taxis antiquis thesaurariæ Marchionalis, & quòd ipsi iudices viderũt libros antiquos, & maximè Georgij Pagani, in quibus reperitur magnus numerus subditorum & onerũ,in quibus non reperiuntur illi de Montemalo cum illis de Monteoroxio communiter soluisse, ideo ex his libris nulla potuit colligi probatio negatiuè, in qua fundetur intentio Montismali. Secundò dicunt vidisse libros Antonij Buscalgæ, in quibus reperitur subsidium anni 1469.in quibus scribitur Montemalum pro quinta parte teneri & soluisse mediũ ducatũ vltra debitũ, & propterea dicunt tertiò se insequentes formã antiquã declarare ad dictam quintã partẽ. Ecce enim quòd sine legitimis probationibus contra mentem partium, & per errorẽ expressum iudicant primò, quia partes dicunt velle stare taxis, & sic pluribus, regula, pluralis loquutio. libr. vj.& iudices dicunt se velle sequi votũ partium, & tamen iudicant ex vna taxatione in qua consensus partiũ, & ratio iudicum expressa fundari nequit. Primò ex l.vbi numerus.ff.de testibus.l.fin.ff. ad Trebell. & in dispositione partiũ litigantiũ, ita firmat Decius consi.ccccccxxij.pro vera resolutione. in j.col.versic.& ex his fundatur.Secundò, quia illa vnica taxa anni 1469. non potest dici antiqua habita relatione ad annum 1499. quo fuit iudicatũ, cũ nondũ essent finiti triginta anni, per ea quæ supra dicta sunt, declarando quę dicantur antiqua.Tertiò, quia ex vnica solutione non possunt dici consuetæ partes ita soluere & inducta consuetudo, vt illi de Montemalo non soluerent nisi quintam,
27 † quia consuetudo requirit actuũ pluralitatẽ,Cyn.& Doct.in l.j.C.quæ sit long. consuetu. & quod semel fit, rarò fieri dicitur. l. ex his.C.de legi.l.fin.§.sed quia.C. de iure delib.& maximè quia adhuc vltra quintã sol-
28 uerunt, † & ideo cũ talis sententia habeat euidẽtẽ iniustitiã & errorẽ in ea expressum, dicitur nulla, & non transit in rem iudicatã, & pro eius rectitudine non præsumitur, vt per Abb.in d.c.quoniam. cum similibus, vt ibi Moderni ponũt col.xviij.& xix. in ij.& iij. casu.maximè, quia iudices se fundant in illa taxa & libris ex quibus esse dicunt probatã taxã antiquis, & tamen ita non est,sicque apparet de errore litigantiũ. Butrius in c. ab excommunicato.col.iij.versi.quãdoque fertur sententia.de rescrip. Alex.in l.ex diuerso §.fin.ff.solut.matrimonio. & Aret.in l.si is ad quem.ff.de re iudi.Ex his tandem clarissimè constat, quòd in illa prima sententia antiqua non se debebat fundare dominus consultor,de dictis testiũ ex aduerso examinatorũ fundamentũ nõ fecit,nec facere potuisset,cũ loquãtur de auditu alieno,& per verbum, tenet, contra l.testiũ.C.de testibus. vltra,quòd omnes sũt de Mõtemalo,& suspecti,vt prædictum est, bene debebat diligentius considerare dicta testium Montisorοxij omni

omni exceptione maiorum, & aduertere quòd deponebant de tempore annorū xxx. circiter de pluralitate onerum, de solutione facta per Montemmalum ad rationē quartæ partis, & per Montemoroxium duæ partes tantum ex quatuor, ita vt nedum inducta quasi possessio plus non soluendi, sed cōsuetudo, quæ probatur ex cursu annorū x. actuum frequentia, qui fuerunt tales, vt resultauerit tacitus consensus communitatum soluentium & principis cui soluebatur seu agentis pro eo, vt per Cyn. in dicta l.ij. colū. xij. versicu. quæro, quid si deponant testes. & Bald. in l. de quibus. colū. xv. versi. postremò.
29 ff. de legibus. †Imò & immunitas non soluendi vltra dictam dimidiā videtur ex prædictis causata Montioroxio, vt vltra huiusmodi dimidiā taxari nequeat, cùm ab annis lx. & citrà non fuerit in plus coæquata scientibus agētibus pro illustrissimis dominis Marchionibus & parte aduersa, & bona fides præsumatur, vt hæc prosequitur Alexand. lib. ij. consi. cxxxvj. in causa & lite. colum. penult. & nostri Moderni Taurinenses, tracta. præscrip. parte v. col. 50. versic. septimus casus. Sed non insisto, quia non expedit quò ad communitatem ex aduerso agentem, cū satis sit, quòd eorum intentio non sit probata, etiam quòd communitas Montisoroxij pulsata nil probasset, vt d. text. in dicta l. qui accusare. eam absoluendam fuisse cum victoria expen. l. eum quem temere. ff. de iudi-
30 cijs. Illud non omitto, †quòd etsi bona fides sit alleganda, quamuis præsumatur à iure, vt dicitur in consi. ij. sententiæ per d. §. idem Pollioni. tamen sufficit allegatio tacita quæ ex conclusione colligitur, Romanus cōsilio lxxvij. pater reuerende. vel quòd ex actis colligatur, secundum Socinum in l. cū quid. ff. si certum peta. vbi dixi. colū. xxiiij. & ibi post Dec. versic. sextò limitatur. probaui quod talis allegatio non erat necessaria in hac causa delegata, vt cognoscatur sola facti veritate inspecta, & vltra sufficit, quòd fiat in causa appellationis. l. per hanc. C. de temp. appel. & in his allegationibus iuris Alexand. in addit. Bartol. in dicto §. idem Pollioni. & Decius in l. non hoc. C. vnde cognati. in secūdo notab. Et ita remotis omnibus fundamentis domini consultoris patet pronunciādum esse ex maturiore consilio inaduertenter iudicatum, bene vero appellatum, supplicatum, recursum & de nullitate dictum, &
31 merito. †Quia sententia lata de consilio periti, potest quandocunque reuocari de consilio peritioris. Rom. consi. cccxxviij. pro plena. in fine, & Alexand. in l. si ab hostibus. §. si vir. ff. soluto matrimonio. Et tanto magis, quia supra detexi plures nullitates, ad quas hactenus nōn fuit animaduersum, & nullo modo potuit post xxx. annos pronūtiari sententiam esse exequendam seu obseruandā.
32 †Quia tanto tempore exequutioni sententiæ præscribitur, sicut & omni iudicio, officio & actioni. l. sicut. & l. omnes. C. de præscrip. xxx. annorum. & consequenter & executioni sententiæ, Bald. in rub. extra de rescriptis. Et ita iudicandum contra Montemmalum malam causam fouentem, alio non edocto, salua correctione &c. Ita vt supra cōsulo iuris esse, Ego Ioannes Franciscus Purpuratus Iureconsultus & Senator, & in fidem me subscripsi manu propria, ac signum meum apponi iussi.

SUMMARIUM.

1 *Feudum antiquū, & auitum & paternū sine superioris domini & agnatorum consensu alienari nō pōt.*
2 *Vasallus si sine domini consensu feudum alienat, ipso iure feudo priuatur, & si antiquum sit, agnatis, & non domino acquiritur.*
3 *Vasallus in præiudicium agnatorum de feudo disponere etiam in testamento non potest.*
4 *Alienatio fideicommissi ratione prohibita dicitur.*
5 *Alienatio rei particularis feudi non ualet.*
6 *Scientia ex indicijs & coniecturis præsumitur.*
7 *Testamenti notitiam habuisse præsumitur, qui aliqua de contentis in testamento adimpleuit.*
8 *Bona restitutioni subiecta alienari non possunt.*
9 *Ignorantiam probare tenetur qui de ea opponit & excipit.*
10 *Alienationis prohibitiones si geminatæ sint, alienatio nullo modo fieri potest, etiam in casibus à iure permissis.*
11 *Nulla clausula, nulla dictio, nulla syllaba in quacūq; dispositione siue legis siue hominis esse debet, sine uirtute aliquid operandi.*
12 *Alienatio totius sicut phibetur, ita & magna partis.*
13 *Feuda in generali bonorum hypotheca non ueniunt.*
14 *Argumentum à sufficienti diuisione seu partium enumeratione in iure ualet.*
15 *Feudum antiquum, auitum et paternum pater alienan do successoribus præiudicare non potest.*
16 *Res restitutioni fideicommissi subiectæ alienari non posse regulare est.*
17 *Alienatio quando à lege prohibetur, refert an fiat à sciente uel ignorante.*
18 *Alienatio à lege & testatore prohibita, si fiat, statim atque facta est, est nulla.*
19 *Alienatio siue sit nulla, siue sit aliqua, reuocatoria*

contra possessorem datur.
20 *Fructus percepti à tempore, quo competijt reuocatoria, reuocanti à possessore restitui debent.*
21 *Vasallus propter utile dominium fructus suos facit, licèt alius possideat.*
22 *Emptor qui sciens rem feudalem emit, rem & pretium perdit, item & euictionis regressum.*
23 *Stipulatio de euictione in emptionis contractu necessaria est.*
24 *Hæres particularis, hæres propriè non dicitur:*
25 *Hæres si non consequatur à defuncto illud quod sibi relinqui debuit, contra defuncti factum uenire potest, & nu. 28.*
26 *Filius, cui tantùm legitimam pater reliquit, nihil à patre habere dicitur.*
27 *Feudum antiquum filius reuocare potest, etiam si patris hæres sit.*
29 *Hæres ut quis sit primi inuestiti etiam in fundo hæreditario sufficit, & si ultimi defuncti hæres non sit, nec esse uelit.*
30 *Hæres mediante inuentario ultra uires hæreditarias non tenetur.*

CONSILIVM VIII.

Xcusandus profectò erã ab iniuncto mihi consultationis onere ĩ hac causa Baronię Antonis, tũ propter grauẽ sarcinã huius Montisferrati causæ, quæ hic tractatur, & me non modicũ premit, tũ quia periculosum est semota propriorũ librorũ cõmoditate in rebus maxime arduis ac difficilibus consulere. Accedit præterea quia (vt audio) viri excellẽtes ac doctrina præstãtissimi, ita ĩ hac re & causa copiosè adeoq; subtiliter & eleganter scripserunt, vt cæteris dicẽdi facultatẽ subtraxisse putem, sed postquã ita fuit de mente illustrissimi & excellentissimi principis ac domini domini Marchionis Salutiarum domini mei obseruantissimi, id munus suscipere non recusaui, quod charitatiuæ correctioni cuiuslibet melius sententis subijcio. Diuino itaque præsidio primitus inuocato, visa facti narratione ex qua ius oritur. l. si ex plagis. §. in Cliuo capitolino. ff. ad leg. Aquil. l. vt responsum. C. de transac. & l. precibus. cũ multis similib. C. de impub. & alijs subst. ac dubijs inde elicitis, quorum solutio petitur, subijcio duas breues conclusiones, ex quarũ verificationibus resultabit ipsorũ dubiorũ, de quibus in themate, clara responsio. Prima igitur conclusio erit ista, ꝙ Illustrissimus quondã d. Ludouicus Marchio Salutiarũ huius Moderni Marchionis pater non potuit primò hypothecare minusq; de iure postea vendendo alienare Baroniã Antonis, quæ mouetur de feudo antiquo, auito & paterno illustrissimi domini domini Dalphini Vieneñ. Secunda conclusio primæ correlariæ est ista, quòd illustrissimus dominus dominus Franc. Modernus Marchio Salutiarum, qui sicut præcessit illustrem & reuerendum do. Ioan. Ludouicum fratrem suum, licèt anteà natum in dicto Marchionatu & eius successione, eo quòd sit clericus beneficiatus, & in successione inhabilis, ita & in dicta Baronia Antonis post dictam Baroniam Antonis à quibuscunque detentoribus vendicare, cum fructibus perceptis etiam absq; pretij restitutione, vt infra dicetur. Primæ cõclusionis veritas resultat ex multis rationibus dictam venditionẽ fieri prohibentibus. Et primò considero prohibitionem legalem quæ habet duo capita. Primum caput est respectu feudi, quia cùm Baronia Antonis præsumatur esse feudum antiquum, auitum
1 paternũ, † sine dubio ipse illustrissimus dominus Ludouicus Marchio non potuit ad talẽ hypothecam, & posteà absolutam alienationem deuenisse sine consensu superioris domini, & quoque etiã agnatorum de consensu domini, est tex. in c. Imperialẽ. in princ. in tit. de prohi. alien. feu. per Feder. & in c. j. in tit. qualiter olim pot. feu. alie. quæ iura loquuntur de totali alienatione, de pignoratione autẽ seu hypotheca in rebus feudalibus prohibita, est tex. in c. j. §. in generali. in titu. si de feu. defunct. fuerit controuersia. & hoc adeò & in tantũ de iure procedit & est ve-
2 rum † ꝙ si vasallus sine consensu domini alienat feudũ, ipso iure priuatur feudo, vt vult glo. in d. cap. Imperialẽ. in §. calidis. in verbo, reuertatur. supra alleg. est bene verum, quòd si sumus in feudo antiquo, vt in casu isto, feudũ aperietur agnatis, & nõ domino, secundũ glo. in c. j. §. hoc quoque. in tit. de feu. success. & ibi Iaco. de Belui. Andr. de Isern. Bald. & Nicol. de Neapol. idem etiam tenuit Ioan. de Imol. in c. ij. de feu. vbi dicit, quòd in iudicãdo nõ esset tutũ recedere ab ista opinione. idẽ ẽt tenuit Io. Ray. in d. c. Imperialẽ. §. præterea. vbi dicit, ꝙ ista est magis cõis opinio, de cõsensu vero agnatorũ in tali alienatione seu
3 hypotheca requisito ꝓbatur † quia vasallus in

præiu-

præiudicium agnatorum non poteſt diſponere de feudo, etiam in teſtamento. cap. j. ibi, nulla ordinatione defuncti. in titulo, de ſucceſſ. feud. Si ergo teſtari non poteſt, multo minus debet poſſe de feudo contrahere in præiudiciũ ipſorum agnatorum. Cùm bonũ ſit argumentum de contractibus ad vltimas voluntates. l. ſeruum filij. §. eũ qui chirographum. ff. de leg. j. & l. iure ciuili. cũ ſimilibus. ff. de condit. & demon. ſi ergo non valet diſpoſitio in eorum præiudicium, ergo requiritur eorum conſenſus. Secundũ caput huius prohibitionis legalis eſt reſpectu fideicommiſſi, ex quo ipſe illuſtriſſi. Modernus Marchio ad dictã Baroniã fuit vocatus ex teſtamento illius reuerendiſſimi Cardinalis, qui diſpoſuit vt ſemper deueniret ad ſecundogenitum habilem, vel tertiogenitum exiſtente
4 ſecundogenito inhabili, † quo caſu vigore fideicõmiſſi dicitur eſſe alienatio prohibita, vt eſt tex. in l. fi. §. ſed quia. C. commu. de leg. & ibi Doct. & plures concord. refert Decius in ij. vol. conſiliorũ, conſil. ccxxxvj. in ſecundo dubio. quia prohibitione ſtante nemini dubiũ eſt, quominus dicere debebamus, ꝙ illa alienatio ita vniuerſaliter facta de tota Baronia, nulliter & malè proceſſit, ac iure prohibēte. licèt enim dicamus, quòd vbi res vniuerſaliter, & in genere ſunt ſubiectæ reſtitutioni fideicommiſſariæ, vt in caſu iſto valeat particularis alienatio facta de aliquibus ex dictis rebus, quando tamen & ab ignorãte, & tunc pretium venit tantùm in reſtitutione fideicommiſſi, vt eſt tex. qui ad hoc allegatur pro ſingulari in l. fin. ff. de legat. ij. per quem ibi ita communiter concludunt Dyn. Cyn. Bartol. & alij, vt not. Rayn. in auth. res quæ. in princi. C. cõmu. de leg. & ita etiã notant Bartol. & Salic. in dicta l. fina. §. ſed quia. C. commu. de legatis. ſupra allegato. quos refert & ſequitur dominus Alexand. in tertio volumine conſiliorum, conſil. iij. incip. viſo proceſſu cauſæ principalis. ij. col. verſicu. ſed ita eſt. quòd vbi tamen in terminis noſtris veritas eſt in contrarium, quia alienatio facta fuit de vniuerſa Baronia, & nõ de vna re particulari, etiam fuit facta à ſciente, & nõ igno-
5 rante fideicommiſſum, † quo caſu etiam alienatio de re particulari facta non valet. quòd verò tã præfatus illuſtriſſimus dominus Marchio venditor, quàm emptor haberent ſcientiam & notitiam fideicommiſſi, & de eo nõ ignorarent, oſtenditur ex multis in facto præſuppoſitis, de quibus in themate narratur, & maximè ex clauſulis in inſtrumento venditionis, vt præſupponitur, appoſitis, quæ ar-
6 guunt dictã † ſcientiã, in qua præſumitur ex iudicijs & coniecturis. ſecundùm Bald. in l. non ex eo. C. de euict. & Bartho. Veron. in tractatu de contractibus ſimulationis, in ix. præſumptione. Felin. in cap. ſi cautio. xxij. col. de fide inſtru. oſtenditur etiam ex eo, quòd ipſi domini contrahentes voluerunt, quòd illuſtres domini Ioannes Iacobus & Carolus ipſius illuſtriſſimi domini Marchionis fratres, ad quos ſucceſſiuè ſpectabat dicta Baronia vigore dicti teſtamenti & fideicommiſſi eidem contractui conſentirent ac renuntiarent, & cederent iuribus ſuis, necnon iuri dicti teſtamenti & ſubſtitutionis, ac omni iuri eis quomodolibet ſpectanti, ex quibus coniecturis & vehemētiſſimis præſumptionibus arguitur & concluditur ſcientia. cap. quia veriſimile. cap. afferte. & cap. ſcribam. cum multis ſimilibus, de pſump. bene facit ad terminos noſtros doctrina Bartol. in l. qui Romæ. §. duo fratres. in iij. quæſtion. ff. de verborum
7 obligationibus. vbi dicitur, † quòd ſi quis adimpleuit aliqua de contentis in teſtamento, præſumitur habuiſſe notitiã illius teſtamenti. refert & ſequitur Socin. primo volumine conſiliorum, conſi. lxxv. columna penultima ſed in omnē euentum, ex quo illuſtriſſimus dominus Marchio Modernus agens ad reuocationem iſtius feudi & Baroniæ habet in tentionem ſuam fundatam ex diſpoſitione
8 iuris communis volentis, † quòd bona reſtitutioni ſubiecta non poſſint alienari, dicta l. finali. §. ſed quia. ſupra allegato, & l. Marcellus. §. res quę. ff. ad Trebellianum. ſuccedit iu-
9 ris diſpoſitio, † quòd qui ex aduerſo excipit & opponit de ignorantia debet eã probare in caſu iſto, quia in exceptionibus reus eſt actor. l. in exceptionibus. ff. de probationibus. ſequitur Decius in præallegato conſilio ccxxxvj. in ſecundo dubio, quãuis regulariter dicamus ignorantiam præſumi. l. verſus. ff. de probationibus. facit quòd in ſimili dicimus de negatiua, quam licèt quis regulariter probare non teneatur, ſi tamen eſt fundamentum intentionis negantis, debet probari, vt eſt doct. Bartol. in l. in illa ſtipulatione, per te non fieri. ff. de verborum obligat. ponunt Moderni maximè Iaſon in l. prima. C. de iure emphyteutico. Secundo confidero, & iſta eſt ſecunda ratio, quòd vltra prohibitionem alienationis legaliter adeſt etiam alia prohibitio alienationis inducta ab ho-

mine, videlicet, inquantum ipse reuerendiss. dominus Cardinalis testator in dicto suo testamento expressè ipsius Baroniæ Antonis alienationem prohibuit. Et hic considero duplicem & geminatam alienationis prohibitionem, vnā legis, quæ habet præmissa duo capita, & aliam hominis, quæ duplicatio &
10 geminatio operatur hoc, † quòd vbi essemus in casu in quo de iure posset fieri alienatio rei alienari prohibitæ siue à lege siue ab homine, vbi tamen præmissæ prohibitiones duplicatæ & geminatę procedunt, nullo modo potest fieri alienatio, etiam in casibus à iure permissis. vt est textus in §. sanctissimus. in Authentico, de alien. & emphit. & est glossa magna, in fine in l. fin. C. de reb. alie. non alie. referunt & sequuntur Ias. in l. filiusfamiliàs. §. diui. iij. col. ff. de legatis j, & Socin. in consil. lxvij. circa finem. & Areti. consilio xxij. col. ij. & est ratio, quia si secus diceremus, sequeretur absurdum, quòd dispositio hominis quæ iuris communis dispositionem sequitur, esset sine effectu aliquid operandi, quod non est dicendū. cap. si Papa. de priuilegijs. libro vj. l. si quando. C. de inofficioso testamento. & est elegans doctrina Baldi in rub. in ix. quę
11 stio. C. de cōtrahenda empt. vbi dicit, † quòd in quacūq; dispositione siue legis siue hominis, nulla clausula, nulla dictio, nulla syllaba debet esse sine virtute aliquid operandi, allegat l. ita stipulatus. ff. de vsuris. & l. hanc legē. ff. de contrahenda emp. bene faciunt quę congerit Felinus in c. primo. in verbo. priuilegium. extra, de rescriptis. Succedit præterea alia ratio, quia dicimus, quòd duplicata & geminata sunt potentiora simplicibus, authentica, itaque. C. communia de successionibus. bene faciunt quę habentur in l. balista. ff. ad Trebellianum. Bartolus in l. cùm scimus. C. de agricolis & censitis. libro vndecimo: plura ordinatè congerit Felinus de vi & effectu geminationis, in capitulo, si cautio. de fide instrumentorum. & sic concluditur ex præmissis, quòd prædicta alienatio dictæ Baroniæ fuit, & est nulla, & sicut ipsa principalis alienatio nulliter processit, ita omnia & singula ab ea descendentia & dependentia tam quam accessoria fuerunt & sunt nulla. l. non dubium. C. de legibus, regula, iuris accessorium. de regulis iuris. libro sexto. Et maximè præstatio consensuum, fideiussorum datio, necnon & hypotheca locorum & castrorum Marchionatus Salutiarum pro securitate dicti contractus, quæ tamen loca & castra, alia speciali licèt simili ratione hypothecari non potuerunt in præiudicium successorum, attento, quòd sunt de Marchionatu, & si eorum permitteretur alienatio siue hypotheca, fieret magna diminutio dicti Mar-
12 chionatus, quæ à iure reprobatur. † Sicut enim prohibetur alienatio totius, ita & magnæ partis, argumento legis, quæ de rota. ff. de rei vendicatione. Et maximè cùm Marchionatus Salutiarum, eo quòd sit feudum antiquissimum ac dignitatis Regiæ, & in cuius successione ordo primogenituræ semper fuit seruatus, non patiatur diuisionem, capitulo primo, in titulo, quis dicatur Dux, Marchio, Comes. Et notant Doctores in dicto capitulo, Imperialem. §. præterea Ducatus. supra allegato. Idem tenuerunt Baldus & Præpositus. Alexander in procemio Feudorum. nona columna & Lucas de Penna in l. contra publicam. quinta columna. C. de re militari. libro duodecimo. latè Neuizanus in consilio duodecimo, inserto inter consilia Bruni. columna decimatertia. quæ iura licèt loquantur de alienatione, ita procedunt in hypotheca, dicto capitulo, Imperialem. in principio. & ibi Doctores, supra allegato.
13 Et ideo † in generali bonorum hypotheca non veniunt feuda, capitulo primo. §. in generali. in titulo, si de feudo defuncti fuerit controuersia. quia in generali dispositione non censentur ea comprehendi, de quibus in specie quis non esset depositurus. l. obligatione generali. ff. de pignoribus. bene facit ad præmissa textus in capitulo. intellecto. de iureiurando. vbi Abbas Panormitanus & Doctores in tertio notabili volunt, quòd in feudatio de re, quæ cedit in magnā Regni diminutionem fieri nequeat, & sic multominus poterit fieri alienatio & hypotheca, & ita etiam tenuit Iason in præludijs Feudorum, vigesimasexta column. vbi dicit, quòd Rex Franciæ non potest vnam de ciuitatibus Regni alienare. Et faciunt omnia iura quæ prohibent vasallum alienare in præiudicium successorum. Et sic ex præmissis remanet verificata hæc prima conclusio, ex qua conclusione remanet absolutum quartum & vltimum in ordine positum dubium. Nunc venio ad comprobationem & verificationē secundæ conclusionis meæ superius in ordine positę, quę fuit & est, quod illustrissimus dominus, dominus Franciscus Modernus Salutiarum Marchio in cuius persona residet ius primę & secundę genitu-

ræ

re potest de iure dictam Baroniam Antonis vendicare cum fructibus perceptis etiã absque pretij restitutione. quæ cõclusio aper tissimè comprobatur, sumpto argumento
14 † à sufficienti diuisione seu partium enumeratione, quod est validum in iure nostro. Institu. de obligat. quæ ex quasi contractu nascuntur. in princip. & in §. actionum autem. Institu. de act. aut enim volumus arguere ex primo capite primæ rationis prohibitionis legalis prohibentis alienationem, videlicet, quid est feudum, aut ex secundo capite dictæ rationis legalis, videlicet, vigore fideicommissi, aut volumus arguere ex secunda principali ratione, videlicet, propter prohibitionem hominis, eo quia testator expresse in testamento prohibuit dictam Baroniam alienari. Si enim attendimus primum caput prohibitionis legalis, videlicet, quia dicta Baronia est feudum, sine dubio procedit conclusio, quia cùm re uera dicta Baronia præsupponatur esse, & re vera sit feudum anti-
15 quum, auitum & paternũ, clarum est, † quòd præfatus illustrissimus dominus Marchio Ludouicus pater ita alienando nõ potuit præiudicare successoribus, secundum magistralem doctrinam Aluaro. in cap. j. §. primo. de successione feud. & Andr. de Isernia, quam communiter Doctor. sequuntur in capit. j. §. quid ergo. secunda col. versicu. item quid in feudo antiquo. in titu. de inuestitu. de re alie. fact. quas doctrinas memini me allegasse in consil. meo, in causa Montisferrati facto in hac ciuitate Mediolani in septimo artic. principali, in quo tetigi materiam præscriptionis & ibi præmissas doctrinas referendo dixi, ꝙ talia feuda antiqua intelliguntur per ordinem data, vt, videlicet, in vita patris habeat pater, post eius mortem alius, & sic de cæteris. allegant tex. in l. fi. C. de verb. signific. in l. cùm ita. §. in fideicommisso. & in l. cùm pater. §. à te. ff. de legatis ij. & in l. habere. §. fina. ff. ad Trebell. & sic cùm quasi subiaceant restitutioni post mortem vniuscuiusque aliena ri non possunt. l. finali. & Authen. res quæ. C. communia de legatis. quia alienans non potest facere deteriorem conditionem successoris. Idem tenueruut Bald. & Doct. in cap. j. de aliena. feud. Paulus de Castr. consili. xlvj. in nouis. circa præsentem casum. quos sequitur dominus Alexand. in dicta l. filiusfamil. in §. diui. v. col. ff. de legatis primo. Et in sexto volumine consiliorum, consil. cxviij. attentis narratis. ij. col. & Iason in iij. volumine consiliorum, consil. vij. vertitur controuersia. Et ista conclusio procedit etiam quando re uera ipsum feudum dictę Baroniæ non esset ita antiquum, quia non excederet ætatẽ Abaui, vt declarat Bald. in cap. primo. §. hoc quoque colum. finali. in titu. de successione feud. quẽ refert & sequitur do. pręceptor meus de sancto Georgio in sua inuestitura feu. in verbo, in feudum. ij. col. versicu. tertia diuisio feudorum, &c. si tamen ita à domino concedente, & qui præsupponitur concessisse potuisse, fuerit concessum, vt in casu isto, ab illustrissimo domino Delfino Tieneñ. per tale feudum dicitur concessisse tanquam nobile, antiquum & paternum, quo casu nemini dubium est quin talem naturam assumat, videlicet feudi antiqui, auiti & paterni. ita elegãter dicit Bald. in cap. primo de alienatio. feu. pater. quem refert & sequitur præfatus præceptor meus in loco præallegato. iij. colum. versicu. Aduertite, idem etiam tenuit ipse Bald. in præludijs feud. in tertia diuisione, vbi etiam Præpositus. idem etiam tenuerunt Decius consi. cxxxv. Et pro tenui facultate mea. colum. finali. Curtius Senior, consil. xlix. & sequenti. & Curtius Iunior in prima parte tractat. feud. in octaua quæst. principali. col. iij. & sequenti, & in suis consilijs feudorum consil. j. sexta colum. versicu. nec obstat. latè consuluit Iason in tertio volumine consiliorum, consil. j. iiij. columu. vbi dicit istam esse communem opinionem, idem etiam tenuit Soci. consil. x. visa quæstione. col. iiij. quod est insertum inter consilia Bruni diceñ. procedit etiam tacitè magis conclusio nostra in casu isto, ex quo ipse dominus Marchio Ludouicus re uera nõ erat dom. dictæ Baroniæ, quę vigore dicti testamenti ad eum non spectabat, sed ad illustrissimum dominum Ioã. Iacobũ fratrem suum, qui erat secundogenitus, vel saltem tenebat locũ secundæ genituræ. Stante ergo conclusione pro vera, quòd illustriss. dom. Marchio Ludouicus ita alienãdo, nec illustres Ioannes Iacobus & Carolus fratres ita cõsentiendo nõ potuerint præiudicare successoribus per iura pręallegata, ergo de plano dicendum superest, ꝙ ex primo capite primę rationis prohibitionis legalis illustriss. dom. Francisc. Modernus Marchio, & in quo consistit ius primę & secundę genituræ, potest dictã alienationem dici & pronunciari facere nullam vel eam reuocare, per text in cap. Titius. in titu. si de feudo fuerit contr. inter dominum & agnat. vbi Doctor. omnes

ita tenent. Et istam conclusionem tanquam veram referunt & sequuntur Alexan. quinto volumine consiliorum, consilio cxxvj. Iason in iij. volum. consiliorum. consi. vij. & Brunus in suis consilijs feudorum, consilio lxxx. Aut verò volumus arguere ex secundo capite dictæ primæ rationis prohibitionis legalis, videlicet, vigore fideicommissi, & tunc etiam de plano procedit dicta reuocatio per tex. in dicta l. fi. §. sed quia. vbi omnes Doctores. C. communia de leg. in l. finali. C. de verborum significatio. in l. cùm ita. §. in fideicommisso. & in l. cùm pater. §. à te. ff. de legatis ij. & in l. cùm hæres. §. à te. ff. ad Trebellia. supra allegatis. cum concordan. traditis per Decium in secundo volu. consiliorum, consi. cccxxvj.
16 in ij. dubio. in quibus iuribus habetur, † quòd res restitutioni fideicommissi subiectæ regulariter alienari non possunt, vt infra tamen declarabo. Bene facit text. in authentica, res quæ. C. communia de leg. & quòd si de facto alienentur, potest fideicommissarius talem alienationem reuocare. Aut verò etiã & vltimo loco volumus arguere ex secunda principali ratione prohibitionis alienationis inductę ab homine, in quantũ, scilicet ille reuerẽdissimus dominus Cardinalis testator expressè prohibuit alienationẽ dictæ Baroniæ, & tunc etiam multomagis & à fortiori procedit conclusio mea, pro cuius verificatione
17 dantur multę instantię. Prima est, † quia licèt quando res est prohibita alienari à lege, fiat differentia an alienatio procedat à sciēte vel ignorante, & si procedit à sciente alienatio non valeat, si verò ab ignorante de re tamen particulari valeat, vt notat Bart. & Doctor. in authen. res quæ. & in l. fin. §. sed quia. C. com. de leg. & in l. fin. §. fi. per illum tex. ff. de leg. ij. tamen dispositio illorũ iuriũ ita distinguentium nõ procedit quando prohibitio est expressè facta ab homine in alia dispositione siue inter viuos siue in vltima voluntate, & in terminis declarat Soc. in consi. xlix. col. fin. & in consil. lxxv. in fi. per rationes ibi per eum adductas, quas tamen de recēti nõ vidi, quia non habui commoditatem libri, vltra quas considero & do secundam instantiam, quòd licèt alienatio rei alienari prohibitæ à lege, quia fideicommisso subiectę, valeat pendente conditione, sed ea euenīēte fingatur fuisse à principio nulla. d. l. fin. §. sed quia. C. com.
18 de leg. † tamen vbi interuenit prohibitio testatoris simul, tunc talis alienatio est à principio nulla, & statim potest retractari, secundũ glo. in l. cùm pater. §. libertis. & maximè hoc procedit quando testator expresse disposuit, quòd alienatio sit nulla, quia tunc impeditur translatio dominij, vt habetur in l. filiusfamilias. in §. Diui. ff. de leg. j. & fingitur nunquam interuenisse aliquem titulum, secundũ Pau. de Cast. in dicta §. sed quia. colum. iij. cuius tamen & aliorum Doct. ibi dicta quo ad impediendam translationem dominij rei alienatę & alienari prohibitæ, vel restitutioni fideicommissi subiectæ nõ sicut nec iudicio meo transeunt sine difficultate propter magistralem doctrinam Bar. in l. si quis possessionem. ff. de acquirenda possessione. vbi dicit, quòd ad hoc vt impediatur translatio dominij rei prohibitæ alienari, est necesse remouere potentiam ab actu, vt scilicet dicatur si ad aliquem actum alienationis deueneris, alienatio sit nulla, & ibi apponit alias clausulas ad hoc pertinentes, & maximè clausulam constituti, necnon clausulã annullatiuam actus, non autem sufficeret dicere, si alienaueris, vt ibi latius per eum, quem modò non vidi, sed vtcunque sit quantum pertinet ad casum nostrum, videlicet, ad actum reuocationis pla-
19 nũ est, † quòd siue alienatio fuerit nulla siue fuerit aliqua, quòd vtroque casu competit reuocatoria contra possessorem, & sic ex omni capite sufficientis diuisionis & partium enumerationis remanet verificata conclusio, quòd illustrissimo domino Marchioni competit reuocatoria dictæ Baroniæ Antonis, & quia
20 dixi, quòd † debet restitui cum fructibus perceptis, hanc conclusionem intellige, & dico procedere in perceptis à tēpore quo ipsi domino Marchioni cœpit competere reuocatoria, & ipsa Baronia fuit deuoluta ad ipsum dominum Marchionem, hoc probatur per glo. in d. l. fi. §. sed quia. C. com. de leg. quę indubitāter pcedit in fructibus perceptis post euentum conditionis, & maximè hoc procedit in casu isto in quo alienatio nõ tenuit vsque ab initio, & ille emptor fingitur sine titulo possedisse, vt probat tex. & ibi hoc expressè notat Paul. de Cast. in dicto §. sed quia, & maximè cùm ex prǽmissis præsupponatur, & ipse emptor fuerit in mala fide, quo casu de plano venit fructuum restitutio, vt est tex. in l. si post motam. C. de pet. hæredit. & in l. domum. & in l. si fundus. C. de rei vend. & ita in terminis consuluit Angelus consilio. ix. pro euidentia. Aretinus consilio clx. & Iason in primo volumine consiliorum, consilio xxix. nũquam putaui, & Alexan. sexto volumine

consil.

consiliorum,consi.xcij.perspectis.colum. vij.
21 versic.pro hoc. vbi dicit, † quòd vasallus propter vtile dominium facit fructus suos, licèt alius eos possideat & percipiat. Idem tenuit Practicus Papien. in forma libelli, in actione reali,in glo.simul cum fructibus. Et quia etiam supra dictum fuit reuocationem dictæ alienationis cōpetere absque pretij restitutione, ista cōclusio comprobatur ex eo, quia emptor tempore contractus sciebat rē quam emebat esse feudalem, vt clarissimè comprobatur ex verbis & tenore cōtractus
22 de quibus in themate, † quo casu ipse emptor perdit rem & pretium. cap. Imperialē. §.callidis.in tit.de prohib.feu. alie. per Federicum.ac regressum euictionis.l. fina. §. emptor.C.communia de leg. & l. si feudum.C. de euictio. Et ita in terminis tenuit Bald. in tertio volumine cōsiliorum, consi. cclxxxvij. in primis videndū est.colum.fin. idem etiam tenuerunt Doct. in cap.j.an agna. vel fil. & Baldus in l.qui se patris.x.colum.C.vnde lib. refert & sequitur Alexander quarto volumine consiliorum,consilio cxxiiij. & Decius in consilio clxxxv. in causa istorum nobilium. penultima columna. vbi dicit istam esse cōmunem opinionē, & Paul. de Castro consi. ccxviij.præmittendum est.ij.colum. in nouis. & ista conclusio procedit secundum Doct.in dicto §.callidis.quos refert & sequitur Curtius Iunior in tractatu feudorum, in quarta parte,in xxviiij.quæst.etiam si emptor fuerit stipulatus de euictione,& est ratio quam assignat Bald. in loco prællegato,†quia stipula-
23 tio de euictione in contractu emptionis est necessaria,& est de natura contractus & accessoria ad contractum, imo dicitur inesse ipsi contractui.l. pacta conuenta. vbi glossa magistralis, & Doct.ff. de contrahenda emptione.vnde sicut principalis contractus est contra legem,ita & ipsa stipulatio de euictione.l. non dubiū.C. de legib. & nihilominus quando dicere possemus,quòd emptori cōpeteret actio ad pretium, deberet agere contra creditores & legatarios, quibus iam fuerunt factæ solutiones, & maxime attenta inuentarij confectione,quæ præsupponitur facta,vt in tertio dubio, per textum in l. fina.§. si verò credi.C.de iure deliberandi.sed est necessarium respondere non paruæ difficultati,quæ fortiter conclusioni prædictæ obstare videtur,videlicet,quòd cùm illustrissimus dominus domi. Modernus Marchio sit hæres saltim particularis, & in re certa quondam illustrissimi domini Ludouici patris sui, qui dictam Baroniam vendendo alienauit, & de euictione promisit, videatur repræsentare personam patris, & propterea teneatur approbare gesta per patrem, & ea defendere, saltim quatenus ad eum peruenit,cùm bona dicantur detracto ære alieno, vt volunt Baldus & Doctores in l.cùm à matre. C. de rei vend.cui tamen difficultati multipliciter re-
24 spōdetur.†Et primò, quia si & quatenus appareat,quòd præfatus illustrissimus dominus Ludouicus Marchio huius illustrissimi domini Marchionis pater in suo testamento aliquid particulare,& certam annualem præstationem pro alimentis reliquerit ipsi Moderno domino Marchioni filio suo tunc tertiogenito, non tamen propterea ipse dominus Modernus Marchio dicitur hæres patris, vt teneatur approbare gesta per patrem, quia cùm feudum Marchionatus Salutiarum fuerit & sit nobilissimum ac dignitatis Regiæ antiquum,auitum & paternum in cuius successione semper & hactenus seruatus fuit ordo primogenituræ in masculis, de natura talis feudi & primogenituræ est, quòd etiam si pater in testamento nihil relinqueret alijs filijs suis vltra primogenitū, ipsis tamen filijs eisdemque fratribus primogeniti debentur alimenta de fructibus feudi, vt concludunt Hostien.& Doctores in cap.licèt. de voto.& sequitur Martinus de Laud.in tractatu, de primogenitura.in septima columna. ver. vltra quæro.& sic infertur,quòd licèt ipse dominus Marchio pater aliquid annuum reliquerit pro alimentis ipsi Moderno domino Marchioni tunc tertiogenito, non tamen dici potest aliquid reliquisse de suo, ex quo id quod fuit sibi relictū debebatur ex natura feudi,& de bonis feudalibus,& sic nihil dicitur percepisse,nec percipere de bonis patris,
25 †quo casu quando hæres non consequitur à defuncto illud quod necesse est sibi relinqui, tunc potest venire contra factum defuncti, secundum Baldum in l.ij.C.de inoffi. donat. & do.Ias.in quarto volumi.consiliorū, consi. clxviij.colum.fin.imo magis tenent Doct. in cap.j.& ibi notatur in titulo, an fil. vel agnatus. quòd si pater alienauerit feudum antiquum,& veniens ad mortem in testamento instituisset filium primi gradus in sola legitima,& nepotem ex eo instituisset hæredem vniuersalem, quòd ille filius primi gradus poterit reuocare feudū alienatū per patrē,
26 †quia ex quo à patre nō habet nisi legitimā

nihil habere dicitur, nisi quod ius commune sibi cōcedit, refert & sequitur dominus præceptor meus de Sancto Georgio in suo tractatu, & inuestitura feudi, in verbo, & cum pacto de non alienando, vltima col. versiculo, & ideo in quæstione facti. Secundò re
27 spondetur, † quòd feudum antiquum potest filius reuocare, etiam quòd sit hæres patris, quia filius tunc non dicitur habere feudum iure paterno, sed à genere & primogenitoribus, licèt ministerio patris, ideo potest contrauenire, secundum glossam in cap. j. §. hoc quoque. in verbo, inuestituræ. de successione feudi. Idem tenuit Iason in primo volu. consiliorum, consilio vij. & consilio clxviij & sic cùm illustrissimus dominus Marchio hoc casu dicatur venire ex propria persona, & non ex aliquo iure transmisso, non habet locum regula, quę de euictione tenet actio, de qua in l. vendicante. ff. de euic. secundum Bald. in l. finali. C. de euict. Tertiò respondetur,
28 † quòd etiam hæres potest venire contra factum defuncti, quando tendit ad defraudandum hæredem à legis beneficio, vt not. in l. j. & ij. & ibi Bald. C. si quid in frau. patron. per quæ iura ita limitat Baldus in secundo volumine consiliorum, consilio ccxv. proponendo, quòd inuestituræ antiquæ. secundū antiquam impressionem, vbi concludit, quòd potest filius reuocare feudum alienatū per patrem, etiam quòd sit hæres patris, quam limitationem refert & sequitur Iason in quarto volumi. consilio vij. columna vij. versiculo, nec obstat. & in consilio clxviij. causa & lite. columna finali. & Curtius Iunior consilio j. in fine. & si dicatur ac fortius opponatur, quòd si præfatus illustrissimus dominus Modernus Marchio non sit hæres patris, est tamen hæres fratris, quo casu mediante persona fratris qui fuit hæres patris, ipse quoq; dicatur esse hæres patris. l. finali. C. de hæredi. institu. Respondetur multipliciter. Et primò per da negandi, quia non est verum, quòd ipse frater fuerit hæres patris, quia ipse frater defuncto patre nō venit ad Marchionatū tanquam hæres patris, cùm feudum Marchionatus Salutiarum nunquam fuerit nec sit feudum hæreditariū, ex quo in eo succeditur iure Francorum & secundum ius primogenituræ, quo casu non potest censeri feudum hæreditarium, vt notabiliter & eleganter concludit Andræas de Isernia in dicto cap. Imperialem. §. præterea Ducatus. in titulo, de prohib. feu. alie. per Federic. quem refert & sequitur Ias. in dicto consi. clxviij. supra allegato, col. fina. versi. ista fortius. Secundò respondetur, quòd licèt illustrissimus eius frater fuisset hæres patris, non tamen illustrissimus dominus Modernus Marchio successit in Marchionatu tanquam hæres fra-
29 tris, sed tanquam successor, † quia etiam in feudo hæreditario sufficit, quòd quis sit hæres primi inuestiti, licèt non sit nec esse velit hæres vltimi defuncti, vt not. in cap. j. in titulo, de eo, qui sibi vel hæredibus suis. & in cap. j. an agna, vel fil. sequitur dominus Brunus Asten. in consilio xviij. colum. iiij. in fine. & in consilio xxv. colum. ij. Et est aduertendum, quòd in feudo antiquo nullus agnatus habet causam ab alio, sed omnes habent causam à primo cōcedente, & ideo agnatus non admittitur ad feudi successionē, vt ex nunc, sed vt ex tūc, vt pulchrè tradit Isernia in c. j. de inuestit. de re alie. fact. quem refert & sequitur Collegium Bononien. in consilio 50. præsens consultatio, viij. colum. versi. & propterea. inserto inter consilia Curtij Senioris. Tertiò & vltimò respondetur, quòd qua-
30 tenus possit dici hæres fratris, † quia tamē hæreditatem adiuit mediante inuentario non tenetur vltra vires hæreditarias, per l. fi. §. & si præfatam. vbi glo. & Doct. omnes. C. de iure deliber. Et ex his cum laude Dei remanet verificata secunda conclusio superius à me posita, & consequenter ex verificationibus amrum conclusionum remanēt (vt puto) sufficienter sublata & euacuata proposita dubia sub correctione tamen melius sentientis ad laudem Dei Optimi Maximi.

Ioannes Franciscus de Ripa à sancto Nazario, V. I. D. iura ciuilia Papiæ legens.

Argumentum.

Quando resultet probatio furti, & ex quibus indicijs & causis possit deueniri ad torturam, vbi pulchrè & subtiliter tractantur plures conclusiones in practica criminali.

SVMMARIVM.

1 *Rei ut ueritas eruatur, quæstioni subijciendi sunt.*
2 *Furti diffinitio.*
3 *In inquisitione formanda dicere non sufficit rem furto subtractam ad Titium pertinere, nisi adijciatur, quòd iure dominij pertinebat.*
4 *Furtum de re non possessa fieri non dicitur, & numero 59.*

Furtum

5 *Furtum solo animo non committitur.*

6 *Testis sine conteste indicium ad torturam non facit, maxime cum à remotis deposuerit.*

7 *Testis unus ad hoc, ut indicium ad torturam faciat, ut omni exceptione maior sit oportet.*

8 *Testis qui in ciuilibus causis semiplenam probationem facit, in criminalibus facit indicium, si non semiplene probat, nec indicium facit.*

9 *Testis ad hoc ut indicium faciat, omni exceptione maiorem esse non sufficit, nisi cum eo nonnulla concurrant indicia.*

10 *Inquisitio antequam possit formari contra aliquem culpabilem multa requiruntur.*

11 *Inquisitio non, nisi praecedente infamia, procedere debet.*

12 *Indicia loco diffamationis sunt, & per ipsa ad torturam peruenitur. & nu. 70.*

13 *Fama per se ipsam inquisitionem etiam rectè formatam tollere potest.*

14 *Inquisitio institui contra malefactorem non, nisi contra eum fama praecedat, potest.*

15 *Inquisitio antequam procedat, prius de delicto plenè constare debet.*

16 *Confessus non, nisi de delicto constet, puniendus uenit.*

17 *Praesumptio capienda non est, per quam alterius fama granaretur, & ageretur de condemnatione nō de absolutione.*

18 *Monetam falsam expendens crimine falsi non tenetur, si illam fuisse falsam ignorauerit.*

19 *Consilium, propositum & intentio maleficia distinguunt.*

20 *Dispositioni ut locus sit, praesuppositum semper uerificari debet.*

21 *Inquisitio de quibus criminibus fieri possit.*

22 *Exceptio, peccatum est impunibile, litis ingressum impedit.*

23 *Quaestioni locus non est, cùm de ueritate constat.*

24 *Tortura seu quaestioni in dubio locus non est.*

25 *Quaestionis appellatione tortura uenit.*

26 *Quibus in causis criminalibus non concludatur, & testes quandocunque examinari possint.*

27 *Veritas omnibus subtilibus artibus & quaestionibus à iudicibus exquirenda est.*

28 *Hominum sceleratorum patrocinium suscipiendum non est, ut qui odio habendi sint.*

29 *Experientia rerum est magistra, à qua argumentum ualet.*

30 *Confessio inquisiti etiam in causa ciuili probat.*

31 *Probationes per coniecturas, indicia, praesumptiones & testes minus idoneos & singulares in his quae à communiter accidentibus sunt difficilis probationis, admittuntur.*

32 *Homo liber pro ueritate habēda torqueri potest etiam in causis pecuniarijs grauibus, & in his quae delictum annexum habent.*

33 *Mercatores qui foro & mensae cedunt, torqueri possunt ut pecunias acceptas ad negotiandū indicēt.*

34 *Tortura materia tota ab indicis arbitrio dependet, sicut & testium materia.*

35 *Confessione nulla maior est probatio.*

36 *Testium personas & dicta approbasse intelligitur, qui eos produxit, & eorum dictis utitur.*

37 *Fama quae est apud bonos & graues uiros ex iustis indicijs nata praesumitur.*

38 *Confessioni primae standum est.*

39 *Fama licèt per se sola sufficiens indicium ad torturam non sit, secus si uehemens sit.*

40 *Fama uehemens dicitur quae multis est suffulta indicijs, & diu durauit.*

41 *Probationes semiplenae etiam diuersi generis, licèt non coniungantur, ut plenè probent quo ad condemnationem, coniunguntur tamen quo ad faciendum indicium & reum torquendum.*

42 *Crimen si plus quàm semiplenè probatum sit, & fama concurrat, tunc crimen plenè probatum dicitur.*

43 *Dictum unius testis idonei, & qui sit omni exceptione maior, & qui de facto immediato deponat, indicium ad torturam facit.*

44 *Fides mala quae lædit hominis opinionem, per indicia & coniecturas probatur.*

45 *Mendacia, uariationes & contradictiones an sint indicia sufficientia ad torturam.*

46 *Mendacium quid.*

47 *Reg. quòd nemo seipsum prodere tenetur, limitatio.*

48 *Reus in delictis de ueritate respondere tenetur.*

49 *Confessio extraiudicialis indicium ad torturam facit.*

50 *Accusatus de furto si pecuniam expendat praeter fortunas, quae anteà tenuissimae erant, furtum fecisse praesumitur.*

51 *Socius pauper qui nullam negotiationem praeter quàm societatis, si quid suo nomine quaerat, ex bonis societatis quaesiuisse praesumitur.*

52 *Industriosus quis dicatur.*

53 *Praesumptio uiolenta ex propinquo facti circunstantia oritur.*

54 *Fuga quando faciat indicium.*

55 *Res furtiua si penes aliquem inueniatur, contra eum indicium facit.*

56 *Filius ratione suitatis ipso iure patri fit haeres.*

57 *Suitas quid.*

58 *Pestilentiae tempus naufragio comparatur.*

60 *Crimen expilatae haereditatis furtum improbius dicitur.*

61 *Dominium in suis continuatum uidetur.*

62 *Expilatores haereditatis qua poena plectendi sint.*

63 *Paupertas an testem repellat à testimonio.*

64 *Iudex in criminalibus an à captura personae informatione qualiquali habita incipere debeat.*

65 *Confessio per solam carcerationem tormentorum metu facta non dicitur.*

66 *Iudex metum inferre non dicitur.*

67 *Carceratio dupliciter fieri potest.*

68 *Confessionem non uerisimilem etiam sponte factam non, nisi alia suffragentur adminicula, iudex admittere debet.*

Opinio

66 *Opinio magis communis quando dicatur.*
71 *Sigillum principis & clauſ. ex certa ſcientia & de plenitudine poteſtatis, comparantur.*
72 *Princeps licèt clauſ. ex certa ſcientia in reſcripto non appoſuerit, ſufficit tamen ſi quid aliud poſitum ſit, ex quo illum ex certa ſcientia reſcripſiſſe deprehendi poſsit.*
73 *Iudex quando ex ſuo puro & mero officio inquirit, diffamationem & infamiam præcedere non eſt neceſſum.*
74 *Depoſitarius qui depoſitum in ſuos uſus conuertit, furtum committit.*
75 *Regul. denegans torturam, locum non habet in cauſa ciuili etiam pecuniaria, ſi delictum annexum habeat.*
76 *Vincula quandoque pro carcere ponuntur.*
77 *Probatio per torturam in delictis an recipienda ſit, quando iniuriam paſſus affirmet ſe nullam aliam probationem præter quam torturam habere.*
78 *Argumentum de ſpecie ad genus priuatiuè nõn ualet.*
79 *Caſus dubius dici non debet, de quo per urgentia indicia conſtat.*
80 *Verb. quæſtionibus, æquiuocum eſt.*
81 *Probatio bonæ famæ in genere non iuuat, cùm de ſpeciali diffamatione probatum ſit.*
82 *Furti partem qui reſtituit, à furto non excuſatur.*
83 *Facta non, niſi probentur, præſumuntur.*
84 *Teſtes in cauſa criminali etiam poſt cauſa concluſionem ad indagandam ueritatem examinari poſſunt.*
85 *Dominium per pecunia numerationem transfertur.*
86 *Numeratio quæ fit, ut quanti res ſit ſciatur, dominium non transfert.*
87 *Probatio quæ iudicis animum ad incredulitatem inducere poteſt, ſufficiens dicitur.*
88 *Pecuniæ ſubſtantia & qualitas ex ſono ſeu auditu cognoſci poſſunt.*

CONSILIVM IX.

IESV CHRISTO vero Deo, vera ſapientia, & vera luce aſpirãte. Quãuis hactenus ab hoc reſpondendi officio abſtinuerimus, quod à iudicandi munere ſeiunctum etiam videtur ijs noſtris maxime temporibus, in quibus illud Aduocatis, & his qui publicè ius Pontificium vel ciuile interpretantur conceſſum tantũ modo credebatur, tamen nos in præſenti munus ipſum detrectare nõ potuimus, nec etiã debuimus. Animaduertentes forſan eorum opinionẽ veriorem eſſe, qui ſecus ſunt arbitrati, nempe ad iudices potius idipſum officium pertinere, quòd non his affectibus ſinant ſe perturbari, quibus aduocati & publici interpretes & Doctores ſæpe afficiuntur, quorum alteri amore patrocinij, alteri vero nouarum opinionũ & inuentionum delectatione de veritatis curſu & via ſæpe decedere ſe non animaduertunt, quod iudices facere nec poſſunt, nec volunt, cum ſecundũ receptas ſententias iudicare eos oporteat, & veritatem propter nouas opiniones deſerere nullo pacto velint, quandoquidem ſceleſtiſſimi ſit hominis non ita reſpondere, atque foret iudicaturus. Igitur in ſpecie propoſita contra Guionum libenter interrogati reſpõdimus, tum quòd de iuſtitia, de fide, de iudicio & doctrina tot clariſſimorum Iuriſconſultorum qui à conſilijs ſunt illuſtriſſimi Marchionis Salutiarum, & qui in cauſa iudicauerant tuenda agitur, tum quòd ſine famæ noſtræ labe, nota, & periculo à nobis ſecundũ aliam ſententiã reſpõdi poterat, quoniã, vt diuus Auguſtinus inquit, in cap. ſi res. xiiij. quæſtio. vj. qui pro fure interuenit ne mala ablata reſtituat, & qui ad ſe confugientẽ quantum honeſtè poteſt ad reſpondendum non compellit, ſocius eſt fraudis & criminis: ideo maiori vtitur miſericordia, qui opem ſuam talibus ſubtrahit, quàm qui impendit, quapropter ad cauſæ tractatum deuenientes operæpretium eſſe putamus ſeruare eum ordinem, quem pro quodã quaſi maiorum inſtituto recentiores Iureconſulti noſtri ſeruauerunt. Nã primò ponemus ea fundamenta quæ reus iſte ad ſui tutelam poſſet inducere, demũ fundamenta pro fiſco illuſtriſſimi domini Marchionis & Michaelis Boxij ſubijciemus, & ea ipſa fundamẽta pro reo facta poſtremo ſoluemus. Ita vt facile iudex cui huius cauſæ cognitio demãdabitur, poſſit intelligere quàm rectè fuerit iudica-
1 tum & pronuntiatum † reum iſtum pro veritate habenda fore quæſtioni admouendũ ne ipſe ſuo furto & ſcelere exultet. l. in fundo. ff. de rei vendicatione. l. j. ff. de doli exceptione. & ne cum aliena iactura locupletetur; quod maxime natura abhorret. l. nam hoc natura. ff. de condictio. indeb. Fundamẽtum ergo primum, quod pro reo fieri poſſe videtur, in primis eſt, quia cùm furti arguatur de quo accuſatus fuerit, male videtur in hoc delicti genere fundata intentio fiſci & accuſatoris, quod primo patet, quia ſi diffinitionem furti capiamus, nullo pacto videtur

2 detur hoc esse furtum, † cùm furtum sit contrectatio rei alienæ fraudulosa inuito domino facta lucri faciendi causa. §. furtum. Instit. de obliga. quæ ex delic. nascuntur. l. j. ff. de fur. & ita formaliter arguit Rom. consi. cxliiij. in princ. verum hoc in processu nobis exhibito non videtur constare, quòd rem aliquã contrectauerit Guionus, quæ fuerit in dominio istius Michaelis Boxij, qui eum accusauit ergo non potest dici, quòd furtum perpetrauerit, quia cui non cõuenit diffinitio, nec conuenit diffinitiuum. l. j. §. dolum. ff. de dolo. cũ vulgaribus. Et quòd hoc sit verũ sufficit pro demonstratione ei hoc dicere se rem nullam ipsius Boxij cõtrectasse, cùm Boxius ipse nõ probauerit, quòd pecuniç, quas contrectasse conqueritur essent suæ, eo enim ipso quòd actor, qui rem aliquam vindicat, non probat se dominum, reus est in tuto & fundatã habet exceptionem suam etiam quo ad dominiũ rei, per tex. in l. fin. C. de rei vendi. Ante omnia enim iudici hoc cõstare debet in hoc genere iudicij, quòd res quæ furto contrecta ta dicitur, iure dominij spectaret ei cui furto
3 subtracta dicitur, † quandoquidẽ in formanda inquisitione vel accusatione non sufficiat dicere, quòd res ipsa ad Titium pertineret, nisi adijciat, quod pertinebat iure dominij, alioquin inquisitio seu accusatio non procederet, & accusatus seu inquisitus absolui debet. Ita enim respondit dominus Maria. Soc. consi. viij colum. ij. versi. secundò principaliter. sequutus Bart. consi. cliij. quod hodie in noua impressione Veneta habetur, nu. 15. ij. vol. incip. visa accusatione. vbi ipse ante Mariam idẽ respondit, per ibi alleg. & idem tradit Marsconsi. xl. nu. 13. & alibi sæpe. Secundò pariter dicitur non solum non esse fundatam intentionem istius Michaelis quo ad dominium istarum pecuniarum, sed nec etiam quoad possessionem, quia nullibi constat, ꝙ possessionem istarũ pecuniarũ vllo vnquam tempore habuerit, vt necesse erat probare,
4 † quia rei non possessæ furtum fieri non dicitur, vt dicunt Pet. Cy. Bald. Pau. à Cast. & alij in l. si abducta. & in l. de his. C. de furt. & est tex. in l. j. ff. de condic. ex lege. vbi dicunt ex hoc, quòd in diffinitione ipsa furti dum dicitur, rei alienæ, intelligi debet, etiam quo ad possessionem, quia domino, qui possessionẽ rei nunquam habuit, furti actio competere non potest, vt latè quoq; traditũ est ab Ang. Are. in tract. malefi. in verbo, & vestẽ cœlestẽ col. vij. vel nu. 35. versicu. & aduertas bene. & hoc quo ad secundum. Tertiò facit, quia dato, quòd constaret plenè Augustinã has pecunias Guiono dedisse, istud esset depositũ, sed per solam inficiationẽ depositi nõ fit furtũ nisi sequatur cõtrectatio intercipiẽdi cau-
5 sa, † solo enim animo non cõmittitur furtum l. iij. § si rẽ. ff. de acquiren. possess. & est casus in l. j. §. sola cogitatio. & in l. inficiando. ff. de furt. Quartò dicitur, quòd quatenus præmissa fundamenta pro ipso reo parũ facerent, facit tamen quia contra eum non videntur vrgentia indicia, quæ sufficiant iudici, vt possit eum quæstioni admouere, & si quæ sunt, vtique sunt à remotis, ideo quòd illi parum videtur obesse testimoniam Sebastiani Chiarangnli, cùm non habeat contestem, quamuis deponat, quòd Augustina soror rei istius tempore quo euacuauit pecunias, de quibus Boxius cõqueritur in mandatis dederit ipsi Guiono fratri suo, vt illi restitueret hæredibus Antonij Boxij, tamen hoc nihil videtur habendum in consideratione, quoniam vt di-
6 ximus à remotis hoc videtur esse, † ideo sine conteste non facit indicium ad torturam, vt declarat Bar. in l. fi. ff. de quæst. per glo. in l. fin. C. familiæ ercisc Corn. consi. cj. col. iij. vol. ij. de quo etiam per Ias. in l. admonẽdi. nu. 186. versi. v. prædicta regula. vbi allegat alios complures, quos etiam refert Marsilius, quẽ honoris gratia nominamus, in practica sua crimi. in §. diligenter. num. 7. & 8. & 71. vbi alios etiam citat, & ad plura loca in quibus hoc idem ipse tractauit se remittit, sed satis est eum vno loco videre, cùm nullibi nisi easdẽ lactucas, & eademmet olera plantauerit. Quintò dicitur, quòd esto quòd essemus in casu quo vnus testis faceret indicium, tamen in casu hoc de quo agitũ, nõ faceret indicium
7 ad torturam, quandoquidẽ sit pauper, † sed oportet ad hoc, ꝙ vnus testis faciat indiciũ ad torturã, quòd sit omni exceptione maior, non autem si aliquem etiam minimum defectũ patiatur, vt notabiliter tradit Bald. in l. milites. C. de quæstio. & in cap. j. §. sacramentum de cõsuetud. rec. feudi. vbi inquit quòd quilibet minimus defectus impedit, vt non posset deferri iuramentum in supplemẽtũ veritatis, & sic semiplene non probat, & cùm semiplene non probet, vtique nec facit indicium ad torturam, quia à pari procedũt hæc
8 duo, † ꝙ in ciuilibus causis semiplenã probationẽ facit, in criminalibus facit indiciũ, & ꝙ in ciuilibus semiplene nõ probat, nec in criminalibus facit indiciũ ad torturam, vt tradit

dit Bartol. in l. fin. in fi. ff. de in lit. iur. Alexan. consi. cxxxiiij. col. ij. ad fin. volu. vj. Soci consi. liiij. col. ij. volu. iij. Paris à Puteo in tracta. suo syndica. fol. 263. §. & an si quis. nu. 4. & 5. & fo. 265. §. an testes. nu. 1. & 2. Angel. Aret. in tract. malef. in verbo, fama publica. in ver. iuramẽtum autẽ. Decius in cap. tertio loco. col. penulti. de probatio. & in consil. xxxvij. col. iiij. & in cõsil. ccclxiij. col. fina. & ad nauseã more suo tradit Marsil. in dicta sua practica crimina in §. diligenter. nu. 2. cum pluribus sequentibus, qui in centum fere locis se ipsummet allegat ad quem nos remittimus cùm in vno viso plerunque alij habeantur, quos si quis videre voluerit, habet vnde facilè eos inueniat, nam semper ipse suas cœnas ex eisdem ferculis parat, & eosdem conuiuas semper habet, vbi etiam addit nu. 5. vnum esse necessarium, quod lucri plenum esse ait, videlicet,

9 † quòd non solùm opus est testem ad hoc, vt faciat indicium, esse maiorem omni exceptione, sed requiritur etiam, quòd cum eo concurrant alia indicia. allegat Cyn. in l. fina. C. de quæstio. & Alexand. consil. cccxiij. alias lix. viso themate. col. ij. iij. vol. prout mutuo habuit à Ias. in dict. l. admonendi. nu. 186. & 187. versicu. decimò prædicta regula. item allegat Dec. consi. xxxvij. col. iiij. & ibi per eũ.

Sextò dr, ꝙ quartus testis quãuis & ipse esset etiam omni exceptione maior, & non deponeret à remotis, & cum eo concurrerent alia indicia, adhuc Guionus tum ad instantiam istius Michaelis Boxij minime esset torquendus, quia cùm non videatur probata illa qualitas, quòd sit hæres Antonij Boxij, nõ videtur habere fundatam intentionem suã. Quandoquidem pecunias istas Guionus receperit ab Augustina sorore, vt eas hæredibus Antonij Boxij restitueret, sicuti testis, de quo supra, deponit: debebat ergo Michael hanc qualitatem probare, quòd sit hæres Antonij, cùm sit fundamentum actionis ei dandæ, & seu accusationis instituendæ per eum contra Guionum, per ea quæ notanter tradit Ioan. Andr. in cap. pro humani. de homic. lib. vj. Barto. in l. vnica. ff. de condic. ex lege. Bald. in l. si quis non dicam rapere. C. de Episco. & cler. Socin. consi. lxiij. & alibi sæpe, & est tex. in l. j. C. quorum legat. & in l. fi. C. de edic. diui Adria. tollen. Nam nullis alijs tenebatur restituere ipsas pecunias, quàm hæredibus ipsis Antonij Boxij. l. desiderium. & ibi Salic. C. depos. l. bona fides. ff. eod. igitur dicendum videtur, quòd ad iudicis officium pertineat eum, tanquã sua non intersit, & sine actione experiatur, repellere, per tradita per gl. in l. vbi pactũ. C. de transac. vbi Barto. & Bald. dicunt, quòd vbi iudici cõstat actorẽ non habere ius agendi, etiam reo nõ opponente, debet ex officio eum repellere, quod in terminis etiã criminalibus affirmat idem Barto. in l. liberorũ. §. si accusator. nu. 4. ff. de accusatio. vbi inquit, quòd reo etiã non postulante iudex potest sumere partes rei & eius defensionem, vt l. si non defendantur. ff. de pœn. l. j. in fi. ff. de quæstio. ideo potuit pronuntiare nõ esse contra ipsum procedendũ, de quo multa tradit Paris à Puteo in d. tractat. suo syndica. fol. 194. nu. 54. ad quod etiã addi possunt quæ tradit Alex. in l. ille à quo. §. si de testamento. ff. ad Trebellia. & ea quæ respondit Bar. consi. 100. à domino Cyn. col. ij. in principio, vbi respondit, quòd sicut in ciuilibus actio est ius persequendi, vt Instit. de act. in princi. sic in criminalibus est actio prima ius accusandi, vt Instit. de public. iudic. in princ. & sicut in ciuilibus nemo experitur sine actione, sed secundũ ius agendi, ita in criminalibus nemo experiri potest, vbi non est ius accusandi, quia ius resistit. l. cùm lex. ff. de fideiuss. l. non dubiũ. C. de legi. l. si non sortẽ. in princip. ff. de condic. indebi. Et propterea infert, quòd si non subsit factũ, ex quo oriatur ius hoc accusandi seu puniendi, quòd sicuti non cõpetit accusatio, ita nec iudex poterit procedere per viã inquisitionis, & si procedat, sine iure aliquo puniendi procedit, sicuti accusator sine iure accusandi, quod etiã tenent Salic. in l. eos. versic. ex his. C. de furt. vbi notat, quòd vbi parti non nascitur actio ciuilis, nec Reipublicæ actio vel inquisitio criminalis cõpetit. l. sed & si quæcunque. ff. ad legẽ Aquil. de quo etiã per Paul. à Castr. consi. cxxxvij. Cæpo. consi. lix. col. penult. versicu. & moti sunt. vbi inquit, quòd vbi non cõpetit ius agendi, ibi nec ius querelandi est. l. non solùm. §. quanquã. cum ibi notã. ff. de furt. de quo etiã habetur per Socin. consil. cxxvij. & per Nellũ in tractat. bannit. in ij. par. secundi tẽporis. in j. quæstio. Paris à Puteo in tractat. syndic. in ij. char. in j. col. Dec. consi. cxxxvij. in j. col. post med. de quibus per Marsil. quo in similibus pro repertorio vtimur, in l. vnica. nu. 17. C. de rapt. virgin. Septimò est considerandũ, quòd non solùm Guionus iste videtur esse in tuto ex causis & rationibus superius adductis, sed etiã quia indebitè captus & pessimè inquisitus, vt ex his, quæ in fine præce

præcedentis argumenti dicta fuere satis cla-
10 rè loquet.† Item quia ad hoc vt cõtra aliquẽ tanquam alicuius criminis culpabilem possit formari inquisitio, multa sunt necessaria. Sed inter alia est necesse, quòd præcedat cõtra eum infamia, quæ non à maleuolis & inhonestis personis orta sit, sed à fide dignis & veridicis. vt est text. in cap. qualiter & quando. el. ij. & in cap. inquisitionis. de accusat. & in cap. j. & ij. eo. tit. in vj. & in cap. licèt Hely. de simo. & in can. Deus omnipotens. ij. quęst. j. in prin. & per Specul. in tit. de inquisi. §. j. in princip. Bartol. in l. congruit. ff. de offic. præsid. Bald. in §. damna. cap. finali. in tit. de pace Constantiæ. Ang. Aret. in tract. malefi. in verbo, hæc est quidem inquisitio. versicu. quartò principaliter. & ibi Angel. in additio. & plerique alij de quibus per Marsil. qui huiusmo di causis criminalibus prę cæteris plurimum est delectatus: adeò quòd non satis ei fuit semel vno in loco eadem dixisse; vt in sua Practi. crimin. in §. diligenter. nu. 12. vbi inquit
11 quòd hoc est ita verum, † vt inquisitio etiam non procedat diffamatione seu infamia non præcedente, etiam quòd testes non probẽt delictum in inquisitione contentum. allegat Specul. in dicto titu. de inquis. §. nunc videndum. in iij. col. in prin. quod confirmat etiam ex pluribus de quibus ibi per eũ. Igitur cùm nulla infamia præcedat inquisitionem contra istum Guionum formatã, sed potiùs eius bona fama, ut uidetur probatũ per multos testes, qui deponunt eũ haberi pro bono viro, ergo, &c. Et huic fundamento duo etiam non obstant. Primum quod tradit Ang. Aretin. in tract. suo malefic. in uerbo, fama publica. versic. & tene menti. ubi dicit, quòd si contra Titium nõ laborat diffamatio, tamen si contra eum extant indicia, potuit tamen contra eum inquiri, quamuis reputetur com
12 muniter bonus; † quoniam indicia sunt loco diffamationis dicto cap. qualiter & quando & sequitur Ang. Arimi. in addit. ad eundem & ratio est, quia per indicia peruenit ad torturam. l. j. ff. de quæst. nam ad hoc respondet non procedere quando sunt indicia à remotis, & non propinqua de ipso maleficio, cum potiùs tunc sit quædam suspicio quàm diffamatio & indicium, ut latiùs demõstrat Mars. in dicto §. constante. numero. 19. vbi hoc satis subtili ratione confirmat, quia cùm infamia seu diffamatio contra aliquem nõ possit probari nisi per duos testes ad minus, per regulam. de qua in cap. in omni negotio. de testi. & in l. vbi numerus. ff. eod. titu. de testi. idcirco cùm indicia subrogentur loco diffamationis, debent eius quoque naturã sapere, per regulam l. si eum. §. qui iniuriarum. ff. si quis cau. cum similibus ibi in gloss. alleg. Et hoc modo uidetur intelligendũ, id quod de bona fama dicit Paris à Puteo in dicto trac. syndic. in verbo, tortura, ad fin. Ex quo modo, fit quod cùm nullus deponat de aliquo facto ipsius Guioni quod mediatè nec immediatè in delictum sonet, nulla itaque contra eum insurgit diffamatio, minùsque indicium vllum, quinimò remanet in se probata eius bo
13 na fama, † quæ inquisitionem quamuis rectè & ritè formata fuisset per se ipsam tollere potest, ut pulchrè respondit. Cuma cõsi. cxxxv. col. ij. Bal. in l. fin. C. de probatio. & late Marsilius in §. diligenter. num. 196. ad quem nos remittimus. Secundum est, quia ista inquisitio non videtur etiã posse defendi ex rescripto illustrissimi domini Marchionis Salutiarum tanquam sit de eius conscientia formata, quoniam non motu proprio, nec ex certa scientia illud rescriptum emanauit, sed ad partis petitionem & instantiam, vt patet in ipso rescripto, in quo mandat summarias informationes recipi, vt ibi, visa supplicatione, &c. quo casu requiritur, ꝙ ista præcedat infamia, & diffamatio, quemadmodum si rescriptum ipsum non emanasset, per gloss. in cap. ij. de accusatio. lib. vj. licèt aliàs secus sit, quando in rescripto adest motus proprius, vel clausula, ex certa scientia ut Alexand. respondit in causa Angelorum, consi. clxxix. volu. ij. & in quæst. xxxiiij. lib. v. Cæpol. consil. xvij. Decius consil. clxx. uiso themate. col. ij. versic. non obstat. & in consil. clxxv. in causa falsitatis. & clxxxviij. lætatus sum. & cclvj. Felin. in cap. j. col. v. de rescriptis. Marsil. singul. xiiij. & in dicto §. constante. nu. 21. & 22. Et corroborari possunt prædicta ex illo notabili dicto Bald. in cap. j. extrà, de offic. Archid. col. j. in fine. col. ij. in princip. vbi voluit, quòd etiam si statutum ciuitatis disponat, ꝙ potestas possit liberè inquirere contra malo
14 factores, propter dictionem, liberè† potestas non possit instituere inquisitionem contra aliquem malefactorem, nisi contra eum fama præcedat. quod dictum refert Alexan. in consi. cxxxix. Visa copia denuntiationis. in vj. volu. & Decius in consi. clxxv. in causa falsitatis. & Felin. in cap. qualiter. & quando de accusat. col. iiij. Septimò prædicta inquisitio videtur ex alio malè formata, quia si bene

m proc-

processus perpendatur, non videtur cõstare de aliquo delicto, quod est maximum & necessarium ad hoc, vt possit contra aliquẽ formari inquisitio, † ante omnia enim de delicto plenè constare debet, seu de corpore delicti vt Doct. loquuntur, & est tex. in l. si quando. ibi, patefacta, & ibi not. Bal. & Ias. C. vnde vi. & communiter allegatur tex. in l. j. §. illud autem. ff. ad Syll. & ibi Bar. & in l. fin. in prin. de quæst. Alexan. consi. xxxiij. col. j. vol. j. & in consi. xix. volum. vij. & est doctrina Barto. in l. diuus Traianus. ff. de testa. mil. & tradit Alex. post Ang. & Imo. in l. qui bona. de dam. infe. & per multos alios de quibus per Mars. in princ. suæ practicæ, nu. 5. & 6. & hoc est adeò, verum, quòd non sufficeret delictũ probari per coniecturas, vt tradit d. Abb. in c. fi. de officio deleg. Item adeò procedit, † quòd nec cõfessus puniri poterit, nisi de delicto cõstet, secundum Bal. in addit. Spec. in tit. de sentẽ. quem Moder. passim sequuntur. Et si aliter formetur, inquisitio, iudex in syndicatu tenetur, vt dixit Are. in tract. prædicto, in verbo, fama publica. versi. xij. tu. iudex. & num. 108. Igitur cùm plenè non fuerit probatum delictum, vt constat ex his quæ dicta fuere in primo argumento; vtique malè videt fundata intentio fisc & Michaelis. Quod fortificat, quia non solùm non est probatum delictum eo respectu quo suprà, sed nec respectu identitatis pecuniariam; nam probatum nõ est, quòd pecuniæ illius Antonij Boxij, quæ fuerant remissæ Augustinæ sint illæmet pecunię quas ipsa postmodũ Guiono dedit; nõ enim sequitur, vxor Antonij Boxij dimisit pecunias Augustinæ; ergo pecuniæ, quas Augustina Guiono dedit, sunt illæmet, quãdoquidẽ multi potuerit euenire casus, vt illę pecuniæ fuerint consumptæ. vel fuerint restitutæ; ita quòd illæ quæ Guiono traditæ fuærunt non sunt illęmet, probatio enim necessariò dẽt concludere, alioquin nihil operatur. l. neque natales. C. de ꝓbat. l. nõ hoc. C. vnde cogna. c. in præsentia. de proba. c. cùm Ioannes. in fi. de fi. instr. Dec. cõsi. cj. versi. bene facit, quòd d. Cardinalis. nec refert si dicatur, ꝙ nõ præsumuntur cõsumptæ ab ipsa Augustina; q̃a in dubio quilibet natura præsumitur bonus. l. merito. ff. pro soc. tradit Bar. & alij in l. si vero. §. qui pro rei qualitate. ff. q̃ satisdare cog. Innocentius in cap. veniens. de præsumptio. † quoniam præsumptio illa non est sumenda quando per eã fama alterius grauaretur, & agitur de condemnatione, non autẽ de absolutione, vt est glo. in l. qui iurasse. §. si pater. el. ij. ff. de iureiuran. & ibi declarat Barto. Bald. & Ias. Soc. consi. lvij. colum. v. ad fin. vol. iiij. Dec. in c. super literis. colum. v. versic. in glo. in verbo, priori de rescrip. & alibi sæpe.

15 (margin) 16 (margin) 17 (margin)

Octauò pariter dicitur malè fundatã esse intentionem fisci & istius Michaelis, quia esto, quòd istæ pecuniæ fuissent Antonij Boxij, tamen nõ potuit formari cõtra Guionũ istum aliqua inquisitio, cũ opus esset probare, quòd ipse hoc intellexerit & sciuerit eas, scilicet, pecunias fuisse illius Antonij, quod cùm ignorauerit, vt in dubio præsumitur. l. verius. ff. de probat. & hoc maximè quando per eam excluditur, delictum, argum. glo. in l. iurisgentium. §. quod ferè. ff. de pact. in verbo, approbetur. Alexan. consi. lxx. colum. ij. circa medium. vol. j. & in consi. cxxvij. colum. iij. vol. iiij. Ideo excusandus est, & contra eum inquisitio formari non potuit, per ea q̃ tradit Bal. in cap. à nobis. de except. glo. in l. j. ff. de receptat. vbi habetur, quòd receptans bannitum non punitur, si non sciuerit eum esse bannitum; prout † nec expẽdens falsam monetam crimine falsi tenetur, si ignorauerit eam falsam fuisse. l. qui ignorans. ff. de fal. l. nihil interest. ff. ad legem Corneliam de sicarijs. & probatur ineuitabili ratione, quia cùm furtum sit contrectatio rei alienæ fraudulosa, vt superius diximus, vtique non potest ab ignorante committi, qui dolo caret. Propterea bene dixere Iureconsulti, † quod propositum, consilium & intentio maleficia distinguunt. l. qui iniuriæ. & ibi glossa allegat concordantias. ff. de furtis l. furtum. ff. de vsucapionibus. l. j. C. ad legem Corneliam de sicarijs. Nonò dicitur etiam, quòd contra istum Guionum non est locus quæstioni, cùm simus in causa ciuili & pecuniaria, in qua nec liberi, nec statu liberi torquendi sunt, quandoquidem vix serui torqueri permittantur, nisi vbi veritas aliter haberi non posset. l. Diuus Pius. ff. de quæstionibus. & ibi tradunt Doctores. Nec obstat quod tradunt Abbas & alij in capitulo primo, de deposito vbi aliter videtur esse notatum in causa depositi, sicuti videtur hoc fuisse; eo quòd habet annexum delictum, ad torturam deueniri posse etiam contra liberum hominem, quoniam respondetur illud intelligendum esse, quando verificata esset substantia, & quantitas ipsius depositi, & depositarius denegat ipsum depositum restituere, & cõstat de contrectatione, vt ibi, adeò quod de furto satis

satis erat liquidum. nam isto casu potest torqueri, vt indicet pecuniam quā exportauit, & compellatur restituere depositū, vt & verba tex. ostendunt ibi. Nam cum text. solummodo quærat de restitutione depositi, vt patet ibi, grauis querimonia, &c. præsupponitur enim verificata substantia & quātitas ipsius depositi, & de facto constare, quia qñ est disputatio de aliqua qualitate, præsupponūtur cętera habilia omni alio respectu. l. q. te-
20 stamenta. ff. de testa. & bene facit, † quòd sem per verificari debet præsuppositum, vt dispositio locum habeat. gloss. in l. mancipia. C. de seruis fugiti. quā ibi not. Iaco. Butri. Fulgo. & alij, & hoc est quod Docto. volunt, φ in causa pecuniaria quæ habet delictum annexum liber homo possit torqueri. verùm nullibi reperitur, quòd ad habendam veritatem substantiæ & quantitatis depositi liber homo torqueri possit, vt in casu isto contingit, ergo casus est sub regula dictæ l. diuus. ff. de quęst.

Decimò ex pręmissis adhuc aliud fit argumentum pro Guiono, quòd contra eum nō potuerit formari inquisitio & minus torqueri possit, vt de primo patet; quia non debet fieri inquisitio ita passim de oībus criminib',
21 † sed solūmodo fieri debet de grauioribus, & pœna ac coërtione dignis. qm̄ vbi delictū nō est punibile, super eo non pōt formari inquisitio, vt tradit Bart. in l. vbi pactum. nume. 10. C. de transact. & in consil. 100. à domino Cyno. de quo supra. Bald. in l. decuriones. C. de infamibus. quod confirmat Marsi. in dicto §.
22 constante. nume. 102. † quia exceptio ista, delictū est impunibile, impedit litis ingressum. Sed Barto. in l. si seruus. C. de his qui ad eccl. confug. quem Iason refert & sequitur in rubric. C. vt nemo priua. & in l. nam & postea. in principio. in secunda colum. ff. de iureiur. vt ibi per eum. Secundum, quia tunc deuenitur ad quæstionem & tormenta vbi est necessaria veritatis inuestigatio, vt est text. in l. item apud Labeonem. §. quæstionem. ff. de iniurijs. Ex quo à contrario sensu probatur,
23 † quòd nō est locus quæstioni, vbi veritas est aperta, & in propatulo, & se ipsam ostendit. argum en. l. j. ff. de in integrum restitu. & inferius dicemus. Et bene facit text. in l. vnius. §. in ea causa. ff. de quęstio. Cū ergo ex tot quæ superius dicta sunt de nullo constet delicto, sed potiùs de innocentia istius Guioni, vt clarissimi eius aduocati excelleñ. in primis dominus Ioannes Franciscus Purpuratus meritissimus præses pedemōtanus, magnificus dominus Aymo Craueta eius gener, & magnificus dominus Philibertus a Boue, conati sunt ex multis coniecturis & argumentis ostendere ad quid ista quęstio cùm iure nullo contra eum exerceri queat.

Vndecimò facit; quia negari nō pōt quin saltē ex pręmissis & his quę in processu sunt deducta, casus sit dubius & obscurus. Idcirco cū in dubio sumus, pronūtiandū videtur
24 etiam, † quòd non sit locus quęstioni nec torture, vt latè Marsil. in d. §. diligenter. nu. 190. per tex. in l. Arrianus. ff. de actio. & obliga. & in c. cùm partium iura. de regu. iur. in vj. & est vltra eum text. in l. non puto. ff. de iure fisci. qui text. secundùm interpretationem & intellectum quorundam Alexandrinorum in l. j. ff. soluto matrimo. propriè loquitur, & ita est intelligendus, vbi agitur de tortura, vt ex verbis eius patet, quæ sunt in dubijs quęstio-
25 nibus, &c. † Nam quęstionis appellatione de tortura intelligendum est; vt patet ff. & C. de quęstionib. per quę patet, quòd quatenus ex pręmissis non constaret de innocentia istius Guioni, sed essemus in re dubia, esset tamen absoluendus à tortura, & consequenter etiā ab inquisitione, maxime cùm maior & amplior honor comparetur iudici in absoluendo, quàm condemnando. secundùm Paul. à Cast. consi. cxcvij. in antiq. impress. als ccxcix. secunda parte, in fin. de quo apud Dec. cōsil. clxxv. col. ix. ad fin. & consi. clxxxix. col. fin. & per Marsil. in practica sua crimin. in §. occurrunt. col. ij. ad fin. nu. 7.

Duodecimò concluditur ex pręmissis causam Guioni esse in portu non obstantibus testibus etiam illis duobus, qui post publicatas aliorū attestationes examinati fuere, qm̄ ad eius offensam examinari non potuerūt.
26 † nam licèt in criminalibus causis non concludatur in causa, & testes quandocunque possint examinari, vt tradit Bar. in l. ij. §. si publico. in vj. col. vers. vlterius quæro. ff. de adulter. & in l. diui fratres. ff. de pœnis. & in l. iiij. §. hoc autem iudicium. ff. de dam. infect. col. penul. & in authen. qui semel. in iij. col. C. de probatio. istud tamen non est verum, vbi agitur de offensa, sed solummodo vbi agitur de defensione rei, vt tradit Salic. in l. si. in vltima colum. C. de quæstio. Aret. in c. fraternitatis. in vij. charta. & Fel. i. c. cùm clamor. in viij. col. de testib. de quibus meminit Marsil. in dicta practica, in §. sequens quæstio. nume. 6. vbi se in compluribus alijs locis allegat, tantum sibi ipsi sua placebat authoritas. Et hæc sunt

quæ pro Guiono & contra fiscum ac dictum
Michaelem primo aspectu facere videban-
tur. Quibus tamen non obstantibus puta-
mus contrariam sententiam esse veriorem,
& consequenter affirmamus sanctissimè, &
non temerè, vt alij arbitrantur, pronūtiatum
fuisse per clarissimos & integerrimos iudices
à quibus pronunciatum est istum Guionum
tanquam hominem malæ fidei, & qui pecu-
nias alienas dolo & fraude suas facere ten-
tauit, quæstioni pro veritate indaganda esse
admouendū. Et in primis ad hoc nos incli-
27 nat veritatis, & iustitiæ amor, † quæ omnibus
subtilibus artibus & quæstionibus est à iudi-
cibus exquirenda, vt tradunt Doct. in l. ij. C.
de eden. vbi maximè Decius qui plura alle-
gat in ij. notabi. vt latè per Albericum in l. cū
ita. ff. de condit. & demonstratio. & per Pra-
cticum Bononień. in sua practica crimina. in
§. diligenter. num. 80. & 124. vbi inquit, quòd
vbi veritas aliter non posset haberi, omnes le
gum regulæ relaxantur, & ab ipsis fas est re-
cedere, vt ex multorum authoritatibus & do
ctrinis hoc verum esse probat, & multa exē-
pla ponit, ex quibus facilè hoc verum esse co
gnoscitur. Nam testes inhabiles & minus
idonei; vt est vxor pro marito, impuberes,
fœminæ in causa criminali & personæ quæ
inuitæ compelli non possunt, admittuntur
& compelluntur, vt ibi latissimè per eum.
Tantum enim potest per se veritas ipsa quæ
nullis est subiecta regulis. & propterea sem-
per est quærenda, & inuenta attendenda, vt
est tex. in l. fin. vers. veritati locum semper fo-
re. ff. de probatio. & in l. j. in fi. C. de Lat. liber.
tollē. per quem textum admoniti sumus ab
Imperatore, vt velimus esse veritatis imita-
tores. quam (vt inquit Spec. in titu. de test. §.
qualiter autem. versi. deinde.) curare etenim
maximè debent iudices, ne pereat & ne oc-
culietur veritas, quandoquidem in delictis
ea ipsa sola sit inspicienda, vt inquit Io. And.
in c. cùm quis. de regu. iur. in vj. in mercurial.
Bald. in l. si quis seruo. C. de furtis. dominus
Alexand. in l. diuus. ff. de sicar. de quibus per
Practicum Bononień. in ipsa sua practica, in
§. secunda quęstio. nume. 15. & 16. vbi aliā ple-
raque de veritate adducit, quæ non transcri-
bimus, ne maius opus nos ipsi sua pract. fa-
ciamus. Secundum, quòd nos in hanc sen-
tentiam inclinat est odium & detestatio de-
licti & facinoris, quod contra bonam fidem
28 perpetratum est. † odio enim sunt habendi
scelerati homines, nec facilè eorum patroci-
nium est suscipiendū; cū reipublicæ intersit
delinquentes puniri, & crimina eorum dete
gere. l. congruit. ff. de offic. præsid. l. eum qui.
ff. de iniur. l. per omnes. C. de defens. ciuita.
nec famæ suæ bene consuluit, qui pro fu-
re causam dixerit. Igitur pro bene de-
monstranda veritate istius negotij sunt ali-
qua in facto & in iure præmittenda tāquam
traditiones generales. In facto permittendū
est, quòd quando per Guinam traditę fuerūt
pecuniæ Ioan. Thomæ & Augustinæ; & de-
mum per Augustinam Guiono, non libera
erant cū omnibus commercia, nec facilè ar-
guendo à cōmuniter accidentibus poterat
hominū multa copia, nec testium numerus
haberi, quia pestilentia in eo loco Carma-
gnoliæ quo hæc gesta fuere vbique sęuiebat.
nā ipsa Augustina erat iam morbo & peste
infecta, adeò q homines à cōmercijs non so-
lùm eius, sed & aliorum se abstinebant, in-
columitati potius corporis, quàm fortunarū
29 acquisitioni intendentes, prout hoc † expe-
rientia docet, quæ est rerum magistra. §. fina.
Instit. de satisdat. capitu. quàm sit ecclesijs. de
electio. lib. vj. & à qua valet argumentum l. si
chorus. §. his verbis. de lega. tertio. & iuris prę
sumptio hoc admittit, vt tractatur in l. fin. C.
de testamē. & ibi latissimè per dominum Ia-
so. & pulchrè Corn. Perusi. consi. x. volum. j.
quem refert & sequitur clarissimus domi-
nus Hieronymus Pręuidellus olim socius &
frater noster in scholis, in tractatu suo de pe-
ste. sub rubr. de iud. c. xviij. vbi dicunt, quòd
tēpore pestifero non pōt vicinorū ēt haberi
copia, quia tali tēpore nō audēt se ponere ad
fenestras ea parte, qua aër pestilens intrare
pōt. & propterea quia tūc nihil scire pręsu-
munt, limitat ipse dn̄s Hieronymus regulā
l. de tutela. C. de in integ. resti. & l. octaui. ff. vn
cogna. Itē p̄mittendum est, q iste Michael
Boxius erat filius Guinæ & Io. Antonij, qui
Thomæ pecunias tradiderunt, vt Guionus
30 ipse rn̄dendo inquisitioni cōfitet, † quę con-
fessio probaret ēt in cā ciuili, per ea quæ tra-
dit Bal. in l. ij. ad fi. C. de eden. post Inn. in c. cū
oportet. de accu. & Io. And. in addi. Specul. in
tit. de accu. §. j. ver. q d si latro. vbi dicūt, q acta
facta in iudicio criminali, nō solū quo ad fa-
ctū, sed ēt quo ad effectū p̄bāt in quocūque
iudicio in fauorē cuiuscūq; interest, quāuis
in iudicio ipso nō interfuerit, qa iudex inq-
rēs vr̄ repręsentare oēs quorū interest, vt ēt
tenēt Ang. & Imol. i l. defuncto. ff. de pu. iud.
Ang. in l. j. ff. de pri. del. Fely. in c. causam. el j.
col. vj.

col.vj.aliàs nu.20.de testib. vbi dicunt quod acta facta corā iudice inquirente, vt est cōfessio, probant contra inquisitum in fauorē eius cu ius interest, licèt non fuerit pars iudicij. In iu-
31 re autem præmittendū est, † quòd vbi sumus in his quæ à communiter accidentibus sunt difficilis probationis, vt sunt furta, & ea quę fiunt clam, & in loco vel tempore quo non potest haberi hominum copia, vt est in mon tanis locis & pestilētię tēpore, per tradita in dicta l.finali.C.de testamen. & arguendo de re ad tēpus, quod argumētum valet. l. miles ita.§.& quia diximus.de testamen.mili. & ibi Bald.& latius habetur in l.vinum.ff.si cert.pe tatur.cum simili b. admittuntur probationes per coniecturas, indicia & pręsumptiones, & per testes minus idoneos & singulares, per text.in l.consensu.C.de repud. & in cap. tertio loco.de probatio. Bartol. in l. si quis.§. prætor.& ibi do.Ias.nu.20.ff.de edendo. & in l.si stipulatus sim calendis. post Bartol. ff. de verborum obligatio. & in l.finali. §.licentiā. C.de iure deliberan. & per Decium & alios in cap.tertio loco. de probatio. Soci.bellissimè, consi.liiij.vol.iij.& per Marsi.in loco pręalleg.& hoc maximè si tendunt ad eundem rei finem & per diuersas coniecturas sibi ad inuicem patrocinantes, vt per Bald.in c.j.de controuer.inuestit.ex quibus subdeclarari & sublimitari posse videtur illa singularis doctrina domi.Anto.in c.tertio loco.de proba. de qua Docto.sępe meminere, in specie do. Alexan.consi.clj.vol.ij. vt procedat quādo ratione temporis arguendo à cōmuniter accidentibus, non potuerunt testes haberi, licèt actus celebratus suapte natura generaliter loquendo talis sit, qui habitu & actu non solear fieri remotis testibus. Nā si ratione tēporis pestiferi testes haberi non potuerint, sufficiunt probationes per indicia & coniecturas, & testes minus idoneos, per prædicta.
32 Item præmittendum est, † quòd in causis pecuniarijs grauibus, & in his quę habent annexum delictum pro veritate habenda potest liber homo torqueri, licèt aliàs generaliter liberi homines in pecuniarijs & ciuilibus torqueri non possint. l.diuus.ff.de quæstio. & ibi per Bald.& alios vt de primo, quòd videlicet causa ciuilis grauis æquiparetur criminali, tradit Bald.in l.parentes.C.de testib.Petr.de Anch.consi.xxviij.rationes inductæ. ad finē. & in consilio lxiiij. in causa quæ vertitur.col. ij.de secundo est text. in cap.j. de deposit. & ibi notat domi.Abb.post Abba.antiquum in vj.not.Ioan.de Imol. in consi.j. sub tit.de deposi.Bald.in l.sicut falsi.C.de fals. vbi vult, quod in causa falsi ciuiliter intentata, si adsint indicia, ad torturam deueniri possit, quia habet annexum delictum. Et idē tradit Franciscus Brunus in tractatu de indicijs & tortura.in ij. parte, in iiij.q.principali. Quod etiam affirmat Paris de Puteo in tracta. syndic. fol.293. secundum paruam impressionē.§.an in cau-
33 sa pecuniaria.vbi inquit, † quòd mercatores qui cedunt mensæ & foro, ac solum vertunt, qui vulgo falliti appellātur, torqueri possunt, vt indicent pecunias ipsis datas ad mercandum, de quo etiam per Alexandrū consilio lxxvij.in causa accusationis.col.ij. versic. non obstat.vol.j.Ias.l.imperium.col.xij.ad finem. versicu. sed aduerte.ff.de iurisdict. omnium iudic.nu.24.& per Socin.consil. ccxix. ad fin. vbi reprobata quadam opinione Ange.in disputatione sua, quæ incipit; Astensis miles. col.iiij.versicu. sed adhuc dubitari potest. respondit in causa vsuraria; quia habet annexū delictū, ad torturam deueniri posse, per regulam traditam in dicto cap.j.de deposi.per quam limitatur regula l.diuus. & l.ex libero. ff.de quæst.& ibi per Modern.Bononien.qui eadem repetunt in practica sua in §. expedita.nume.60. Tertiò præmittendum est, quod licèt sine indicijs non possit deueniri ad torturam, vt habetur in l.finali.ff.de quæstion.vt superius dictum fuit. Tamen cùm in ipsis indicijs, quæ requiruntur ad torturam, non possit dari vna certa determinata regula; quia valde stant in pectore & arbitrio iudicis, cuius fidei & authoritati distinctio negotij tota cōmissa est.l.j.§.calumniatoribus. ff.ad Tur-
34 pillia.dicendum vtique est, † quòd tota materia torturæ ab eius arbitrio dependeat, sicuti dependet etiam materia testium. l.iiij.§. tu magis.ff.de testib. quorum hoc loco tortura & indicia subrogantur.ita inquit Bart.in l. fi.nu.5.ff.de quæstio. Bal.in l.ij.col.j. C.quorū appel.non recip.Io.And.& Abb.in c.cùm in contemplatione.de reg.iur. Alexan.consilio lxxvij.in causa accusationis. in iij.col.vol.primo.& in consilio lxv. habita super contentis. eodem volumine.plenè Franciscus Brun.in dicto tract. in prima parte.q.iiij. Par.à Puteo in dicto tracta.char.ccxc.nu.18. vbi inquit varia esse indiciorum genera, ex quibus iudex potest arbitrari à se ipso, an quis sit torquendus vel ne.

His modò sic pro faciliori demonstratione eorum quæ dicturi sumus præmissis di-

cimus fisci & Michaelis ex pluribus optimè esse fundatam intentionē contra istū Guionū vt torqueri possit, quod in primis demōstratur ex fama publica & cōmuni voce populi istius loci, quę non solū probata est per
35 testes, sed & per eius confessionē, † quia nulla maior est probatio quo ad eum effectum, quia releuat ab omni alio onere probationis, vt l.cū te.C.de transactio.l.generaliter.& auth.contra qui propriā. C.de non numera. pecun.latè tradit Decius in rubri.de probat. Nā Guionus iste confitetur, quòd erat publica vox & fama, quòd pecunias Antonij Boxij habuit ab Augustina eius sorore, & quòd ex eis ipsis pecunijs fortunas, quas possidet, sibi comparauit; adeo quòd non conuenit ingredi ad eas disputationes Bart.in l.de minore.§.plurimū. ff.de quæstio. & quæ necessariæ sunt in probanda fama, & an oporteat reddere rationē dicti sui, etiā si non fuerint interrogati, de quo etiā latè per Deci. in c.j. de appellatio.per Aret.& alios in c.veniens. de testib. quia cū per eius confessionem de fama constet, cessant rationes, propter quas tot esse necessaria in probanda fama dicuntur; nam nō est præsumptio, quòd nisi fama illa apud graues viros & honestas personas fuisset, sed apud maleuolos, quòd eā fuisset ipse ita simpliciter confessus. Igitur non est amplius opus quęrere, vnde habuerit originem ista fama; quia ab honestis orta præsumitur; de quibus etiam si opus esset quærere, non est difficultas hoc demonstrare ex attestationibus etiam testium nomine ipsius examinatorū, qui cū plures nominant notabiles & spectatæ fidei viros à quibus hoc dici audiuere, de quorū nominibus fit etiam mentio in subtilissimis allegationibus clarissimi Iurisconsulti domini Ludouici Pelletæ, qui subtiliter cōsiderat, prout & nos in quadā causa Mantuana diebus proximè elapsis
36 considerauimus, † quòd cū Guionus iste produxerit testes, & eorū dictis vtatur; vtique & personas & dicta testium approbasse intelligitur, ita vt nō possit ea amplius improbare. l.si quis testibus. & habetur per Bald. in l.in bonæ fidei. C.eodem. & ita similiter cōsiderat dominus Franciscus Curtius Iunior consilio clxiij. nume.20.& ita est intelligendum quod inquit glossa & dominus Abbas in c. præsentium.de testibus. idem dominus Abbas in capitu.causam.in principio.de re iudicata. quos Felin. sequitur ibi, in primis verbis.& in capitulo cùm inter.colum.vij.nu.21. de exceptio. Decius in l.fin.col.xvij.num.45. C.de edict.diui Adria. tollen. adeo quòd ex dictis testium eius nomine examinatorum remanet fisci & Michaelis quo ad probanonem famę fundata intentio, quę adhuc quatenus non extarent, ista optimè fuit per testes nomine fisci & Michaelis examinatos probata, vt subtiliter deducit prędictus dominus Ludouicus, per ea quę respondit Aretinus consi. lxxiij.col.viij. vbi respondit, ꝙ vbi extant aliqua indicia vel facta, ex quibus ꝓbabilis potuit oriri suspicio & coniectura, nō requiruntur tot necessaria ad probādum famam; quia loco honestarum personarum, & aliorum quę vidētur necessaria sunt ipsa indicia, coniecturę & probabilis suspicio; & eo casu propter ipsa indicia. coniecturas & probabilem suspicionem fama pręsumitur habere ortum ab honestis personis, & proptepterea infert, ꝙ tūc testis famam plenè probat, etiam si interrogatus non deponat à quibus dici audiuerit, quod confirmari posse videtur ex his quæ per oppositum tradit Baldus in §.item si vasallus.colum.fin.versic. quæro quid de fama. de contro. inuesti. vbi
37 inquit, † quòd quando fama est apud bonos & graues viros, præsumitur ex iustis indicijs nata, vt ibi per eum, pro quo etiā induci potest, quia si bene considerētur verba Bartoli in l.de minore.§.plurimum quoque.ff.de qō. colum.quarta.versiculo, tertiò quæro. à quibus personis cogemur, in imis dentibus fateri in probatione famę, de qua agitur, non esse necessariā expressionem nominum personarum. voluit enim idem Bartol.quòd quādo populus ideo credit aliquid, quia tales dixerunt, & sic tunc fama trahit originem à solo dicto personarum; tunc fit necessariū exprimere nomina eorum à quibus testes dici audiuerunt, quia eo casu oportet authores esse spectatæ fidei, vt facilè eis credi debeat, quod asseuerant; sed quādo fama habet orrū ab aliquo alio actu, quàm à dicto personarū, tunc potest habere originem à vilibus quibuscunq; personis, vt latè disserit Bartolus ibidem in quæstione sequenti. sed in casu de quo agitur, fama habuit originem à traditione pecuniarum Antonij facta per Guinā Ioan.Thomæ, & per Augustinā Guiono, ergo, &c. Cùm igitur in isto casu probabilis præsumptio, tot coniecturæ & indicia concurrant & propinqua & remota vt luce meridiana clarius per clarissimos fisci Aduocatos ostenditur. Primò ex traditione pecuniarum

niarum quas Guina tradidit Ioanni Thomę & Augustinæ, quæ demũ eas tradidit Guiono, vt ex dicto Sebastiani Chiranguli constat, & ex confessione ipsius Guioni ex paupertate Ioannis Thomæ & Guioni, ex subita & repentina locupletatione & mercium comparatione ipsorum fratrum à Bechis, quos pauperrimos fuisse constat, & ex alijs etiam plerisque de quibus inferius dicetur, quis potest prudenter negare, cũ fama sit optimè probata, quamuis Guionus ipse co-
38 natus fuerit postmodùm eam negare, † sed primæ eius confessioni statur, quia primo iuramento standũ est, vt bene respondet dominus Ludouicus Pelleta per tradita per Felinũ in capitulo, cũ in tua. columna secunda. versiculo, secunda conclusio. de testibus. & vltra eum in terminis tradit glossa nota. communiter approbata in capitulo, licèt mulieres. in vltima glossa, de iureiurando. ĩ sexto. si ergo probata est fama, & cũ ea tot indicia & coniecturæ concurrant, quis adhuc negabit, quòd contra eũ non extent indicia, ex quibus non potuerit solũ formari
39 inquisitio, sed & possit torqueri, & quia † licèt fama per se sola generaliter loquendo non sit sufficiens indicium ad torturam, vt tradit Bartol. & alij in all. l. de minore. §. plurimum quoque. ff. de quęstio. Baldus in l. milites. & Cynus in l. finali. C. eodem. dominus Antonius & alij in capitulo, veniens. el primo. quarta columna, de testibus. Ioan. Andr. in additio. Spec. in titulo, de probationibus. §. videndum. versiculo xiij. iuxta fin. additio. Bald. in additio. Specu. in titulo, de senten. in vltima colum. Paris à Puteo in dicto tract. char. cclxv. an fama. Alexan. consi. v. in causa inquisitionis. Angel. Aret. in tract. malefic. in verbo, fama publica. versic. & an fama. Ias. in l. admonendi. de quibus omnibus meminit Mars. in dicta pract. in §. diligenter. nume. 18. Ioan. Crot. in tract. test. in quarta parte, nu. 147. tamen vbi esset vehemens fama, tunc esset sufficiẽs indiciũ ad torturã, ita notanter respondit Bar. in consil. suo cxcij. incipiente, D. Paci. de Burgo sancti Sepulchri legũ doctori, & Bald. cons. cxxxj. incipiente, visis dictis articulis. in secunda columna. ij. volumine. Angel. in addition. in loco Aret. proximè alleg. & Franeis. Bru. in dicto tractatu, in tertia quæst. prima, per al. colum. xiij. versiculo, an fama, &c. Felinus in dicto cap. veniens. el primo. de testibus. columna quarta. nu. 16. & plerique alij de quibus in practica crim. in d.

40 §. diligenter. nume. 19. † sed vehemens fama illa dicitur, quæ multis suffulta est indicijs & diu durauit, vt colligitur ex dictis Archid. in ca. accusatus. de hæret. in vj. vbi inquir, quòd si quis per annum steterit in excommunicatione, dicitur notabilis & vehemẽs pręsumptio, quòd sit hæreticus. Et probatur ex his quæ notantur in can. quorundam. xxxiiij. distinctio. vbi not. quòd præsumptio violenta oritur ex propinqua facti circunstantia.

Secundò est fundata ex testimonio Sebastiani Chiranguli, qui non de facto remoto, sed ipso facto immediato traditionis pecuniarum deponit, quas nõ oportet tergiuersari fuisse tantummodò decem aureos, quia Guionus, ex cuius confessione declaratur dictum ipsius testis confitens eas fuisse tanti ponderis, vt eas minimè ferre posset, vt ex eius cõfessione patet, ex quo sequitur, quòd cùm adsit dictum istius testis, & confessio Guioni, non est quouis modo hæsitandum, quin adsit sufficiens indicium ad torturam, quia esto, quòd præcedentia non vrgerent, vrget tamen adiectio istius testis, qui adiunctus famæ, maximè quãdo adsunt talia indicia, & ipse deponat de visu & facto ipso, nõ solũ facit indicium, sed plenam probationem, vt inquit Bald. in l. si quis. §. j. ff. de edendo. Aret. in cap. veniens. de testi. per cap. præterea. eodem titu. glos. in cap. j. & ibi Decius colum. fina. de appellatio. latè per Ias. in l. admonendi. numero 257. ff. de iureiurando. vbi post Salicetum in l. ea quidem. in penult. col. versiculo, sed tunc. C. de accusatio. inquit,
41 † quòd semiplenę probationes etiã diuersi generis & alia non concurrant indicia, licèt non coniungantur, vt plenè probent quo ad condemnationẽ, coniunguntur tamen quo ad faciendum indicium & reum torquendum, vt magis expressè dixit dominus Ioan. Baptista à sancto Seue. in dicta l. admonendi. vbi specifice inquit, quòd licèt plures semiplenæ probationes non coniungantur ad faciendam vnam plenam probationem; coniunguntur tamen ad faciendũ indiciũ, arg. not. in l. fi. C. de proba. & eum sequitur Soc. in dicto consilio liiij. colũ. secunda. versiculo, tertio & vltimo. volu. iij. hoc idem voluit expresse Bar. in l. fin. ff. de quęst. videlicet, quòd in materia indiciorũ vna præsumptio iuuet aliam ad faciendum plenum indiciũ ad torturam, & Bar. refert & sequitur d. Alexan. in consilio lxxvij. incip. in causa accusationis. in primo volu. in vltima colũ. de quo etiam per

m 4 d. Ioan.

d.Ioan.Crot.in d.tract.in iij.parte, quæst.xij.
42 nu.102.& in iiij.par.nume.150.qui inquit, † quod si in causa criminali crimen sit plusquàm semiplenè probatũ (vt puta) per vnũ testem de veritate, & aliquod aliud adsit indicium, tunc fama perficit probationẽ, & dicetur crimen plenè probatũ, allegat Ioan. Andr. in additio.Speculat.in titulo, de probatio.§. primo.versiculo xiij.& Bald.in d.l.si quis.§.j. ff.de eden. & dicit hanc conclusionẽ fundatam esse in tex.capitu. præterea. de testibus. quem ad hoc ponderat Aretinus in capitulo veniens. in iij. columna. eodem titulo. & est verissima conclusio, de qua per Decium in dicto ca.p.primo.col.vltima.de appellatio. versi.& prædicta locũ habent.quinimo quãdo fama etiã non adesset, quæ non est semper necessaria, vt inquit dominus Abbas in dicto cap.j.de deposi.in sexto notab.per tradita per Bartolũ in l.de minore.§.tormenta.
43 ff.de quæstio.sufficeret dictũ Sebastiani,† cũ dictũ vnius testis idonei,& qui sit omni exceptione maior,& qui deponat de facto immediato, vt facit iste testis, faciat indicium ad torturã, vt supra dictum fuit. & est glossa magistra in l.iij.C.ad legẽ Iuliã maie. de qua meminit d.Abb.in dicto capit.j.de deposi.& est doctrina Bartoli in l. fina. columna fina. numero 7.ff.de quæstio. de quo Alexan.consilio xiij. colũ.penultima.volum.j.& consilio xciij.eodem vol. & in consilio clxxx. volum. ij.& per Doct.in ca.tertio loco. de probatio. & per Soc.in dicto consilio liiij.colũ.iij. versi. nec obstat. vol.iij.& Franc. Bru. in dicto tractatu,colũ.ij.& per Marsi.in pract.in §.diligẽter.in princip. Concluditur igitur secundò ex præmissis optimè fundatã esse intentionẽ fisci & Michaëlis, maximè cũ alij etiã adsint testes, qui de facto ipso deponant, ex quibus luce meridiana clarius constat, quòd habuit pecunias ipsas, quas cũ non restituerit hæredibus Antonij, sed fratri suo eas potius dederit,nec sit bona fide vsus in numeratione & consignatione ipsarum pecuniarũ, eas enim palã & corã testibus fide dignis numerare debuerat, si bonã fidẽ obseruare volebat, & omnẽ sinistrã fraudis & doli suspicionem euitare,meritò doli & furti est arguendus,argum.tex.in l.non existimo.ff.de admi. tut.qui non posset esse magis ad propositũ, & in l.quinta.§.sanè.ff.de autho.tut.facit etiã tex.in l.non intelligitur.§.si quis.ff.de iure fisci.& in l. vxor.C.de repud.& in l.fin.ff.de ritu nup.& quod tradit Bartolus de tutore in l.tutor qui repertoriũ.ff.de administratio.tuto.vbi habetur, quòd tutor qui non facit inuentarium, & incipit administrare, est suspectus doli,& vt suspectu s accusari potest, pro quo etiã facit doctrina Barto. quã clarissimi Aduocati fisci & Michaëlis,nec non integerrimus & excellens dominus Ioannes Gallicus secundus iudex allegant in l. Barbarius Philippus. in ij.col.ff.de offic.præt. & doctr.Bald. in l.ex eo.C.de euict.vbi inquit,
44 † quòd mala fides, quæ lędit opinionẽ hominis, pbatur p indicia & cõiecturas,de quo meminit Aret.consi.cxlvij.col.iiij.vt ipsi referunt, & hæc quo ad secundũ. Tertiò fundata est intentio fisci & Michaëlis ex mendacio & variatione ipsius Guioni, in quibus nõ semel, sed sępius fuit deprehensus, & hoc non solũ circa ea quæ non pertinent ad substantiã negotij,sed & circa ea quæ substantiã tãgunt, prout disertè quisq; per se potest ex eius responsione inquisitioni in iudicio factæ annotare, vbi inter cætera illud est annotatione dignũ, dũ inquit,quod Ioannes Thomas non erat multũ diues, q a eius bona nõ ascendebant ad æstimationẽ & summã librarum ducentarũ,& erant grauata ære alieno, vt coactus fuerit magnã partẽ eorũ alienare, ita quòd consumpserat ferè omnia bona,postmodũ dicit oppositũ asseuerando illas pecunias ab Augustina sibi traditas fuisse tanquã Ioan. Thomæ, quod non est verisimile, quod fuerint ipsius per prædicta.

Itẽ primò negat illas pecunias in ea summa & quantitate, sed paucas admodũ sibi fuisse traditas,inquit demũ veritate ab inuito eius pectore erumpente, ait pecunias in bacino quodã sibi fuisse ab Augustina traditas, quas à semetipso ferre non poterat, & sunt multa alia pleraque mendacia, & multæ variationes & contrarietates, quas disertissimè post suas allegationes annotauit doctissimus dominus Ludouicus Pelleta Aduocatus causæ,quas sufficit ibi videre, cũ fi-
45 deliter fuerint annotatæ.† Stantibus igitur tot contradictionibus & mendacijs ac variationibus,certè enim non potest negari quin adsint indicia sufficientia ad torturã, quoniam quæ non singula prosunt, multa iuuant, vt in proposito respondit Socinus in dicto consilio liiij.colũna.ij.versi.tertiò & vltimò. volu. iij. sed mendaciũ per se solum est sufficiens indiciũ ad torturã.l. vnus.§.testes. ff.de quæst.cap.literas.de præsump. per quos text.ita affirmat Bartolus in dicta l.fin.

num.

num.3.& 4.ff.de quæstio.vbi inquit, quòd est maxima præsumptio contra mendacem, & quòd propter dictam præsumptionem poterit repertus in mendacio torqueri, vt ibi per eum, quę sententia non est sine ratione vltra tex.quos ipse allegat; quia mendax dici
46 tur delinquere, † cum mendacium sit significatio vocis cum intentione fallēdi,sed Angelus vt glossa attestatur in d.l. de ætate.§. qui ex quadrante.ff.de interrogatorijs actionibus.verū talis qui corā iudice mendaciū dicit, iudicē fallere velle videtur, & eū consequenter offendit etiam ratione periurij, ni mirum est ergo si eū iudex torquere potest pro habenda veritate,quam manifestè videt mendacem velle celare, argumento legis, nullum.C.de testibus. prout disertè demonstrat Paris à Puteo in dicto tractatu, fol.261. §.viso de indicijs indubitatis. numero 2.3. & 4.& hancmet sententiam Bartoli tenet Romanus consilio suo viij.versiculo, tertium.& Cæpola consilio lxj.super primo. & Brunus in dicto tractatu,prima parte,columna x.versiculo, quomodo an mendaciū, &c. Nec obstat,quòd Andræas de Isernia in constitutio.Regni.in verbo, si damna clandestina.dicat tantummodò procedere in teste non in reo principali, vt Paris in loco quo supra refert,qnia veritas est in contrarium, vt Doctores superius allegati attestantur, & Lucas à Penna, quem ibidem Paris refert viuis & veris rationibus ostendit adeò, quòd constat hanc sententiam esse veriorem, quæ cōprobatur etiam ex his quæ tradit Bartolus in l.finali.columna.iij.numero 10.ff. de his quibus vt indig.vbi limitando regulam Canonista-
47 rum,quæ est,† quòd nemo tenetur se ipsum prodere. capitulo, si quis. §. his authoritatibus.de pœnitent.distinctione prima.inquit, quòd illa regula etiam secundum eos, non habet locum in criminibus, quæ impediunt retentionem beneficij,nam tenetur in criminibus quis seipsum prodere, maximè iudice interrogante,allegat Specula.in titulo,de pos.§. vij. versiculo xuj. Ioannes Andræas in cap.dudum.el primo.de electio.& ca. inquisitionis.de accusationibus.Et propter vim iuramēti,quod reo defertur,prout in casu isto
48 Guiono delatum fuit,hinc est,† quòd in maleficijs non debet responderi per verbum, credit vel non credit, sed debet responderi de veritate; vt tradit Bartolus in l.Marcellus. ff.rerum amot.& in l.inter omnes.§.rectè.numero 5.ff.de furtis.&habetur in cap. cùm dilecti.de accusationibus. per quē text. pariter dixit Baldus in l.j.C.de iuramēto calumniæ, quod in maleficijs non iuratur de calumnia sed de veritate. & verè Doctores in contrarium supra alleg.si in fontè legantur in ipso principali de delicto inculpato, non autem in teste, & sic contra sententiam Andręæ de Iser.manifestè loquuntur, quòd, scilicet, propter mendacium torqueri potest, quæ sententia tantò magis est vera, quando cū mendacio ipse pleræquæ aliæ accedūt variationes, titubationes, trepidationes & alia similia, quæ etiam per se sola sunt sufficientia ad torturam,vt idem Bartolus inquit in l. de minore.§.plurimum.in princip.numero 2.de quæstio.quem Ange.Aretin.sequitur in tractatu malefic.in verbo,fama publica.columna.antepenultima.versiculo, nonò quæro. vbi admonet iudices,cùm vident similes variationes,ne parcant calamo,sed omnia sigillatim scribi mandent & faciant, prout inquit Innocentius in capitulo, quoniam contra falsam. de probationibus. de quo etiam per Marsi.in dicto §.diligēter.numero 74.& hęc quo ad tertium. Quartò fundata est intentio fisci & Michaelis ex confessione extraiudiciali Guioni, qui confessus est se habuisse ipsas pecunias & etiam dixit se magis lucratum esse, quàm illi Carmagnolienses, qui Lugdunum ad nundinas profecti erant, vt testes superinde examinati deponūt,ex quo fit,quòd si alia nō adessent indicia, hoc esset
49 satis, † cùm confessio extraiudicialis etiam faciat indicium ad torturā, vt est glossa in l. capite quinto.ff.de adulte. & ibi Bartol.eam notat,quem multi & quasi infiniti Doctores sequuntur, de quibus facit memoriā Marsil. in dicto §.diligenter.nume.76. ad quem nos remittimus. Quintò,quia si principia,medium & finem coniectamus prout coniectari debet,quia à principio cætera oīa sequuntur,vt l.seruus pluriū.§.fi.ff.de leg.j.non potest aliter esse quin Guionus iste veniat torquendus,principium primò,quia constat ex eius confessione, ꝙ erat pauper, similiter & Io. Thomas eius sororius, & per oppositū cōstat, ꝙ Antonius Boxius erat homo diues & pecuniarius, mediū quia constat, ꝙ Antonius & Guina coniuges pecunias suas in fidē dederunt Io.Thomæ & Augustinæ coniugibus.finis aūt, ꝗa Augustina pecunias argēteas & aureas Guiono tradidit quātas ipse à seipso ferre nō poterat,ꝗ nō ex fide palā & corā testib⁹ numerauit,sed Ioanni fratri in
vsus

vsus & necesitates suas familiares tradidit, ex quibus non multò post merces maximas comparauit. Nam ex primordijs & medijs posterior semper formatur euẽtus, vt inquit Bald.& ibi Salicet.in l.multum interest. C. si quis alte.vel sibi. Soc. consi.xcij.col. viij.aliàs nu.26.iij.vol.& est text.in l.si ventri.ff.de priuileg.credi.l.sed & Iulianus.§. proinde.ff. ad Macedo.Nam quomodo tam citò Guionus iste, qui modò pauperrimus erat, factus est locuples, vt Romani illius verbo vtamur, quomodo vir bonus esse potest, cùm tot & tanta possideat, & à patre sibi nihil relictum fuerit, vt Plutarchus refert in vita Syllæ.& pro hoc est doct.Bar.in l.fi.nu.5. versi.& post
50 furtum.ff.de quæst.vbi inquit,† quòd si accusatus de furto reperiatur expendere pecuniam,& constet eũ primò fuisse pauperem, præsumitur furtũ fecisse,per l.Quintus.ff.de donat.inter vir. & vxo.& Bar.sequũtur Ang. & Sal.in l.fi. C.de quæst. quæ sententia sic ẽt probatur, certè enim effectus denotat causam,vt est tex in l.in hac.§.preterea.& ibi no. Alb.ff.de exhi.& traditur Bal & Angel.in l.si certis annis.C.de pact.vbi dicunt,ꝙ vbi dubitatur qualis fuerit causa,semper debemus effectũ cõsiderare; quod fecisse videtur Rom.
51 consi.cccxlvj.col.pen.& fi.vbi respondit, †ꝙ socius quem constat fuisse pauperẽ, & non habuisse aliam negotiationẽ post contractã societatẽ, quicquid nomine suo quæsiuit ex bonis societatis quæsiuisse præsumitur, nec aliquid in oppositũ facit.l.si defunctus. C.arbit.tut.quoniã illa lex loquitur in tutore,qui ante assumptum onus tutelæ erat industriosus potentia & actu, vt ibi tex.præsupponit, verum vbi constaret eum actu non fuisse industriosum, licèt fuisse potẽtia,non haberet locũ dicta lex, quod propriè in terminis istis quadrare videtur, ꝙa licèt iste Guionus fuisset potẽtia,non tamẽ erat actu industriosus, quia erat pauper allutherius, qui exiguã for
52 tem in crumentis & alluthis habebat.† Industriosus enim est qui frequenter nõ in paruis negotijs sed amplis se exercet, vt probatur ex his quæ tradit Arch.in c.dispendia. de rescrip.lib.vj.vbi inquit, quòd industria est frequens exercitium circa rem honestam,industriosus ergo est qui habet ampla negotia, quod & verbi significatio ac vis ostendit;quę plenitudinem significat, vt Grammatici docent, ideo non est verisimile, quòd ex sorte alluthariarum exigua tam breui tempore potuerit tantum lucrari,quantum lucratus esse videtur,qui cùm deponat paterna bona fuisse tantũmodò æstimationis scutorũ octingẽtorũ, & tantam summam cum additione scutorũ trecentorũ sibi in diuisione bonorũ paternorũ cum fratribus,qui erant duo, facta obuenisse affirmet; certè videt lucratus plusquam duo millia & quingenta scutorũ habita ratione,quòd tantundem obuenerit singulis alijs, vt est probabilis iuris præsumptio, per ea quæ tradit Baldus in l. si prædiũ. C.de prædijs minorum. vbi notat modũ cognoscendi quando aliquid sit solutum ex eadem pecunia,vt si probo te soluisse,& quòd nõ habebas aliunde,nec nõ enim sequitur, quòd solutum fuerit ex vna & eadem pecunia.l.fin.de alim.pup.præstan. Item vbi hoc potest comprehendi ex vicinitate actuum.l. si ventri.§.peruenisse.ff.de priuileg. cred.qui modus bene quadrat ad casum nostrũ,quia cùm isti fratres essent pauperes, & repentè post receptas pecunias per Guionũ ab Augustina facti sint diuites vtique ex vicinitate actuum præsumuntur ex ipsis pecunijs facti diuites, vt in simili casu qualis erat casus in quo Respõdit Rom.in cõs.iiij. supra cccxlvj. tenet & considerat Matth.ab Afflictis in decisio.Neapol. decisio.xiij.nume.20.vt ibi per eum,& sic tantum illis in partẽ suam obue-
53 nisse.quantum Guiono obuenit.† Nam præsumptio violẽta, vt supra diximus, oritur ex propinqua facti circunstantia. can. quorundam.xxxiiij. distinct. & simili demonstratione vtitur Soc. in probanda æstimatione bonorum alicuius,consi.ccxlix.colum.penulte versi.tertiò quæritur.vbi inquit, quòd si legitima alicuius sit centum,necesse est,quòd reliqua sint trecenta, vt ibi per eum. Igitur dubium non est, ꝙ cũ Guionus iste antequam recepisset istas pecunias, non esset actu nec potentia industriosus, & tamen reperiatur breui temporis cursu lucratus,necesse est affirmare cũ Romano ex ipsis pecunijs ipsum lucratum & diuitem factum esse.Nec impugnat hoc quod Aduocati contra fiscum & Michaelem dicunt,quòd ex dictis Sebastiani Ianacij, qui nomine fisci & Michaelis examinatus fuit, videatur probatum, quòd Guionus & fratres sunt industriosi, quia nihil refert, cùm hoc non inferat necessariò, quòd olim esset industriosus.Deponit enim de tempore præsenti tantummodò, sed ista probatio nihil releuat, ꝙa debebat probari de tpe preterito antequã pecunias istas ab Augustina reciperet, quia vbi certa qualitas requi-

requiritur adesse certo tempore, opus est cō
cludenter probare de illo tempore. l. Fulci-
nius. §. j. ex quibus causis in possess. eat, & in
proposito tradit Are. in l. ad testium. ff. de te-
stamen. & ista est veritas sicuti Euangelium,
quæ Aduocatorum technis nullo pacto po-
test occultari, quamuis conentur doctrinam
Bartoli in dicta l. fina. & plerasque alias do-
ctrinas & communes exagitare, confundere
& perturbare, videntes perfidiam istius sui
rei malè posse communi via defendi; sed no
bis dent veniam, non nos de receptis senten
tijs, propter eorum authoritatem, quamuis
istæ essent magnæ, decedere volumus maxi-
mè cùm falsa sit eorum opinio, dū affirmant
generaliter illam indicia, quæ commemorat
Bar. copulatiuè requiri, & non vnumquod-
que per se potens esse, quod est tam longe à
veritate, quàm nigrum ab albo. Nam solitus
delinquere, esto, quòd nō sit pauper, nec pe-
nes eū reperiatur res furtiua, nec aufugerit
nec notam domum habuerit, habet ex sola
consuetudine præsumptionem contra se.
54 † Item sola fuga post delictum in quocun-
que fugiente facit indicium, si statim post de
lictum ante informatam inquisitionem fu-
55 giat Barto. in l. lex Cornelia. ff. ad Syll. † Itē
si res furtiua penes aliquem reperiatur, facit
indicium cōtra eum, vt de his omnibus latè
habetur apud Bru. in dicto tract. in iij. quæst.
primæ par. & Mars. in d. §. diligēter. num. 91.
cum sequent. ex quibus sanè luce meridiana
clarius constat doctrinam Barto. non pati eā
restrictionem, maximè cùm ipsemet in pri-
mis verbis illius quæstionis, dum inquit, de
furto contra eum possunt esse indicia, decla
rare videatur quasi innuens vnumquenque
illorum casum per se facere indicium suffi-
ciens ad torturam. Et ista est ueritas, vt claris
simè etiam constat ex his quæ Paris tradit in
d. tract. fol. 273. §. officialis. num. 14. vbi disiun
ctiuè ipse indicia ista ponit, quicquid Mars.
aliter crediderit, ne dicamus somniauerit in
d. §. diligenter. num. 75. à quo isti domini Ad-
uocati hanc suam opinionem mutuo habue
runt, licèt bonam fidem non agnoscant, &
hæc quo ad quintum. Sextò fundata est in-
tentio Michaelis Boxij ex duplici confessio-
ne ipsius Guioni. Primò dū cōfitetur, quòd
illas pecunias Augustina ei tradidit & cōsi-
gnauit, & Sebastianus Chiaranguli deponit,
quòd eas ipse Guionus tanquā pecunias An-
tonij Boxij recepit; quo casu amplius nō po-
test inficiari, nec à dolo malo excusari; quan
do quidem eas etiā cum eo onere & mādato
receperit, vt hæredibus Antonij consignaret
& restitueret, sicuti ipsa Augustina restituere
tenebatur; quā, cùm in periculo mortis esset
constituta, nō præsumitur immemorē fuis-
se salutis æternæ. l. fi. C. ad leg. Iul. repe. Item
ex cōfessione ex qua cōfiteretur Michaelem
fuisse filiū Antonij, adeo quòd ipsi Michael
li contra ipsum Guionum est nata actio pro-
56 pter suum interesse, † quādoquidem filius ra
tione suitatis ipso iure patri sit heres & domi
nium rerū paternarum absque alia immistio
ne cōtinuatum in eum esse intelligatur; quia
filius, ergo hæres. l. j suis. ff. de libe. & posthu.
nam nō est dare medium inter mortem pa-
tris & immistionem filij; quia filius statim
mortuo patre in virtute suitatis est hæres, vt
est tex. in l. j. §. qui sunt in potestate. ff. si quis
omissa causa testa. l. post mortē. §. vsque adeò
ff. de leg. j. & l. & q a. ff. de interrog. act. l. Anti
stius. ff. de acquir. hær. §. sui. Instit. de her. qual.
& diff. Ex quo Azo. in sum. C. de iure delib. ī
fi. inquit, quòd sui hæredes ipso iure sunt hæ-
redes etiam ignorātes, ipsoque iure infigitur
eis hæreditas, nec necessaria est aditio, vt etiā
tenet gl. in §. vt autē in auth. vt ii qui oblig. se
hab. per h. res mi. nam, vt inquit Bal. in l. si fra
tris. C. de iu. delib. & ī c. j. an agna. vel. fil. Alb.
57 de Rosa. in l. j. C. vt se ab hære. absti. † suitas
est immistio hæreditatis paternæ facta au-
thoritate iuris, cui etiam ad stipulari videtur
Fulg. cōsi. xcix. col. ij. vbi respondit, quòd im-
mistio facti, hoc est illa quam ex facto facit
filius, nihil aliud est, quàm iam quæsitā hæ-
reditatem, etiam ignorantibus non perdere
& propterea filius in virtute suitatis dicitur
& est nomine & effectu heres. l. necessarijs. ff.
de acquir. hær. per quem tex. ita ibi dicit Bar.
cuius sententia generaliter est ibi à Doctori-
bus recepta, & i l. si filius qui patri. ff. de vulg.
& pupill. substit. vbi dicit Alexan. Aret. consi.
xxvj. Quinimò plus respondit Ang. consilio
cxciij. col. fi. quòd mortuo patre non est dare
hereditatē iacentem; cùm hereditas paterna
certos habeat dominos & filios olim in po-
testate qui erant sui hæredes absque alia im-
mistione in quos dominium continuatur, le-
gibus superius allegatis. Ideo nimirum si in
conditionibus in quibus verba sunt proprie
accipienda. l. qui hæredi. & l. Mæuius. ff. de
condi. & demon. hæredū appellatione in du
bio de filijs intelligi, vbi dispositio negati-
uè sit concepta, si sine hæredibus decesserit:
quia intelligitur, id est, sine filijs. l. ex facto.
§. fin.

vsus & necessitates suas familiares tradidit, ex quibus non multò post merces maximas comparauit. Nam ex primordijs & medijs posterior semper formatur effectus, vt inquit Bald.& ibi Salicet.in l.multum interest. C. si quis alte.vel sibi. Soc. consi.xcij.col. viij.aliàs nu.26.iij.vol.& est text.in l.si ventri.ff.de priuileg.credi.l.sed & Iulianus.§. proinde.ff. ad Macedo.Nam quomodo tam citò Guionus iste, qui modò pauperrimus erat, factus est locuples, vt Romani illius verbo vtamur, quomodo vir bonus esse potest, cùm tot & tanta possideat, & à patre sibi nihil relictum fuerit, vt Plutarchus refert in vita Syllæ. & pro hoc est doct.Bar.in l.fi.nu.5. versi.& post
50 furtum.ff.de quæst.vbi inquit,† quòd si accusatus de furto reperiatur expendere pecuniam,& constet eū primò fuisse pauperem, præsumitur furti fecisse, per l.Quintus.ff.de donat.inter vir. & vxo.& Bar.sequitur Ang. & Sal.in l.fi. C.de quæst. quæ sententia sic ēē probatur, certè enim effectus denotat causam, vt est tex in l.in hac.§.preterea.& ibi no. Alb.ff.de exhi.& traditur Bal & Angel.in l.si certis annis.C.de pact.vbi dicunt, ꝙ vbi dubitatur qualis fuerit causa, semper debemus effectū cōsiderare; quod fecisse videtur Rom.
51 consi.cccxlvj.col.pen.& fi.vbi respondit, † ꝙ socius quem constat fuisse pauperē, & non habuisse aliam negotiationē post contractā societatē, quicquid nomine suo quæsiuit ex bonis societatis quæsiuisse præsumitur, nec aliquid in oppositū facit.l.si defunctus. C.arbit.tut.quoniā illa lex loquitur in tutore, qui ante assumptum onus tutelæ erat industriosus potentia & actu, vt ibi tex.præsupponit, verum vbi constaret eum actu non fuisse industriosum, licèt fuisse potētia, non haberet locū dicta lex, quod propriè in terminis istis quadrare videtur, q̄a licèt iste Guionus fuisset potētia, non tamē erat actu industriosus, quia erat pauper allutherius, qui exiguā for
52 tem in crumentis & alluthis habebat.† Industriosus enim est qui frequenter nō in paruis negotijs sed amplis se exercet, vt probatur ex his quæ tradit Arch.in c.dispendia. de rescrip.lib.vj.vbi inquit, quòd industria est frequens exercitium circa rem honestam, industriosus ergo est qui habet ampla negotia, quod & verbi significatio ac vis ostendit; quę plenitudinem significat, vt Grammatici docent, ideo non est verisimile, quòd ex sorte alutharum exigua tam breui tempore potuerit tantum lucrari, quantum lucratus esse videtur, qui cùm deponat paterna bona fuisse tantūmodò æstimationis scutorū octingētorū, & tantam summam cum additione scutorū trecentorū sibi in diuisione bonorū paternorū cum fratribus, qui erant duo, facta obuenisse affirmet; certè videt lucratus plusquam duo millia & quingenta scutorū habita ratione, quòd tantundem obuenerit singulis alijs, vt est probabilis iuris præsumptio, per ea quæ tradit Baldus in l. si prædiū. C.de prædijs minorum. vbi notat modū cognoscendi quando aliquid sit solutum ex eadem pecunia, vt si probo te soluisse, & quòd nō habebas aliunde, nec nō enim sequitur, quòd solutum fuerit ex vna & eadem pecunia.l.fin.de alim.pup.præstan. Item vbi hoc potest comprehendi ex vicinitate actuum.l. si ventri.§.peruenisse.ff.de priuileg. cred.qui modus bene quadrat ad casum nostrū, quia cùm isti fratres essent pauperes, & repentè post receptas pecunias per Guionū ab Augustina facti sint diuites vtique ex vicinitate actuum præsumuntur ex ipsis pecunijs facti diuites, vt in simili casu qualis erat casus in quo Respōdit Rom.in cōsi.iiij. supra cccxlvj. tenet & considerat Matth.ab Afflictis in decisio.Neapol. decisio.xiij.nume.20.vt ibi per eum,& sic tantum illis in partē suam obue-
53 nisse, quantum Guiono obuenit.† Nam præsumptio violēta, vt supra diximus, oritur ex propinqua facti circunstantia. can. quorundam.xxxiiij. distinct. & simili demonstratione vtitur Soc. in probanda æstimatione bonorum alicuius, consi.ccxlix.colum.penult versi.tertiò quæritur.vbi inquit, quòd si legitima alicuius sit centum, necesse est, quòd reliqua sint trecenta, vt ibi per eum. Igitur dubium non est, ꝙ cū Guionus iste antequam recepisset istas pecunias, non esset actu nec potentia industriosus, & tamen reperiatur breui temporis cursu lucratus, necesse est affirmare cū Romano ex ipsis pecunijs ipsum lucratum & diuitem factum esse. Nec impugnat hoc quod Aduocati contra fiscum & Michaelem dicunt, quòd ex dictis Sebastiani Ianacij, qui nomine fisci & Michaelis examinatus fuit, videatur probatum, quòd Guionus & fratres sunt industriosi, quia nihil refert, cùm hoc non inferat necessariò, quòd olim esset industriosus. Deponit enim de tempore præsenti tantummodò, sed ista probatio nihil releuat, q̄a debebat probari de tp̄e pręterito antequā pecunias istas ab Augustina reciperet, quia vbi certa qualitas requi-

requiritur adesse certo tempore, opus est cō
cludenter probare de illo tempore. l. Fulci-
nius.§.j.ex quibus causis in possess.eat.& in
proposito tradit Are.in l.ad testium.ff.de te-
stamen.& ista est veritas sicuti Euangelium,
quæ Aduocatorum technis nullo pacto po-
test occultari, quamuis conentur doctrinam
Bartoli in dicta l.fina. & plerasque alias do-
ctrinas & communes exagitare, confundere
& perturbare, videntes perfidiam istius sui
rei malè posse communi via defendi; sed no
bis dent veniam, non nos de receptis senten
tijs, propter eorum authoritatem, quamuis
istæc esset magnæ, decedere volumus maxi-
mè cùm falsa sit eorum opinio, dū affirmant
generaliter illam indicia, quæ commemorat
Bar. copulatiuè requiri, & non vnumquod-
que per se potens esse, quod est tam longe à
veritate, quàm nigrum ab albo. Nam solitus
delinquere, esto, quòd nō sit pauper, nec pe-
nes eū reperiatur res furtiua, nec aufugerit
nec notam domum habuerit, habet ex sola
consuetudine præsumptionem contra se.
54 † Item sola fuga post delictum in quocun-
que fugiente facit indicium, si statim post de
lictum ante informatam inquisitionem fu-
55 giat Barto. in l. lex Cornelia.ff. ad Syll. † Itē
si res furtiua penes aliquem reperiatur, facit
indicium cōtra eum, vt de his omnibus latè
habetur apud Bru.in dicto tract. in iij. quæst.
primæ par.& Marf.in d.§. diligēter. num.91.
cum sequent.ex quibus sanè luce meridiana
clarius constat doctrinam Barto. non pati eā
restrictionem, maximè cùm ipsemet in pri-
mis verbis illius quæstionis, dum inquit, de
furto contra eum possunt esse indicia, decla
rare videatur quasi innuens vnumquenque
illorum casum per se facere indicium suffi-
ciens ad torturam. Et ista est ueritas, vt claris
simè etiam constat ex his quæ Paris tradit in
d.tract.fol.273.§.officialis.num.14. vbi disiun
ctiuè ipse indicia ista ponit, quicquid Marf.
aliter crediderit, ne dicamus somniauerit in
d.§.diligenter.num.75. à quo isti domini Ad-
uocati hanc suam opinionem mutuo habue
runt, licèt bonam fidem non agnoscant, &
hæc quo ad quintum. Sextò fundata est in-
tentio Michaelis Boxij ex duplici confessio-
ne ipsius Guioni. Primò dū cōfitetur, quòd
illas pecunias Augustina ei tradidit & cōsi-
gnauit, & Sebastianus Chiaranguli deponit,
quòd eas ipse Guionus tanquā pecunias An-
tonij Boxij recepit; quo casu amplius nō po-
test inficiari, nec à dolo malo excusari; quan
do quidem eas etiā cum eo onere & mādato
receperit, vt hæredibus Antonij consignaret
& restitueret, sicuti ipsa Augustina restituere
tenebatur; quā, cùm in periculo mortis esset
constituta, nō præsumitur immemorē fuis-
se salutis æternæ.l.fi.C.ad leg.Iul.repe. Item
ex cōfessione ex qua cōfiteretur Michaelem
fuisse filiū Antonij, adeo quòd ipsi Michael
li contra ipsum Guionum est nata actio pro-
56 pter suum interesse, † quādoquidem filius ra
tione suitatis ipso iure patri sit hęres & domi
nium rerū paternarum absque alia immistio
ne cōtinuatum in eum esse intelligatur; quia
filius, ergo hæres.l.i suis.ff.de libe. & posthu.
nam nō est dare medium inter mortem pa-
tris & immistionem filij; quia filius statim
mortuo patre in virtute suitatis est hæres, vt
est tex. in l.j.§.qui sunt in potestate.ff. si quis
omissa causa testa.l.post mortē.§.vsque adeò
ff.de leg.j.& l.& q.a.ff.de interrog.act.l. Anti
stius.ff.de acquir.hęr.§.sui.Instit.de hęr.qual.
& diff. Ex quo Azo.in sum.C. de iure delib.ī
fi.inquit, quòd sui hæredes ipso iure sunt hæ-
redes etiam ignorātes, ipsoque iure infigitur
eis hæreditas, nec necessaria est aditio, vt etiā
tenet gl.in §.vt autē in auth.vt ij qui oblig. se
hab.perh.res mi.nam, vt inquit Bal.in l.i fra
tris.C.de iu.delib.& ī c.j.an agna.vel.fil.Alb.
57 de Rosa.in l.j.C. vt se ab hære. absti. † suitas
est immistio hæreditatis paternæ facta au-
thoritate iuris, cui etiam ad stipulari videtur
Fulg.cōsi.xcix.col.ij. vbi respondit, quòd im-
mistio facti, hoc est illa quam ex facto facit
filius, nihil aliud est, quàm iam quæsitā hæ-
reditatem, etiam ignorantibus non perdere
& propterea filius in virtute suitatis dicitur
& est nomine & effectu hęres.l.necessarijs.ff.
de acquir.hær.per quem tex. ita ibi dicit Bar.
cuius sententia generaliter est ibi à Doctori-
bus recepta, & i l.si filius qui patri.ff. de vulg.
& pupill.substit.vbi dicit Alexan.Aret. consi.
xxvj. Quinimò plus respondit Ang. consilio
cxciij.col.fi. quòd mortuo patre non est dare
hęreditatē iacentem; cùm hereditas paterna
certos habeat dominos & filios olim in po-
testate qui erant sui hæredes absque alia im-
mistione in quos dominium continuatur, le-
gibus superius allegatis. Ideo nimirum si in
conditionibus in quibus verba sunt proprie
accipienda.l. qui hæredi. & l. Mæuius.ff. de
condi.& demon. hæredū appellatione in du
bio de filijs intelligiť, vbi dispositio negati-
uè sit concepta, si sine hæredibus decesserit:
quia intelligitur, id est, sine filijs.l. ex facto.
§.fin.

§.fin.ff.ad Trebell. quæ conditio etiam deficere intelligitur in fideicommisso, vbi filij ex tarent, vt respondit Petrus Anchar. consilio cclxxv. Soc. in l. si filius qui patri. in vlt. col. ff. de vulg. & pupil. substit. & alibi sæpe per Doctores. Et adhuc clarius comprobatur, nam licèt vbi filius ipse conueniretur vt hæres patris, non sufficeret probare illum esse filium, nisi etiam probaretur, quòd se immiscuisset hæreditati, & aliàs agens contra filium succumberet, propter beneficium abstinendi, quod ipse habet, & tunc non valet consequẽtia, filius, ergo hæres iuxta not. per glo. & Doctores, maximè Alexan. in l. si cùm dotem. §. transgrediamur. colum. iiij. soluto matrimo. & in l. necessarij. colum. ij. de acquiren. hære. tamen quando filius agit cõtra eum, & mouet actionẽ, quæ sibi competit vt hæredi patris, tunc bene filius ratione suitatis habet fundatam intentionem, quòd sit hæres patris, quia beneficium abstinendi tunc non est in consideratione, quia esset filio dãnosum, & solùm consideratur quando ei est vtile, prout in terminis istis declarant Cy. Bart. & alij in l. j. C. si vt se ab hæred. abst. & colligitur ex not. per Doct. in locis proximè allegatis. Igitur ad rem nostrã eo ipso, quòd Michael vt hæres patris sui agit contra Guionum, etiã quòd prius non fuisset in effectu hæres, quia se non immiscuisset, tamen agẽdo statim se immiscuit, & hoc ei in dubiũ refricari nõ põt, per prædicta. Et quia facit actum, qui citra ius & nomen hæredis fieri nequit, iuxta legem, gerit. & l. pro hærede de acquir. hæredit. vbi dicit notanter Imo. quòd per solam libelli oblationem contra, debitorẽ hæreditariũ, hæres adire videtur, & quæ aditio seu immistio retròtrahitur vsque ad diem mortis defuncti, vt est expressum in l. hæres quandocũque. de acquiren. hæred. Quare ex his concludimus cùm adsint non solum indicia, sed & probationes, vt ostensum fuit, & constet Michaelem esse filium Antonij Boxij, Guionùmq; pecunias quas ab Augustina sorore habuerit cum ea qualitate, quòd erant Antonij Boxij, & cum ea lege & mandato recepisse, vt hæredibus Antonij Boxij restitueret, optimè fundatum esse intentionem fisci & Michaelis, cui competit actio furtiua de qua in l. si quis vxori. §. Iulianus. ff. de fur. & i l. si is cui. C. de fur. vbi est casus, quòd si alicui dedero pecuniam matri meæ perferendam, & is, parua quadam quantitate numerata, reliquam in vsus suos cõuerterit, furtum facit, ita vt possit cõueniri tam à me cõdictione furtiua, quàm à matre mea actione furti, quia sua interest, & sic tam ab eo, qui pecuniam dedit, quàm ab eo, cui perferenda erat, vt ibi declarat glo. & latius Salic. de quo per Ias. in l. eius qui §. quas. nu. 7. ff. si certum petat. vbi refert, quod p dictas leges fuit suspensus quidam iuuenis hic Bononiæ, quem Imo. & Floria. nunquã potuerunt defendere, vt ipsi attestãtur in locis de quibus per Ias. & hoc nos in casu isto maximè affirmamus, quãdoquidem apparet de cõtrectatione, vt ex confessione ipsius Guioni constat, sicuti bellissimè aduocati fisci & Michaelis ostendunt, cuius dictis nos remittimus breuitatis gratia. Et hæc sint pro fundamento fisci & Michaelis, qui pariter haberẽt fundatam intentionem, si diceretur illud fuisse depositũ, quia cùm factum fuerit gratia & contemplatione hęredem Antonij Boxij à persona quę tenebatur ipsas pecunias illis restituere; per inde est ac si ab ipsis hæredibus depositum ipsum factum fuisset, per ea quæ habẽtur in l. peto. §. fratre. ff. de leg. ij. & in l. filiusfamiliàs. §. diui. ff. de leg. j. & in l. post legatum. §. amittere. ff. de his quibus vt indignis. & in l. pacti dotali. C. de colla. adeò quòd põt dari actio furti ipsi contra Guionum, qui mala fide vet satus pecunias ipsas penes se dẽpositas, vt eas restitueret ipsi Michaeli, in vsus suos conuertit. l. iij. C. deposi. l. iij. §. si quis rẽ. ff. de acqui. possess. l. j. §. j. & in l. inficiendo. ff. de furtis. c. j. de deposito, & ibi Imol. & dominus Abb. quare concludit ex omni parte Guionũ furtum fecisse, siue velimus dicere pecunias ei datas fuisse, vt eas hæredibus Antonij perferret, siue velimus dicere apud eũ fuisse depositas, vt illas hæredibus ipsis restitueret, & sanè furtum istud cùm ratione & natura sui,
58 tum temporis pestilentiæ gratia; quæ sicuti bello, naufragiò pariter comparari potest, p ea quæ tradunt Doct. in l. fin. C. de testa. & in l. recusare. §. fin. ff. ad Trebellia. & in l. de pupillo. §. si quis riuos. ff. de ope. no. nun. Certũ enim est quòd isti omnes sunt casus fortuitis vt tradit Bald. in l. quæ fortuitis. C. de pigno. act. & tradit noster dominus Hieronymus Præuidellus in tract. suo de peste, dum de cõtractibus & alijs actibus inter viuos tractat, cap. ij. & propterea mutuo videtur posse argui de vno ad alium, prout ipse arguit in dicto tract. de indicijs. cap. xvj. certè cum icùm tot adsint indicia, cõiecturæ, præsumptiones, quinimò & probationes, & per coniecturas

furta

furta probentur, vt Bartol. & alij tradunt in l. si quis ex argentarijs. ff. de eden. & in l. si quã do. C. vnde vi. & late Marsil. in princip. suæ practicæ. num. 6. certè non est ambigendum quin bene fuerit pronuntiatum ipsum esse torquendum; per ea quæ habentur in l. quoties. & in l. de submersis. C. de naufragio. lib. xj. & per nota. per Rayn. in l. furti aduer. nau. per quos text. & per quæ not. respondit Imo. consi. ij. in ordine, quod situatum fuit sub tit. de depos. quòd quædam mulier nomine Catherina, quæ negauerat se recepisse quosdã saccos, demum fuerat probatum cõtrarium, propter mendacium, & ratione varietatis habendæ torqueri potuit, & omnes alij de eius familia; quia eadem æquitas videbatur esse in casu illo, in quo respondit, quæ est in illis legibus; quæ æquitas pariter militat in casu isto habita ratione & consideratione pestilẽtiæ, quæ (vt diximus) naufragio certè comparari potest. Ideo iudex ĩ similibus casibus (vt inquit Ioan. de Plat. in dict. l. quoties) solenni inuestig. adhibita debet quærere veritatem; vt ibi per eum. Non obstant modò quę in cõtrarium adducta fuere. Et in primis quod in primo fundamento dicebatur, quia illud corruit ex his quæ dicta fuerũt in vltimo fundamento partis nostræ, quia si dominium rerum paternarum in Michaelem intelligitur continuatum ita vt nec hæreditas post mortem patris dicatur iacẽs, sicuti superius satis superque ostendimus, uel saltem post immistionem omnia iura & bona hæreditatis censentur competijsse hæredi retrò à die mortis testatoris, dicta l. hæres quãdocunque supra alleg. & per Bartol. in l. si is qui pro empt. col. xv. aliàs nu. 45. de vsucap. vtique cessat omnis difficultas maximè cùm probatum sit etiam ipsum Guionum pecunias ipsas contrectasse, & in vsus suos fraudulenter cõuertisse; vt ex eius confessione patet & per Aduocatos fisci, & Michaelis doctissimè ostensum fuit. Non obstat modò secundùm quod

59 dicebatur de possessione, † quia rei non possessæ furtum non committitur; quoniam tollitur ex doctrina Paul. de Castr. in dicta l. si abducta. col. fina. nume. 6. vbi notabiliter distinguit, quòd aliquando quis subtrahit rem quæ nullum dominum habet, vt rem hæreditariam ante aditam hæreditatem, & tũc non committitur furtum, cùm furtum sit contrectatio rei alienæ. Et ista nequit dici aliena, cùm non habeat verum dominum, licèt hæreditas loco domini habeatur, sed nõ est verus sed fictus dominus, ideo furtũ cõmitti

60 non potest, † sed committitur crimen expilatæ hæreditatis, quod tamen est furtum improbius. l. si te. C. de infam. ex quo stante statuto, quòd fures debeant furca suspendi, poterit talis expilans hæreditatẽ furca suspẽdi, vt inquit Bal. in l. de his. C. de fur. quod inquit Paul. menti esse tenendum, quia singulare est. Et qui nesciret illam legem, & illud dictum, facilè responderet contrariũ propter text. & gloss. quæ dicit, quòd rei hæreditariæ furtum non cõmittitur. Aut res illa habebat dominũ, tamen non possidebat, & tunc aut ille dominus licèt tempore quo subtractum fuit non possideret, si tamen aliquando possedit furtũ cõmmittitur, vt l. falsus. §. si iactũ. ff. de furt. aut non possidet nec vnquam possedit, & tunc aut contigit hoc facto furis, vt quia furatus est rem viuẽte domino, & post mortem eam contrectauit tempore, quo dominium erat apud hęredem vel legatarium, & isto casu si quæratur an ex ista noua contrectatione furtum cõmittatur, & nascatur illis actio furti, & respõdendum est quòd sic, quia facto furis non potueranr possidere, vt gloss. ibi inquit, aut non contingit facto furis quia non subtraxit viuẽte domino, sed post mortem cuius tempore quo dominum erat apud hæredem vel legatariũ non tamẽ possessio, adeo ꝙ per eos stetit quominus possiderent ante subtractionem, & isto casu non committitur furtum sed crimen expilatę hæreditatis, vt l. ij. de crim. expil. hæredi. nisi alius nomine illorũ possideret, puta fructuarius, colonus, vel depositarius, & similes. l. si homo. ff. de vsucap. ista est doctrina ipsius & distinctio ex qua tollitur omnis difficultas argumenti, quod in contrarium factum fuit, siue capiamus primum casum, siue secũdũ, siue vltimum. Nam si primum capiamus, vtique constat per ea, quæ in præcedentium argumentorũ solutione dicta fuere nõ posse dare mediũ inter mortem Antonij Boxij & aditionem seu immistionem hæreditatis Michaelis, vt nec hæreditas possit dici iacẽs, vt ostensum est. ergo furtum cõmissum fuit, quia continuatum fuit dominium, & hęreditas nunquam fuit iacens. Et hoc expressè declarat Sali. ibi in dicta l. si abducta. col. ij. versic. & dicit hæc gloss. dum inquit ea quæ glo. ibi affirmat maximè procedere in suis, in

61 quibus † dominium non videtur mutatũ, sed continuatum in l. finis. ff. de liber. & posthu. si verò secundũ casum capiamus, idem dicendum

dum est, quia factum fuit facto iuris, hoc est, istius Guioni, qui non ex fide restituit pecunias ipsas vt promiserat & tenebatur, sed in suos vsus conuertit, & sic facto suo factũ est quominus Michael pecunias istas possidere potuerit, & idem dicendum est, si ad vltimũ casũ transeamus, quia cùm Guionus iste ab Augustina eius sorore depositaria Antonij, vnà cum Ioanne Thoma eius viro, qui nomine Antonij & eius hæredum possidebant seu detinebant pecunias istas receperit ea lege, vt hæredibus ipsius Antonij consignaret & restitueret, vt Sebastianus Chiaranguli deponit, certè enim non consignando, sed in vsus suos fraudulenter conuertendo furtum fecit, vt ostensum est, quod etiam si quis vellet negare non esse furtum, non negabit tamen quin inciderit in crimen expilatæ hæreditatis, quod est furtum improbius. l. si te expilasse. C. de infam. † pro quo ita venit imponenda pœna suspensionis, si statutum extet, quia fures furca suspendantur, quemadmodum alij fures, vt dictum fuit suprà, quando maior ratio dictet illos potius debere suspendi, qui improbiores sunt, quam qui non sunt æquè improbi, expilatores enim sunt atrociores fures. l. j. §. expilatores. ff. de effractoribus. qui Græcis συλαγωγοι vel, συλλαι dicuntur, quòd ne pilum quidem vnum relinquant in corpore spoliatorum, & propter ea non est mirandum si maior pęna erat de iure ciuili contra eos prodita, quàm contra fures non ita improbos, prout patet in dicta lege prima. §. expilatores. ff. de effractoribus. vbi habetur, quod opus publicum vel perpetuum vel temporarium dari solent, honestiores autem ordine ad tempus moueri vel patriæ fines iuberi excedere, vt ibi, quæ pena nõ erat imposita furibus, quibus nisi iure nouo fuit imposita pęna, de qua in authentica, sed nouo iure. C. de furtis. & ibi latè per repetentes. Nam licèt crimen expilatæ hæreditatis ex vi verbi & ex significationis proprietate non sit propriè furtum, vt actione furti possit agi. l. ij. ff. de crimine expilatæ hereditatis. & l. finali. C. eodem. negari tamen non potest quin sit maius crimen & tale pro quo possit imponi pęna vltimi supplicij, sicut imponitur furibus, stante statuto, vt suprà diximus, & si potest imponi pęna vltimi supplicij, ergo in hoc crimine potest etiam pro veritate habẽda quis torqueri, & in hoc decepti sunt Aduocati Guioni, qui non videntur fuisse memores doctrinæ Baldi in dicta l. de his. quam etiam sequitur ibi Alexander in apostillis. ad ipsum. & Paulus à Castro in dicta l. si abducta. Propterea non est mirum si in hoc videntur alliquantisper hallucinati, sed bonus quandoque dormitat Homerus, & Cato non semper fuit laudatus, & per hæc remaneat expeditum secundum.

Non obstat modò tertium, quòd inficiando depositum quis non facit furtum, quia ex præmissis patet responsio, cùm iam constet de fraudulenta contrectatione Guioni, & quòd in vsus suos pecunias ipsas conuertit.

Itẽ addi potest, quòd si verba Abbatis in dicto capitulo primo, de deposito. perpẽdantur, videtur per illum textum notare, quòd depositarius, si deposito vtatur contra voluntatem domini, vel denegat illud restituere, est infamis, & furtum committit, vt Imola ibi not. & pariter respondit in dicto consilio, & in titulo, de deposito, sed (vt diximus) constat de contrectatione fraudulenta.

Non obstat modò quartũ, quia Sebastianus ipse non solùm deponit de remotis, sed etiã de facto ipso immediato, & habet alios contestes & famam comitem, ac confessionem ipsis Guioni, vt ostensum fuit & probatum. Non obstat quintum, quoniam
63 esto, † quòd Sebastianus esset pauper, non tamen est testis, qui non sit dignus fide, & qui repelli debeat, & quin faciat indicium. In primis, quia sumus in his quæ sunt difficilis probationis à communiter accidentibus ratione temporis & causæ, ideo testis qui nõ sit omni exceptione maior, admittitur, vt superius ostendimus & est doctrina Saliceti in lege, ea quidem. in vltima columna. versiculo, ad quintam quæstionem. de accusationibus. vbi dixit lænones & infames posse admitti, vbi veritas aliter haberi non potest, de quo meminit Mars. in dicto §. diligenter. nu. 81. post Ang. Are. & alios de quibus ibi p eũ.

Itẽ respondetur & alio modo, quòd licèt forsan iste Sebastianus videatur pauper respectu causæ, tamen si attenta qualitate personæ & alijs circunstantijs non est verisimilè quòd permitteret se corrumpi, quia videretur habere sufficiẽtes facultates secũdũ conditionẽ psonæ seu certè nõ esset repellẽdus, ita inquit Are. consi. xiij. col. viij. versi. ex prædictis. qui illud etiã addit authoritate Specu. in tit. de reste. §. j. versi. item quòd est pauper. pauperem non esse repellendũ à testimonio propter solã paupertatẽ, sed ita demũ est repellẽdus qñ est suspectus & inhonestus ac malis mor-

lis moribus imbutus, prout generaliter tenent Docto.in c.si qui testiũ.de testib. Et hoc quia paupertas non est de genere malorũ,& propterea sola non facit suspectum quẽpiã, vt à testimonio repellatur, vt est tex.in §.sancimus.in Authen.de testib.vbi artifices,viles & obscuri testes probant, nisi sint aliter suspecti,quod ratione confirmatur; quia præsumptio naturæ est, quòd quilibet sit bonus moribus,licèt non facultatibus,vt inquit Innocen.in cap.veniens.de præscript.& tradũt Docto.in l.si vero §.finali.ff.qui satisdare cog. & latè habetur per Iaso. & alios, in authen. præterea. C.vnde vir & vxor.& hanc sententiam confirmat Alexand. consi.cxxxj. vol.vj. & latius Deci.consilio clxiij.col.iiij. versiculo sed ad ista.ibi inquit, quòd gloss. quæ in §. si verò absint.in Authen.de hære.& falci.dicit, quòd requiritur, quòd tãtũ in bonis habeat quantũ valet causa, est falsa, & reprobatur; vt ibi optimis rationibus ipse ostendit. Sed ita est,quòd iste Sebastianus habita consideratione personæ suæ est persona diues & honesta,quæ non deponeret falsum, bonæ vocis,conditionis & famæ, vt Guionus ipse fatetur,& testes eius nomine examinati deponunt,quorum attestationibus cũ vtatur, remanet fundata intentio Michaelis & fisci in dictis istius Sebastiani, vt superius ostensum fuit. Quibus etiã addatur quod dicit Socin. in dicto consi.liiij.col.iij. versic.nec obstat.vol. iij.qui refert Ioan.de Lignano, & domi.Franciscum de Ramponibus, qui hanc sententiam confirmare videntur,procedere in muliere,quia quilibet in dubio præsumitur optimæ opinionis.

Tertiò etiam respondetur, quòd iste pauper dici non potest,cùm habeat in bonis ducentos florenos,vt ipse attestatur, ex quibus attenta qualitate & conditione sua, qui est laborator terrarum, & confector sarcinarũ, dici potest potiùs diues quàm pauper, hoc enim est arbitrarium iudici inspectis circunstantijs & qualitatibus personarũ. iuxta not. per gloss.& ibi Iacob.Butrig.& alij in authẽ. præterea.C.vnde vir & vxor.Bartol.& Doct. in l.si constante. in secunda quæstio. j. parte. soluto matrimonio. Angel.in l.si verò.§.qui pro rei.qui satisdare cogan.& clarum est, ꝙ alleganti illum esse pauperem, incũbit onus probandi,per regulam l.ei qui dicit. de probatio.secundum gloss. in d.§. qui pro rei. vbi Ias.in fine præall.allegat. Non obstat modò quintum, ꝙ non sit probata ista qualitas, ꝙ sit hæres, quia superiùs satis disertè ostendimus contrarium. Ideo super hoc non immorabimur,quia cessant postmodũ reliqua omnia,quia constito hoc,quòd sit hæres, et nata est omnino aliqua actio contra ipsum Guionum, vt satis superque supra ostensum fuit. Et si nata est actio, potuit formari inquisitio, vt omnes admittunt. Non obstat sextum, ꝙ fuerit malè captus,& malè inquisitus. Quo-

64 niam in primis potest responderi, †quòd iudex in criminalibus potest incipere à captura personæ,habita sola qualiquali informatione etiam ad aurem,vt tenet Baldus in l.ij. C.de his qui latrones occulta. Angel. in l.ite apud Labeonem.§.in quæstionis. ff. de iniur. & in §.scientes.in Authent. vt iud. sine quoquo suffrag. Salice.in l.nullus.C.de exhibenreis. quod nec negat latrunculatorum malleus Hippoly.Marsi.in dicto §.constante.nume.5.qui allegat etiam Bal. in margarita sua, in verbo,Iudex. Igitur si iudex hoc potest facere,quis vult dicere non fuisse benè captũ, quandoquidem pro iudice præsumatur. l. j. C.de officio ciuilium iudic. in tantùm quòd si quis diceret contrarium, opus esset eum probare, quod ex abrupto processerit non seruatis seruandis, vt Aretinus inquit in l.si post accusationem.columna finali. nume. 3. ff.de testamentis. Sed (vt diximus) non est verum, quòd non adsint indicia etiam de facto proximo & immediato, vt ostẽsum fuit, minusque verum est, quòd diffamatio non procederet, cùm hoc ipse confiteatur famã publicam fuisse, quòd ipse habuerat pecunias Antonij Boxij, & quòd illas in suos vsus conuerterat,quæ cùm diu durauerit,& incrementum receperit, vtque vehemens appellari potest,cùm non reperiatur leuis nec vaga nec concussa,sed crescens, sicuti requiritur,vt inquit Bal.in consilio lxxvij.adeò vt ex ipsa sola possit ad torturã deueniri, vt supra ostendimus,in quo etiam dictum fuit authoritate Bald.& Areti. ꝙ cùm reperiatur apud graues & honestas personas, & subsistat factum à quo origine traxit, præsumitur orta iustis indicijs & ab honestis personis, quas nec fuit necesse testibus nominare, cùm de hoc non fuerint interrogati, vt inquit Areti in d.consi. lxxiij.

Itẽ quia sufficere videtur, ꝙ dicant se hoc audiuisse à maiori parte populi, vt pleriquẽ non contemnendę authoritatis Iurisconsulti contra Bart. responderunt, de quibus meminit domi.And.Barba.cons.v.nu.5. & consi.

xxviij.nu.5.volu.iiij. vbi attestatur, quod cũ esset Ferrariæ, & esset Aduocatus post longã disputationem ex facto obtinuit contra sententiam Barto. quam ex multis ostendit esse falsam, etiam ex authoritate eiusdem Barto. in l.si quis patrem.ff.ad Macedonia. vt ibi latius per eum. Ad quam confirmandam accedat, quòd Socinus ipse respondit in dicto consilio quinquagesimoquarto. col. penulti. versicu. postremo. vbi inquit, quòd apud circũspectum iudicem, quando adsunt testes plures deponentes se à pluribus audiuisse in contrata, in qua habitant, & in diuersis locis, deberet censeri probata fama, quia eius probatio difficilis est, cũ negari non possit quin talis rumor, qui circũfertur in tot locis, non faciat præsumptionẽ non leuẽ, iuxta illud; Vox pupuli, vox Dei, vt ibi per eum, ex cuius dictis omnia quæ superius à nobis dicta fuere, confirmantur, planior tamen est & clarius procedit præcedens responsio.

Non refragatur etiã quòd Aduocati contra fiscum & Michaelem dicunt, quòd confessio Goioni, eò quòd fuerat in castro relegatus ne abiret, intelligitur metu tormentorũ facta. Nã in primis potest dici, quòd ipsi nimia versantur subtilitate, quæ, vt pote perniciosa l.si quis seruũ.§.j.ff.de verbor.obliga. dedit causam edicto, vt in criminalibus causis Aduocati non amplius admittãtur, quòd dũ suis subtilitatibus latrones & scelestos homines de manibus iudicũ tollere, & à furca liberare plerunque conantur, iustitiam ipsam, ne dicamus Christũ ipsum cruci latronũ loco affigunt, verũ in specie magis respõdentes dicimus, sicuti de veris opinionibus Aduocati ipsi decedere non erubescunt, minus nos erubescere oportere si de falsis

65 decedamus. † Nam quòd per solam carcerationem confessio dicatur metu tormentorum facta, hoc vtique nobis videtur à ratione alienum, quicquid Marsil. in §. expedita.nu.10.11.& 12.& in §.attingã.nu.27.& 28. & ij quos ipse sequitur dicant, & velint, quòd in primis Bald. in cap. at si clerici. col. tertia, versiculo, sed nunquid. de iudicijs. hoc expressè negat, quia cũ reus debeat esse sub custodia. l.fina.de accusatio. non dicitur per metũ confessus, qui sub custodia detinetur, quod etiã expressè inquit in l. si quis in hoc. col. secunda. versiculo, sed hic incidenter quæro.C.de episcopis & clericis. vbi quærit an quilibet detentus præsumatur confiteri per metũ. Primò arguit, quod sic, per text. in l.qui in carcerẽ.ff.quod metus causa. tamen hoc non obstante respondet contrariũ, quia nunquam posset dari spontanea confessio.

66 † & quia iudex non dicitur inferre metũ, vt notabiliter inquit Archidiaconus in capitulo, si sacerdotibus. versiculo, iudex autem is. quæstio. sexta. lex enim præsumit pro iudice. l.secunda.C.de officio ciuiliũ iudicũ.& dictũ fuit supra, & ita in hac sentẽtia residet ipse Baldus, quamuis in contrarium Marsil. ipsum alleget, qui in hoc de directo est sibi contrarius, vt patet ex his quæ tradit in dicta sua practica, in §.postquã. dum inquit, quòd iudex formata inquisitione & seruatis seruãdis facit conduci ad banchũ iuris, in quo ipse sedet, reum inquisitũ seu accusatũ, & ei legi mandat inquisitionẽ, ita vt intelligat, cui si respondeat confitendo quæ in ea continentur sine tormentis & sine minis, & sine alio aliquo actu violentiæ dicitur spontè confessus, & tamen præsupponit ipse, quòd iam fuisset carceratus, vt ex eius verbis liquet ibi, quibus peractis reus reponitur ad carceres, ergo manifestè sentit, dum præsupponit illum fuisse carceratũ, carcerem non incutere metũ, nec confessionem carcerati metu tormentorum factam fuisse, sed spontaneã esse, vbi aliquis alius actus violentiæ non interuenerit. At non mirũ est, si ita facilè colapsus sit. solebat enim ipse radices omnes pro napis & rapis accipere, pro qua sententia confirmanda facit text. in l. si non defendantur.ff.de pœnis. per quem textum dicũt Doctores, quòd iudex debet quærere innocentiam rei, etiam, quòd non defendatur, vt respondit Bartolus consil. cvij. de quo etiam Marsil. ipse meminit in dicta practica.§.nunc videndũ. nu. 7. propterea bene Franciscus Brunus in tractatu suo, de indi. & tort. fol. 2. versiculo, in dubio enim. col. j. inquit, quòd in dubio si nõ apparet quo animo iudex reum inquisitũ quæstioni admouerit, præsumitur zelo iustitiæ & iustè id fecisse. l. secunda. §. si publicanus.ff.vi bono.rapt. l.minus.C.de acquiren.possess.l.meritò.ff.pro socio.l.ij. C.qui accusare non possunt. Et confirmatur alia sanè probabili ratione, quæ pro lege etiã sufficit.l.scire.§.sufficit. ff. de.excusatio.tut. quia quod dicunt isti de incarcerato, idẽ attenta ratione sua affirmandũ videretur de constituto coram iudice, quod metu tormentorũ videatur confessus, quoniã iudex poterat eũ facilè in carceres tradi iubere, per ea quæ ipsi allegant, quod est absonũ ab omni naturæ ratio-

ratione. propterea nobis eorũ opinio videtur malè fundata, & plus æquo fauere sceleratis hominibus, cùm nec Bal. in l. falsus. col. penulti. versicu. spontè autem soluens. C. de furt. ad hoc propositum mereatur allegari, cùm in alijs terminis loquatur, eius scilicet, qui carceratus fuerat, vt solueret, vt est in terminis Cyn. in l. secunda. C. quod metus cau. & Guido Papæ in eo consilio clxxv. quę Aduocati ipsi volentes sententiam hanc falsam ampliare allegant. vnde nimirum est, si postea soluens coactione & metu carceris soluisse intelligitur, quod non est in casu isto, quia ad custodiam ne fugiat fuit carceratus, dicta l. fina. C. de accusatio. non autem ad eum finem, vt falsum metu carceris confiteretur, quamuis carcer ipse sui natura dicatur mala mansio, & squalorem ac cruciatum aliquem præ se ferat. l. j. de custo. reo. dupliciter †enim

67 fieri potest carceratio, vno modo ad custodiam, altero ad pœnam, sicuti dicitur & de tortura, quæ aliquando fit ad pœnã, aliquãquando ad inquisitionem, vt l. prima. C. de muner. libro duodecimo. & tradit Paris in dicto tracta. §. tortura. licèt regulariter adhibeatur ad inquisitionem, verùm attenditur quod principaliter agitur. l. si quis nec causam. ff. si cert. petatur. & in l. & si sint. §. peruenimus. ff. de auro & argento legato. & ita intelligendum est quod Cynus Guido Papę dicunt in locis præallegatis, & quod idẽ Baldus inquit in l. prima. ad finem. C. quibus ad liber. procla. non licet. & quod respondit Geminianus consilio quintodecimo. col. secunda. qui loquitur in terminis, quibus quis de mandato illius Reginæ fuerat carceratus, vt cruciaretur non vt solũ custodiretur. Sola authoritas Petri Ancharani in consilio vigesimoquarto est, quę huic sententię facit aliquã difficultatẽ, cũ authoritates aliorũ non sint tantæ, vt cõperta veritate non possumus eorũ sententiã & opinionẽ negligere, per ea quæ tradit Abbas in capitu. capellanus. de ferijs. & Ias. in authen. nouissima. C. de inofficioso testamen. vbi tradunt, quòd propter authoritatẽ vnius doctoris, qui bonis moueatur rationibus, ex quibus cõmunis conuincatur, fas est impunè de cõmuni decedere, quòd Aduocati contra fiscũ & Michaelem in falsa quadam sua opinione contra eũ munem pro se inducunt, vt inferius demonstrabimus. verũ, nec authoritas Petri Ancharani minimũ quidẽ vnguẽ nos ab hac vera sententia mouet, quia in primis eius respon-sum fundatum est super quodam responso Bald. quod ad verbũ refert. Sed Baldus est sibi contrarius, qui sequutus Archidiaco. in dicto can. si sacerdotibus. xv. quæstio. sexta. inquit, quòd iudex non dicitur inferre metũ, nec refragatur text. in l. si per impressionẽ. C. quod metus causa. quia loquitur in magistratu procedente non vt iudex, sed de facto. & ita intelligenda sunt quæ dicit Cynus in l. secunda. C. quod metus causa. & Baldus in l. nouissimè. ff. quod falsũ tutore authore.

Item quia non dicitur metu torturæ facta quando fuit leuis tortura, quia vt inquit Bal. in l. secunda. C. quorum appellatio. non reci. leuis tortura non est tortura, vt ibi per eum. de quo etiã ipse Marsi. meminit in §. quoniã. nu. 3. & in §. & quia. nu. 8. ergo multò minus carceratio, quæ custodiæ gratia fit, vt dictũ est. Item ipse loquitur quando cũ carcere concurrebant alia signa, ex quibus verisimiliter cognoscebatur confessionẽ illã metu tormentorum factam fuisse. Preterea Petrus vnum dicit, quòd quatenus opinio sua sit vera, in casu tamen isto de quo agitur, non procedit propter concursum tot aliorum indiciorum, præsumptionũ & coniecturarum occurrentium tã ex dictis testiũ, quàm ab ore Guioni collectarum, quibus stantibus certè sua confessio licèt metu tormentorũ videretur facta, illi obest, vt Ancharanus ipse ibidem in secunda col. versiculo confessionem facilè concedit, dum inquit,

68 † confessionẽ ergo non verisimilẽ etiã sponte factam non debet iudex admittere, nisi alia suffragentur adminicula, vt legitur, & notatur in capitu. quia verisimile. de præsumptionib. & quòd ista opinio sit verior adhuc confirmatur ex his, quæ Marsilius ipse sępè immemor sententiarũ suarum dixit in dicta sua practica in §. occurrit. in secunda col. dũ post multa verba inquit, quòd qui confessus est corã vno iudice in tormentis, vt puta, corã vexillifero iustitiæ, vel antianis, si postmodũ prætori remittatur, & is homo sit sagax, practicus, & expertus, qui verisimiliter scire poterat prætorẽ legibus & syndicatui esse obnoxium, vtique si confiteatur coram prætore, quod crimen coram vexillifero & antianis fuerat confessus, spontè magis intelligitur confessus quàm metu tormentorum, quãuis in carceribus detentus esset, subdens alia pleraque, ex quibus in manifesta repugnantia deprehenditur, vt ibi per eũ. Et hanc sententiã tenet expressè Paris in dicto tract.

§.constãte.numero 20.vbi inquit, quòd procedit inquisitio, infamia etiam non præcedente, signanter vbi iudex inquirit ex necessitate officij sui, vt hic factum fuit, quia iudex ita in mandatis habebat à principe.

Non obstat septimũ, quia ex quo probatum est etiam per eius confessionem, quòd Guionus recepit pecunias istas ab Augustina,& cum hac qualitate, quòd fuerant Antonij Boxij,& quòd deberet illas restituere hæredibus eiusdẽ, vt deponit Sebastianus prædictus, non potest excusari ignorantia, ideo contra eum potuit formari inquisitio, vt per se planũ est, quia non restituendo & in vsus suos conuertendo, furtum fecit. dicta l. si is cui. nec refert dũ dicitur, quòd probatio delicti & probatio indiciorum sint confusæ, quia esto, ꝙ ita sit, tamen in huiusmodi generis criminibus, quæ sunt difficilis probationis, delictũ & indicia simul & semel possunt ꝓbari, vt patet ex his quę scribit Marsi. quẽ Doctores isti in omnibus sequuntur, & pro duce suo habẽt in practica sua criminal. in principio. numero 6. dum ponit casum illius scholaris, cui à domino pecuniæ furtò subtractę fuerant, & non extabant indicia, nec delictum directò poterat probari.

Prætereà iste casus talis est, quòd in eo à principio non potest considerari crimen, quia habet principium licitũ; sed ex post fit illicitum, quia dare pecunias & eas recipere deferendas alicui, non est de genere malorum, sed eas non deferre, & in vsus suos conuertere, quod est vltimũ, est bene de genere malorũ, vt dicta l. si is cui. & l. si quis vxori. §. Iulianus. ff. de furtis. sicuti est etiã in deposito,† quòd si depositarius in suos vsus cõuerterit, furtum committit. l. iij. C. de deposi. ca. j. eodem titulo. Idem est in rẽ commodata, qua si cõmodatarius vltra definitum vsum, locum vel tempus inuito domino, qui commodauit, vtatur, furtum facit; vt §. furtũ. Instit. de obligatio. quæ ex delict. nasc. & l. qui iumenta. & ibi not. ff. de furt. in his enim & delicta & indicia simul probari possunt, maximè cùm sint difficilis probationis, vt dictum est. Non obstat octauum, quòd sumus in causa ciuili pecuniaria in qua nec liber homo torqueri non potest, quoniam ad hoc respondetur multipliciter. Et primò, quia si originalem petitionem consideramus, vt inquit vnus ex Aduocatis fisci Magnificus, scilicet, dominus Nicolaus Balbus Ducalis Senator, non põt negari quin sit criminalis, dum petitur, quòd inquiratur, & culpabiles puniantur. Nam ex tali modo procedẽdi, & ex tali clausula apparet causam esse criminalẽ, vt no. Specu. in titu. de accusat. §. j. versi. sed quid si. de quo per Alexã. in l. viro. colum. j. ff. soluto matri. & latius per Modernos Hispa. in princ. Instit. de act. nu. 18. vsque ad 21. Quod probatur etiã ex subiecta materia, quia is qui pecuniam recipit alicui perferendã, si eam in vsus suos conuertit, furtum facit, dicta l. si is cui. Item dato, quòd

74 esset ciuilis pecuniaria,† tamen cùm habeat delictum annexum per d. c. j. de deposito. nõ procedit regula denegans torturam. Et est communis sententia, à qua in iudicando nõ est fas decedere. l. j. ff. de offic. quęsto. ibi, crebrior sententia. & tradunt Doct. in l. cũ prolatis. ff. de re iudic. & in c. ne iniuriaris. de constit. secundũ quã vltra Alex. consil. clxxxviii. num. 10 volumine vij. vbi post Imolam in dicto cap. j. voluit saltem in subsidiũ ad torturam recurri posse. Nec refragantur quæ in oppositum dicuntur, dum conantur declarare nouo intellectu, quem ex capite suo sibi cõfixerunt, textum in cap. j. de deposi. quòd ibi constaret de furto, & verificata esset quãtitas & substantia depositi, sola autẽ restitutio superest, pro qua fienda mãdauerit Pontifex illum Belial, qui loculos habebat & furtum cõmiserat, torqueri: hoc autẽ, quàm sit alienum à veritate, satis quisque, qui etiã in iure ciuili & Pontificio parum sit versatus poterit intelligere, si memoria repetat ad quem finem tortura fuerit à iure inuenta, quæ nulla alia ratione adinuenta fuerit, vt declarat Franciscus Brunus in dicto tractatu, de iudic. & tortu. folio 13. versiculo, sextò principaliter quæritur. nisi ad finem, vt per eam veritas negotij, de quo quæritur, illuminetur & inueniatur. l. cùm falsum. & l. hoc quod placuit. C. de quæst. quæ vbi aliter possit inueniri, ad torturam nõn est deueniendum, vt idẽ Franciscus Brunus in dicto tractatu fol. 10. versi. sextò iudex cõsiderare debet, attestatur, vbi post Ang. Aret. in dicto tractatu malefi. in verbo, fama publica. colũna xxij. versi. secundò quęro. in quit, quòd iudex debet ante omnia considerare, si aliundè veritas haberi potest, quia si aliundè haberi potest, nõ est locus torturæ. l. diuus. in prin. & l. edictum. ff. de quæst. & l. quoties. C. eodẽ tit. igitur si verificata erant omnia, vt isti præsupponunt, ex quo ad ipsum torquendũ Belial missus fuerat, satis. n. erat eum in carcerem

tradere, vt debitores, qui non restituunt, trudi consueuere, quãdo non habent bona, ex quibus possint soluere. l. à Diuo Pio. §. in venditione. & ibi latè tradunt Doctores. ff. de re iudicata. Bart. in l. tutor. §. tutores qui reperto rium. ff. de suspectis tutoribus. post gloss. ibi, quam sing. facit Romanus consilio ccxl. idẽ Barto. & Bald. in l. j. C. qui bonis cedere poss. Bar. & Ang. in l. nemo carcerem. C. de exact. trib. lib. x. Bald. in l. j. C. de iur. & fact. ignor. & in l. ordo. in vltima colum. & in l. etiam. C. de excep. rei iudic. & per Canonistas in cap. tue, vt lit. non contest. Pontifex enim plus æquo impius videretur, si pro sola restitutione mãdasset ipsum torquendũ, cùm tortura æquiparetur (vt isti dicunt) morti, & maior pęna sit, quàm abscissio ambarum manum, vt est tex. in §. fi. in Auth. vt nulli iudi, Bald. in l. j. in penultima colũ. C. vnde vi. ibi inquit, quòd cruciatus corporis morti comparatur. Propterea quælibet leuis & minima poena corporalis est maior quacunque maxima pecuniaria. l. in seruorũ. in fin. ff. de poen. tradit de hoc Paris à Puteo in dicto suo tract. de synd. fol. 269. secundũ paruam impressionem, in verbo, tortura. & Marsil. in d. §. expedita. nu. 59. ideo ne hoc absurdũ sequatur, dicamus non hac ratione Pontificẽ mandasse Belial illũ torqueri, sed vt veritas quantitatis haberetur, id quod clarissimè, nisi hallucinari velimus, ex ipso tex. cognoscitur, qui ibi Pontifex duos casus ponit, casum torturæ & casũ carcerationis, dum inquit. Nam iudicibus dedimus in mandatis vt illum iniquum sub quæstionibus ad rationem ponant, & iste est primus casus in quo agitur de tortura ad rationem, id est, vt respondeat quæ & quanta esset illa pecunia deposita, demũ subsequitur, etiam si oportuerit eũ vinculis alligare, vt dictam pecuniam reddere cõpellatur, & iste est secundus casus qui carcerationem re
76 spicit & restitutionem, † nã vincula pro carcere ponuntur, vt est tex. in d. l. tutor. §. tutores. ff. de suspect. tuto. & quòd iste sit verus intellectus, patet ex his quę Imol. respondit in d. consilio. ij. in titulo, de deposi. vers. & idem videtur. vbi respondit, quòd depositarius, licèt confiteatur depositum, si tamen negat quantitatem, torqueri potest, vt ibi per eum, quem licèt Aduocati contra fiscum & Michaelem viderint, tamen non fideliter inducunt, qui nec sententiã suam ex ratione diuersitatis, quam nituntur assignare, satis bene confirmant, quia esto, quòd in causis capitalibus non inferatur tortura, nisi prius liqueat iudici delictum ipsum fuisse commissum, ex quo tractatur de iudicio irreparabili l. j. §. illud autem. ff. ad Syllanum. & ibi Bartolus, & clarius Romanus, Angel. in dicto tracta. in verbo, fama publica. versi. duodecimò tu iudex. tamẽ hoc nihil est, quia licèt de quãtitate pecuniæ furto subtractæ non constet, si tamen constat pecunias aliquas furto subtractas fuisse, de delicto satis cõstare dicitur ad effectũ, vt reus & culpabilis possit torqueri pro habenda veritate quantitatis. hoc expresè vult Imola in dicto consilio, quem si rectè considerassent, vt putamus, hanc suam sententiam non ita facilè affirmassent, quæ confunditur etiam ex ratione satis naturali, quia sequeretur, quòd in facultate furis esset, si nõ posset torqueri pro eruenda veritate quantitatis pecuniæ furto per eum subtractæ, illudere iudicium, quia posset dicere se tantummodò vnum aureum subtraxisse, quod esset ridiculum, cùm iura & iudicia ludibriò habenda non sint. l. fina. §. penultimo. C. de bonis quæ liberis. & l. si prætor. in principio. ff. de iudic. nam non est dubium, quòd illa quatuor genera de quibus in lege, aut facta. ff. de poenis. inter quæ sunt furta, vt ibi inquit Iurisconsultus, septem modis considerãda sunt, causa, persona, loco, tẽpore, qualitate, quantitate & euentu, vt ibidem continetur in §. sed & hæ. si igitur istis septem modis sint consideranda, & in istis modis sit quantitas, certè non est dubium quòd super quantitate potest fur interrogari & torqueri, cùm ratione quantitatis furtum possit esse graue & minus graue, prout fuerit quantitas parua & magna, sicuti quantitas discernit furem ab abigeo, vt ibidem habetur in §. quantitas. Nec refragatur, quod dicunt authoritate Iasonis in l. si quando. columna septima. numero 28. versiculo, successiuè. C. vnde vi, dum allegat legem finalem. C. de quæstionibus. quia Ias. non dicit id, ad quod ipsi eũ allegãt, sed dicit quòd vbi criminaliter in causa furti agitur, quia præsumptio contra vicinos est, possunt torqueri, per doctrinam Bartoli in dicta l. finali. ff. de quæstionibus. Præterea esto quòd illud diceret, & dictum esset verum in casu illius legis, nihil tamen ad casus alios ciuiles habentes crimen annexum, in quibus non iuratur in litem pro verificatione quantitatis, vt ibi fit, nam ratio quare in terminis illius legis non deueniatur ad tortu-

ram

ram est, quia veritas quantitatis aliter ha-
beri potest, quam per torturã, scilicet, per
iuramentum in litem eius qui damnum pas
sus est, idcirco ad torturam deueniri non po
test, quę est subsidiaria, vt superius diximus.
77 † At vbi essemus in casu in quo veritas aliter
haberi non posset nisi per torturã, certè iu-
re nullo potest negari quin locus sit torturę,
maximè quando ille qui passus est damnũ,
iurat se nõ habere alias probationes, quàm
torturam, vt Baldus inquit in l.j. in secunda
columna. versiculo, vlterius notat, C. de iura
mento calum. & latè Marsi. in §. nunc viden-
dum. numero 24. non confirmat etiã istam
suam sententiã id quod respondit Alexand.
consilio cxxxiij. colum. iiij. num. 2. volumi. vij.
quia Alex. non figit pedes, quod patet, quia
statim ad aliam responsionem transit, quòd
licèt aliàs locus esset torturæ, tamen suffi-
ciens non erat, & quia aliàs esset sibi contra
rius his quæ respondit in consilijs de quibus
supra habita est mentio, minus quoque eam
confirmat illa restrictio quam faciunt ad le-
gem, sicut falsi. C. de fals. quia non potest nisi
cum maximo terminorũ errore fieri, quo-
niam cũ ibi de falsitate testamenti & codi-
cillorum tractetur, & serui in testamentis
non possint esse testes, nec soleant interesse,
vt est textus in l. quæ testamento. §. seruus. ff.
de testam. & in §. testes. Inst. de testamen. vbi
dicit, testes autẽ esse possunt ij quibus testa-
menti est factio, sed neque mulier neque im
pubes neque seruus possunt in numerũ te-
stium adhiberi, qui cũ nõ possint esse testes,
multò minus fungi possunt officio notarij. l.
generali. C. de tabularijs, scribis, logogra-
phis, &c. libro xj. quamuis nõ negetur quin
iussu testatoris possit seruus etiam alienus
scribere testamentum. l. seruus. ff. de testam.
sed hæc non consueuere fieri. Item illa scri-
ptura à seruo scripta non est publica, nec fi-
dẽ facit, nisi per notarium & coram testibus
solenniter publicetur, vt declarat glos. ibi, &
ideo notat ibi Aretinus, quòd aliud est scri-
bere testamentũ aliud, esse testem. Igitur ad
quid eos in tormentis interrogare, si in tali
negotio non soleant admitti; interrogandi
enim sunt testes, notarius & qui in eo nego
tio necessario interuenire cõsueuerunt, pro-
pterea nõ debebat mouere illos authoritas
illius glossulę, quam nos non legitimam, sed
subditiam esse putamus per prædicta.
Non obstat quoque dictũ domini Abb.
in c. olim. de rescrip. colum. fina. versi. quarta
solutio. nu. 9. ad princ. 10. quem Fel. sequitur
in cap. ai si clerici. colum. v. versiculo, restrin-
ge. de iud. vbi dicunt, quòd licèt ex confessio
ne extraiudiciali ad torturam deueniri pos-
sit, non tamen illud est verũ, vbi ex illa con-
fessione ciuiliter agitur; quoniã responde-
tur hoc argumentũ tanquã gladiũ plumbeũ
cædere & non incidere, quia esto, quòd
hoc sit verum in confessione ipsa, non ta-
men sequitur, ergo generaliter in quacun-
que causa ciuili pecuniaria habente crimen
annexum & alia indicia præter confessio-
nem non est deueniendũ ad torturam con-
78 tra liberum hominẽ, † cùm non liceat ar-
guere de specie ad genus priuatiuè, non est
homo, ergo non est animal, non valet con-
sequentia, vt notũ est lippis & tonsoribus. l.
si quid earũ. §. interemptum. ff. de legatis ter
tio. & hæc sufficiant quo ad octauum.
Non obstat modò nonũ, quoniam cùm
ex superioribus ostenderimus hoc esse cri-
men furti, & natã esse actionẽ, & nemo sit
qui nesciat qua pœna veniat puniendus fur,
vt habetur in auth. sed nouo iure. C. de furt.
& per Bartol. in §. quia verò. el iij. in Auth. vt
nulli iudi. & in l. capitaliũ. §. famosos. ff. de pę
nis. ideo non obstantibus adductis in contra
rium formari contra eum potuit inquisitio.
Nõ obstat modò deciÃũ, quia non est ve
79 rum, † quòd casus sit dubius, quinimò ex
præmissis liquidò cõstat vrgentia adesse indi
cia cõtra Guionũ, vt demonstratũ fuit, pro-
pterea nos non debet mouere authoritas
Alexandrinorũ, quæ apud nos adhuc tanti
non habetur, vt nouas eorũ sententias in
nostro auditorio recipiamus, nec ab alijs re
cipiendas putamus, quod nõ iniquo animo
ferre debent, cũ sententias excellẽtissimi do.
Caroli Rinni, qui nobis ferè omnibus præ-
ceptor fuit, & tanto Alexandrinis excellen-
tior, quãto Sol Luna est clarior & illustrior,
ipsi reijcere, & passim impugnare pręsumãt,
& hoc maximè cũ agatur de sententia legis,
quæ nõ vnũ, sed cõplures habet intellectus,
vt patet ex traditis in d. l. j. ff. sol. mat. propte-
rea nõ putamus ipsis iniuriã facere, si in hoc
eorũ authoritatẽ non fuerimus sequuti, cũ
nobis liceat eã sententiã capere quæ veritati
proximior nobis visa fuerit, vt inquit Bar. in
l. ambiguo. ff. de rebus dub. Nã q ille tex. de-
beat solũmodò intelligi qñ dubiũ est de tor
tura, an q s possit torqueri vel nõ propter cõ
80 cursum rationũ, certè. n. illud verbũ, † qstio-
nibus, nos nõ cogit, cũ sit verbũ æquiuocũ,
vt inquit

vt inquit Sali. in l. j. C. de custo. reorum. & vt nos dicimus terminus generalis, qui latius extenditur, & est quæstio vt Fabius Quintilianus libro tertio tradit status & constitutio causæ quæ in iudiciali materia dupliciter accipienda est, vt Budæus doctissimus, & de lingua Latina ac maiestate iuris ciuilis benemeritus in annotationibus reliquit, in folio 16. secundũ maiorem & Parisien. impressionẽ, refert altero modo quo dicimus multas quæstiones habere controuersiam, quo etiam minores omnes complectimur, altero quo significamus summam illam in qua causa vertitur, ex qua nascitur status, an factum sit, an rectè factum sit. Propterea factũ est vt quæstio pro publico iudicio accipiatur, & hoc est quod nos putamus Iureconsultũ voluisse respõdere in dubijs quæstionibus, hoc est, in publicis iudicijs, vbi fisci & rei iura sũt obscura, quemadmodũ in priuatis iudicijs, vbi partium iura sunt obscura, esse contra fiscum iudicandum non habita ratione aliquorum priuilegiorũ fisci, quem in eo casu fas nõ fuit vti priuilegio, licèt aliquibus alijs causis priuilegiatis hoc sit permissum, vt est in causa dotis, prout declarant Doctores in dicta l. j. ff. soluto matrimonio. & est textus in l. ambiguis. ff. de iure dotium.

Ideo inepta videtur illa sententia, quòd restringatur ad torturam tantũ, quandoquidem Iurisconsultus generaliter responderit, propterea generaliter est eius sententia accipienda. l. j. §. generaliter. ff. de leg. præstan. intellexit enim Iurisconsultus, quòd iudex quæstionis erant vt iudices quæstionum, & ij erãt praetores vrbani, vt est textus in l. quiue magistratus. ff. ad legem Corneliam, de sicar. & declarat Bud. vbi supra, non poterit errare si in publicis iudicijs vbi erit concursus rationum & fisci ac rei iura, vt diximus, erunt obscura, facilè reum absoluerit. Cum iudices faciliores esse debeant in absoluẽdo quàm in condemnando, maximè contra fiscum qui, vt Imperator ille optimus aiebat, similis est lieni, quo tumescente necesse est vt reliqua Reipublicæ membra sicuti corporis humani marcescant & putrescant, ac contabescant. Propterea sæpe dicere solebat, q̃ iuuat cernere ærarium silens & quietum, vt Plinius panegyrico recenset, & iste, vt putamus, est verius intellectus illius legis, si nouà tentare volumus, non refert modò etiam quod dicunt, quia est probatum de bona fama & bona fide istius Guioni, q̃ obtulit pecunias, quas dicit se habuisse à tutore istius Michaelis, quoniam ad vtrunque respondetur. Et ad primum, † quòd illa probatio bonæ famæ in genere illum non adiuuat, cùm sint contra eum tot & tanta indicia proxima in specie, vt bene respondent Aduocati fisci & Michaelis per tradita per Innoc. in c. inquisitionis. & in c. cùm oporteat. de accusat. & in c. auditis. de præscrip. per Rom. in cõsi. clxvij. incipiente, Antonius accusatus. in fi. Franci. Curt. Sen. consilio lvj. colum. vij. & Cæpola consilio xl. Lucius. colum. vij. versi. sed vnum aliud est, vbi referendo Gandinum & Bald. inquit, quòd licèt bona fama in genere non tollatur per diffamationem de aliquo specia li crimine, tamen vbi fama specialis iuuatur exterioribus circunstantijs secus est, quia tunc standum est speciali diffamationi, quæ derogat bonæ famæ in genere, vt respondit etiam Alexand. consilio lxxvij. in causa accusationis. colum. fina. in princip. volum. j. & in consi. cxlviij. excellentissimè. colum. j. volum. ij. Bald. in l. vnica. colum. viij. versicu. quæ autem sint tormenta. C. de confess. vbi admonet, quòd quisque sibi caueat ab infamia, quia non solùm in eo in quo quis infamatus est, sed & in alijs grauatur eius opinio, & de quibus habetur per Marſ. in dicto §. diligenter. numero 198. & sequen.

81

82 Secundùm verò tollitur, † quia nõ ex fide quas omnes pecunias habuit tutori Michaelis obtulit vel manifestauit, quo casu non excusatur à furto, vt est textus in. dicta l. si is cui. ibi, parua quantitate numerata, reliquam, &c.

83 Itẽ non adiuuat eum, quia pecuniæ istæ poterãt esse consumptæ, & quòd forsan restitutæ fuerant, † quia hoc est factũ, & non præsumitur, quòd fuerint restitutæ, nisi probetur, debuerat enim hoc probare. l. j. C. de proba. cũ facta non præsumantur, vulg. l. in bello. §. factæ. ff. de capti. Nec refert, q̃ maximus honor & amplior contingat iudici in absoluendo, quia maximum etiam consequitur vbi veritatem perquirit omni diligentia & subtilitate, vt eius est officium, vt latè tradit Paris in d. tract. de syndic. §. & aduertẽdum. fol. 253. & ea inuenta eam tuetur, & scelestos coërcet, cùm hoc Reipublicæ congruat. l. congruit. ff. de officio præs. & Reipublicæ interfit delicta puniri. l. ita vulneratus. ad legẽ aquiliam. ne aliàs ex facilitate veniæ incentiuum delinquendi tribuatur, iuxta textum adhib. moralem in can. est iniusta. xxiij. quęst. iiij. & plura cumulari possunt, quę gratia breuita

uitatis omittuntur, vnde necessariò prius diligenter debet inquiri, & hoc maximè vbi agitur de præiudicio tertij, ad quod satis benè accedunt, quæ tradunt Hy. spa. in §. item si quis i fraudem, numero.31. Instit. de actio. vbi dicunt, quòd moratoriam à principe cōcessam alicui ne à creditoribus suis infra certum tempus conueniatur, licèt ad debita ex delicto extendi etiam fuerint multi qui affirmauerint, tamen ipsi hoc nō admittunt, vbi culpa sua ordinata in paupertatem deuenerunt. Item vbi agitur de præiudicio tertij per textum in l. penultima. & in l. finali. ff. de his quæ in fraud. cred. & per tradita per Alexandrum in l. Marcellum. §. res quę. ff. ad Trebellianum. sic itaque in casu isto cùm de maximo præiudicio tertij agatur, non debemus esse ita faciles ad absoluendum, nisi prius veritate omni diligentia exquisita, qua cùm iudex vsus fuerit, non negamus si tunc res erit dubia, quin faciliorem se præstare debeat ab solutioni, quàm condemnationi, & tunc ei maximus honor apud homines & præmiū ingratissimum apud Deum Optimum Maximum acquiretur, vt inquit Socinus consilio liiij. in fine, volumine iij. Non obstat
84 modò, vltimum, † quòd testes vlterius nō potuerint examinari post conclusum in causa ad offensam, quia in primis dicimus, quòd non ad offensam, sed ad veritatem indagandam examinari fuere. Item difficultas tollitur ex his quæ diximus suprà authoritate Alexan. consilio. lxxxviij. numero 2. volum. vij. vbi respondit, quòd per illas clausulas, quæ sunt in rescripto de plano, sine strepitu & figura iudicij, & sola facti veritate inspecta omnes solennitates a iure non solùm positiuo inductæ sublatæ sunt, sed & iure diuino disponenti, quòd in ore duorum vel trium stat omne verbum, derogatum est, ita vt iudex propter talia verba possit vni testi tantùm credere, multò magis igitur derogatum erit, vt post conclusum in causa ad inquirendam veritatem possit testes examinare, maximè vbi de præiudicio tertij agitur: & sumus in his in quibus difficilè à communiter accidentibus potest haberi veritas; & prout subtiliter & bellissimè respondit Are. consilio lxxxiiij. columna iij. in principio. vbi vult, quòd per talia verba sint sublatæ omnes exceptiones quæ concernunt apices iuris & ordinem iudiciariū, ita vt iudex omnibus subtilitatibus reiectis manu regia possit procedere, & credere probationibus persuasiuis partis, licèt omnino non essent in plenario iudicio concludentes, prout latius de huius clausulæ viribus idem Aretin. tractat. in capitulo dilecti. post d. Anto. & Abb. de iudi. vbi Dec. & ipse post Alexand. in l. si ita stipulatus. §. Chrysogonus. ff. de verborum obligat. multa congerit ad quem sufficiat sola remissio. Et hoc tantò magis affirmandum est, cùm falsa sit ea opinio, quòd iudex publicatas attestationes non possit ita examinare testes ad offensam pro habenda veritate, quemadmodum ad defensam, vt tradunt Doctores in capitulo cùm clamor. de testibus. & Ioan. Andr. in capitulo officium. de hæredib. lib. vj. Maria. Soci. in tep. capitulo fraternitatis. colum. antepenul. versicu. xxxiij. de testi. post Salic. & Honof. quos allegat, & eius filius Soc. consi. liiij. colum. fina. vol. iij. & hoc ne ius Reipublicæ ledatur. l. j. C. de abolit. Concludimus igitur ex prædictis sanctissimè per Magnificos iudices & cōmissarios fuisse interloquutum Guionum esse quæstioni admouendum pro veritate habenda, cùm constitutio istius causæ tota versetur in constitutione d. l. si is cui. in qua non oportet quærere illos nodos, quos quærit Ias. in l. eius qui. §. quas. ff. si certum petatur. quòd oporteat intelligere illam legem, quando pecunia non fuit numerata,
85 quia per numerationem, quæ in dubio præsumitur, vt inquit Bald. in l. incendiū. C. si certum petat. transfertur dominium, vt inquit Barto. ibi, ideo non potest fieri furtum, quia rei suæ non fit furtum. l. in naue Saupheli. versiculo, idem iuris. ff. locati. quoniam in primis textus in l. si quis vxori. §. Iulianus. ff. de furtis. vbi est idem casus, repugnat huic sententiæ, quia ibi pecunia fuerat numerata.

Item animaduertendum putamus, quòd
86 non est semper verum, † quòd numeratio transferat dominium, sicut nec æstimatio, quia aliquando fit vt sciamus quanti res sit, & hæc non transfert dominium, vt est textus & ibi tradunt Doctores in l. quoties. C. de iure dotium. & in l. æstimatæ. & in l. si estimatis soluto matrimonio. Sic & numeratio quæ fit vt sciamus quanta fuerit pecunia, non transfert dominium, vt bene videtur sensisse Imola in l. si tibi dederim. ff. de donatio. & in l. Cassius. ff. de solutionibus. qui dicit illa iura intelligenda esse quando pecunia ipsa tradita fuerat, vt eandem met redderet, vt Ias. etiam refert in dicto §. quas. numero. 7. & secun

& secundum hanc declarationem nostram videtur esse glo.in l. iij. in glossa fina. in verbo, obnoxium ibi, idē si expressè concedat, quæ vult, quòd idem sit in pecunia, quę expressè fuit data in deposit ū ea lege & eo pacto ab initio, quòd esset depositum, quod depositū est in pecunia clausula deposita, hoc est, in sacco subsignato, aliàs dicit glo. in dubio esset mutuū ex tūc.l.quod si ab initio.ff. si certum petatur. Quamobrem concludentes pro coronide eorum quæ diximus distinguendum putamus, quòd aut pecunia datur numerata simpliciter, & tunc sit vera doctrina Bart.in d.§.quas. aut numeratur nō simpliciter sed cum causa, vt statim restituatur, quia do tibi vt illā Sempronio perferas nomine meo, & isto casu non trāsfertur dominium, & ita declarare videtur Dec. consil. vj.col.ij. versic. secundò specialiter respondetur. dum declarat doctrinam Bar. in l.neminem.C. de susceptor. præpos. & arca. & in l.j. de auri publici persecutor. lib.x. & ratio est, quia numeratio facta fuit vt quātitas vtrique nota esset, & pecunia ipsa restituatur, non autem vt illius dominium transferatur, & in isto casu procedit d.l.si quis vxori.§. Iulianus.& d.l.si is cui. Cætera autem quę dicuntur ad eneruationem testium examinatorum; quòd non plenè probent, quia non concludenter deponunt super his, super quibus examinati fuere, consultò prætermisimus, quia esto, quòd non probarent quo ad plenam probationem, negari tamen non potest quin simul multas faciant coniecturas & præsumptiones arguendo ab eo quod verisimilius est, cap. quia verisimile. de præsumpt. & ī iudicijs & inquisitionibus verisimiles cōiecturæ attendi debent, vt tradit Paris in tractatu ipso, capitulo, & in iudicijs. fol. 254. ex quibus animus iudicis moueri potest ad credulitatem, qui etiam vni soli testi credere potest, vt inquit Paulus à Castro in l. Lucius.ff.de his qui notan. infam. & in l. admonendi.ff.de iureiuran.& per Soc.consi.cclxij. colum.v.versi.confirmatur.duplicato in consilio xcij. vol. iij. & idem consi. liij. colum.
87 penult.ad fi.eodem volum.vbi inquit,† quòd illa dicitur sufficiens probatio; quæ inducere potest animum iudicis ad credulitatē, vt ibi per eum. Quæ sententia maximè procedit ī his quæ sunt difficilis probationis, & in quibus probationes recipiuntur etiam per coniecturas, vt superius dictum fuit, ad quę accedant, quæ dixit Bald.in l.ea quidem.C.de accusat. quem Paris refert & sequitur in dicto tract.fol.285.cap.aduertendum. nume.8. vbi inquit, quòd præsumptio fortiter mouens animum iudicis ad aliquid credendum, vel non credendum est semiplenum indicium. Sed nobis dicāt isti Aduocati, si verum amāt vt amare deberēt, per tradita in l. cùm ita.ff. de condit. & demonstrat. quis. est ille iudex tam hebes & inops iudicij, qui nō præsumat potius illas fuisse pecunias quas ex sono testes cognouisse dicunt, quàm lapillos & similia, vt ipsi nimis perniciosa subtilitate affirmant, quia esto, quòd quantitas pecuniarū non cognoscatur nisi per visum & tactum, vt Barto. inquit in tractatu suo testimoniorum. columna decima. æqualitas alia est corporis.
88 versi. eorum verò corporum.† non tamen negat quin substantia & qualitas pecuniarum ex sono cognoscatur, quòd dicere verè non potuisset, cùm experientia quotidiè demonstret contrarium, quamuis ipsi minus fideliter doctrinam eius referant, quia inculcant cum numero & quantitate materiā, de qua Bart. ipse nec minimum quidem verbum facit, & hæc confirmantur per ea quæ tradit d. Antonius in cap.ij. de consuet.ij. col. quem Soc. refert in dicto consilio liiij. columna.ij. versiculo ex quibus. vbi inquit, quòd si testis in actu capessibili per visum deponit de auditu probat, dummodò sensus auditus non sit omnino improportionabilis tali actui, sicut ecōtrà, per glossā in can. testes.iij. quæst. ix. sed quis est tam nebulo & fatuus qui non cognoscat sonum pecuniarum à sono lapillorum, maximè quando non multum distat.

Item quæ ipsi dicunt contra istos testes, pcedunt quo ad condemnationem, non quo ad præsumptiones & indicia, quæ cùm tot & tanta sint, certè coniungi possunt etiam quo ad probationē, multò magis quo ad effectū torturæ, de quo in hac causa agimus, vt in simili respondit Soc. in dicto consi. liiij. colum. fin. versi. ex quibus. vbi inquit, quòd præsumptiones vrgentissimę, probantes indicia, cōiungi possunt, nō solum ad torturam, sed & ad condemnationem. Laus Deo.

In suprascriptam sententiam nos Venerabiles viri in hoc almo Magnificæ Rotæ Bononiensis Auditorio iuri dicendo præfecti longa inter nos sæpius habita disputatione, & sæpius collato sermone & communicato colloquio vno consensu tanquam veriorem & iustitiæ magis amicam concessimus ita iudicaturi, si nobis causæ cognitio demandaretur,

retur. Ideo in fidem manibus nostris nomina nostra subscripsimus. Et in his ipsis tabulis insignia nostra gētilitia signatorijs nostris imprimi mandauimus, salua tamen quorūcunque aliorum optimorum patrum Iurisconsultorum meliore & veriore sententia. Laus Deo optimo maximo.

Nomina Consulentium.

Bernardinus de Medicis Lucen. Bononiæ prætor, & Rotæ eiusdem ciuitatis præsidens.

Lactantius Cinus Politianus Rotæ Bononiæ auditor.

Ioan. Antonius Arronis à Spoleto Rotæ Bononiæ auditor.

Iulius Scarlatinus Regień. Iurisconsultus Rotæ Bononiæ auditor.

Bernardinus Bergont. Parmeń. Iurisconsultus ac Rotæ Bonoń. auditor.

SVMMARIVM.

1 *Mater in suscipienda tutela liberorum, uel in petendo tutore negligens dici non, nisi anno elapso, potest.*

2 *Substitutio facta filio si sine liberis decedat; si decedit superstite filio, etiam quòd non nisi momēto uiuat, substitutio perpetuò extinguitur.*

3 *Filia semel exclusa propter liberorum existentiam, perpetuò durat exclusa, etiā si masculi paulò post deficiant.*

4 *Authen. ex testamento. C. de secundis nuptijs. quando procedat.*

CONSILIVM X.

Vit dubitatū nunquid substō facta d' filia, si filius decedat sine liberis, habeat locū in filijs dictę filiæ, quę decessit ante mortem filij, cui erat substituta, attēto quòd dictus filius institutus decessit post mortē dictę filiæ relictis duobus filijs ex vxore superstite; qui filij decesserunt post mortē dicti filij instituti eorū patris instante dicta eius vxore matre dictorum filiorum se admitti ad eorum hæreditatem exclusis filijs dictæ filiæ substitutæ. Dubium faciebat, quia mater dictorū filiorū non suscepit tutelam, ideo quòd sit priuāda dicta hæreditate. l. omnem. C. ad Tertul. l. sciant cuncti. C. de legit. hæred. quod dicebatur etiā procedere in matre naturali tātū, per text. in l. fi. C. qui pet. tuto. & per ea quæ notat Bart. in l. ij. §. si mater. ff. ad Tertul. nec posset excusari mater, quòd filius pupillus decesserit ante elapsum annū à die mortis sui patris propter leges disponentes ꝙ intra annū mater teneatur petere tutorē filio; quo casu quando quis infra certū tēpus quod facere tenetur, statim & initio tēporis id agere debet. ita est natura huius dictionis, intra, per text. in l. si ita fuerit libertus relict. §. vltimo. ff. de manumis. testam. Ideo ex quo mater non petijt tutorē filijs in principio anni, vr exclusa ab eorū hæreditate; & filij dictæ filię substitutę tanquā proximiores admittendi. Tū cōtrarijs non obstātibus dicebatur matrē admittendā, maximè quia vt in facto pręsupponebatur, filius pupillus decessit, nondū elapsis tribus mēsibus

1 vel circa post mortē patris, infra quod tēpus mater non pōt dici negligēs in petēdo tutore, ad not. p Alex. in l. cū stipulatus. ff. de ver. obli. vbi refert plus tenere Paul. de Cast. ꝙ ēt si mater nō petat vsq; ad finē anni, dūmodo non sit elapsus annus, non possit dici negligens, quo casu decedente filio intra annum mater nō priuabitur ipsius hereditate, p not. in c. cōmissa. de elec. idē tenuit ipse Paulus in l. si decesserit. ff. qui satisd. cogan. idē cōsuluit cōsi. cccxlij. in prima impres. cōsuluit Benedictus Caprea consi. ix. per totū. non obstat dictū Bar. in l. presbyteros. C. de episc. & cle. volēs, ꝙ mater dicatur in mora post quatuor menses, quia reprobat per oēs, maximè per Ludonic. Roma. cxx. incip. super eo negotio. circa finē. ad l. omnē. cū alijs in contrariū supra adductis dicebatur, ꝙ procedunt qñ pupillus decessit post annū nō petito sibi tutore. ad no. p Alex. & alios in d. l. cū stipulatus. col. fi. & sit ratio, quia à lege noua datur annus vnus. d. l. sciant cuncti. quo casu mortuo pupillo intra annū, prout in casu isto mater non dr̄ esse in mora, ideo non priuanda. ad not. per eundem Alex. in l. si decesserit. col. fi. ff. qui satisda. cog. dicens hanc esse cōem opi. Nō obest ēt quod dicit Bar. in l. ij. §. cōsestim. ff. ad Tertu. ꝙ mater sit in mora, eo ipso ꝙ nō petat tutorē statim & quàm primū pōt, quē ēt reprobat Ang. cōsi. clxvj. col. fi. incip. si testator. vbi tenet, ꝙ de iure hodierno habet totū annū, & alij ēt agnati, per d. l. sciant cuncti. idē tenet Bal. cōsi. cclxxxviij. in ij. vol. dicens, ita cōiter practicari & obseruari, & ita dēre intelligi d. §. cōsestim. idē Bal. cons. cclxxxviij.

vol.j. & consil. celxxix.vol.iij. Dicebatur postea, quò filij dictę filię substitutę vigore substitutionis de eius matre factæ nõ poterãt admitti ad hæreditatẽ dictorũ filiorum exclusa matre, ex quo testator substituerat eã casu quo filius decederet sine liberis, sed dicta filia decessit superstite filio instituto, & dictis pupillis ẽt superstitibus, quo casu dicta filia nõ transmisit ius substitutionis ad eius filios nunc volentes excludere matrẽ dictorũ filiorum, hæred. præfati filij à testatore instituti. ꝑ tex.in l.si ex pluribus.in fine. de suis & leg. ibi, alia causa hæredis ĩstituti, alia cohæredis substituti. etiam pro ista opinione consuluit Ludo.Roma.consi. ccccIxxx.incip. in vsu.facit tex.in l.qui liberis.§.fin.l.si pater. de vulg. & pupil.dicebatur etiam, quòd ex quo dicta filia fuerat substituta in euentu & sub conditione, quamuis filius institutus decederet sine filijs, si etiam viueret, ipsa esset exclusa ex quo filius decessit superstitibus liberis, & sic conditio non fuit purificata, imò substitutio de ea facta euanuit, meritò per mortẽ dictorum filiorum ipsa excluditur, & fit locus matri tanquam proximiori, ad not.per Bald.in c.j.§.cùm etiam.in tit.Episcopum vel Abba.
2 dicendo, † quòd substitutio facta filio si sine liberis decedat, si decedit superstite filio, etiã quòd non viuat nisi momento, talis substitutio perpetuò extinguitur, prout in simili dici
3 tur † de filia semel exclusa propter existentiam masculorũ perpetuò durat exclusa, dato, quòd masculi posteà deficiant, facit quod not.Bal.post Cy.in authen.sed si quis.in vlti. quæst.C.de secun.nupt.& in l.fin.xx. q.C.de hæred.instit.vbi concludunt, ꝙ concesso castro cuidam militi, & si decedat sine liberis, quòd reuertatur ad dominum, quòd milite decedente supetstite filio, qui postea decedat, quòd dictum castrum non reuertitur ad dominum, vt in terminis cõsuluit Oldradus consilio xxij.incipiente, thema tale.& in cõsilio cxlj. idem tenuit Ioannes Andr. in addition.ad Specul. in titu. de test. §. primo.ad finem. idem Paulus de Castro consilio lxxix. incipien.casus iste frequenter contingit.& in consilio clxxj. ne improprijs vtamur vocabulis. idem tenuit Alexander consilio xxx. volumine iij.incipiente, ponderatis. columna penultima.quibus stantibus talis substitutio euanuit; & perinde est ac si facta non fuisset; imo ex quo dictus institutus decessit superstitib⁹ liberis, talis hęreditas illis acquisita est pleno iure, & amplius nõ dicuntur bona testatoris, sed bona filij instituti prędefuncti, & post eius mortem bona suorum filiorum & hæredum.ad nota.per gloss.& Docto. in l.iij. §.veteres. ff.de acquirenda hæreditate. ideo mater dictorum filiorum meritò admittitur ad talem hæreditatem tanquam proximior remotis & exclusis filijs dictæ filiæ institutæ, tanquam remotioribus in gradu. l. cessante. C.de legitimis hæredibus, & in authentic.de hæred.ab intesta. venientib. & in l.prima. & per totum. C. ad Tertullianum. Dicebatur postmodum non obstare, quòd transiuerit ad secunda vota; quia hodie talis pœna non habet locũ, nisi timeretur de ꝑmistione sanguinis, vt quando transit antequam formetur corpus vel membra pueri, & posset dubitari de incertitudine partus; sed isto casu nullæ pœnæ sunt correctæ, videlicet, quãdo transeunt ad secunda vota absq; timore prę-
1 dictorum, vt consuluit Cornelius consil. xxj. volu.i.in litera secunda.& cons.cccviij.Benedictus Caprea consi.lxx.volu.iij.

4 † Demum dicebatur non obstare authẽ. ex testamento. C. de secundis nupt. quia ꝓcedit quando supersunt filij prioris vel eiusdem matrimonij. sed in casu isto nulli alij supersunt, & tunc indistinctè matri acquiritũ pleno iure.l.fœminę.in fin.C.de secun.nupt. & ita Bartol.intelligit dictam authen. & Bal. comprobat eius opinionem. & ita dicit Andreas Barba.in additio.ad Bartol. & est text. in auth.de nuptijs.§.hinc nobis. quicquid dicat glossa parua, in verbo filij.in dicta authẽ. ex testamento. ita consuluit Pet.de Anchar. consilio cclxxviij. consuluit etiam Andreas Barba. vt ipse refert in additio. ad Bartol. in d.authen.ex testamento, idem tenet Aretin. Instit.ad Tertul.§.j.col.iij.

Franciscus de Eccla March.consil.

SVMMARIVM.

1 *Actio dotis est præscriptibilis.*
2 *In præscriptione xxx.anno.malæfidei ratio non habetur.*
3 *Dos animo donandi facta intelligitur; si tantum confessata fuit.*
4 *Donatio inter uirum & uxorem quòd iuramento firmetur, quando procedat.*
5 *Filia ut à legitima excludatur, à statuto fieri potest.*
6 *Pater in dotis constitutione eam legem quam uoluerit, imponere potest.*
7 *Dos quæ datur puellę à patre, legitimæ loco succedit.*
8 *Legitima quid sit.*
9 *Dictionis, nisi, natura est excipere.*

Legitima

10 *Legitima ſicut à ſtatuto tolli non poteſt niſi ex cauſa, ita nec dos in eius locum ſubrogata.*
11 *A dote, quæ loco legitimæ habetur, omnis conditio ſicut in legitima ipſa abeſſe debet.*
12 *Filiafamiliàs exiſtens in patria poteſtate de iure communi teſtari non poteſt.*
13 *Filia poſt mortem patris de dote diſponere poteſt.*
14 *Argumentum de contractibus ad ultimas uoluntates & ſtatuta ualidum eſt.*
15 *Verba contrahentium à diſpoſitione legis interpretationem accipiunt etiam in claro.*
16 *Confeſſio ſiue donatio facta inter uirum & uxorem morte confirmatur.*
17 *Iuramentum, dotis confeſsionē non ſuſpectam reddit.*
18 *Indefinita æquipollet uniuerſali.*
19 *Dos patrimonium mulieris dicitur.*
20 *Inſtitutio facta de patre & filijs. quòd intelligatur facta de filijs poſt mortem patris.*
21 *Actus ut ualidetur, & contrarietas tollatur, quandoque uerba impropriãda ſunt.*
22 *Dos data ab extraneo in legitima non computatur, niſi patris contemplatione dotaretur.*
23 *Legitima per ſtatutum minui poteſt.*

CONSILIVM XI.



PAter qui collocauit filiã ſuã matrimonio dedit ille mille nomine dotis cum promiſſione & ſtipulatione de dicta dote reſtituẽda in oẽm caſum & euentum reſtituendæ dotis ſecundũ formã ſtatutorũ loci, pacto inſuper appoſito ꝙ dicta filia dotata non poſſit diſponere de dicta dote niſi de quinquaginta ducatis, de quibus pater dedit licentiam diſponendi pro anima ſua, deceſſit pater dotans relicto filio ſuperſtite hærede inſtituto viuẽte dicta filia, deinde deceſſit dictus filius & hæres patris dotantis relicta vnica eius filia hærede, & ẽt viuẽte dicta filia dotata, poſteà ſoluitur matrimoniũ morte viri dictę filiæ, quæ decedẽs cõdito teſtamẽto inſtituit ſibi extraneũ hæredẽ, tractatur de repetenda dote dictæ filiæ, & dubitatur vtrum dicta dos ſit in caſu reſtitutionis fiendæ hæredibus patris dotantis, an morte patris dotãtis ſit cõſolidata actio in filiã dotatã, & effectũ ſuũ patrimoniũ, & ideo debeatur vigore teſtamẽti dictę filiæ dotatę hæredi extraneo. Videbatur prima facie dicendũ dictũ extraneũ hæredem nõ debere, nec poſſe habere dictam dotẽ, ſed illã ſpectare & pertinere hæredibus patris dotantis, qui dotẽ dans fuit ſtipulatus eã ſibi reddi, & hæredibus ſuis in caſum dotis reſtituẽdę dicto matrimonio morte mariti ſoluto. Quo caſu licèt alias quãdo ſimpliciter ſtipulatur, actio ſit cõmunis, & mortuo patre conſolidetur in filiã, vt habet in l. vnica. §. videamus. C. de rei vxoriæ actio. l. ſi cũ dotẽ. ff. ſol. matri. tamen quando pater ſtipulatus eſt modo quo ſ. tunc ipſi filię nõ cõpetit in dicta dote actio, ſed hęredibus patris, vt dicit Bald. in d. §. videamus. & per Doct. poſt Bar. in l. poſt dotẽ. ff. ſol. matri. ergo de iure cõi hæredes patris debẽt habere dictã dotẽ, non aũt hæres prędictus dictæ filię. Secundò aduertendũ eſt, quia dato ꝙ cõpeteret ipſi mulieri, tamẽ ex quo à tẽpore reſtitutionis fiendę eſt lapſum longũ tẽpus, videtur quòd illa actio de dote ſit pręſcripta;
1 † quia etiam actio dotis pręſcribitur. l. ſicut. C. de præſcrip. xxx. ann. l. in rebus. §. omnis autẽ. C. de iur. dot. vbi tex. ꝙ actio de dote tollitur ſpatio xxx. ann. & non ſolùm præſcribitur dicto tẽpore, ſed etiã minori tẽpore à ſtatuto determinato, ideo videtur dicendum, ꝙ dicti hęredes filiæ filij patris dotantis non potuerint de iure grauari ab iſtis hæredibus dictæ filiæ dotatæ, & maximè, quia in ipſis hæredibus non poteſt mala fides conſiderari, tũ quia in facto alieno præſumitur ignorantia. l. verius. ff. de probat. tum etiã quia tẽpore dicti contracti matrimonij non erant adhuc in rerũ natura, quo caſu probabiliter ignorã
2 tiã pręſumere poſſunt. † poſſet etiã dici ꝙ in pręſcriptione xxx. ann. non curatur de mala
3 fide. † Tertiò fortiter obſtare videtur dicto hęredi, ꝙ dicta dos dictę filię non eſt dos data ſiue promiſſa, ſed tãtũ dos cõfeſſata abſq; eo ꝙ aliter appareat de aliquibus adminiculis, ꝙ facta fuerit ſub ſpe futuræ receptionis vel ſolutionis factę, quo caſu cõcludũt Doct. ꝙ intelligitur facta animo donãdi. ita Bart. in l. ſi donatione. C. de coll. in l. ſi fortè. de caſtrẽ. pecu. in l. Papinianus. ff. de dona. inter virum & vxo. in l. ſi diuortio. de verb. oblig. Bal. in l. j. C. de don. ante nup. Ang. in l. ſi ita ſtipulatus. §. ſi tibi. ff. de verb. oblig. Imol. in l. ſi conſtante. ſol. matr. Abb. in c. ſi neceſſe. de dona. inter vi. & vxo. Soci. in conſi. lxj. vol. j. & hoc maxime procedit quãdo renuntiatur exceptioni non numeratę dotis, vt in caſu iſto, vt per Bart. in l. aſſiduis. C. qui potio. in pign. habeã. Sali. in l. j. C. de dote cau. non numer. Imol.

 in l.

in l. si diuortio. de donat. Feli. in c. si cautio. de fid. instru. Alex. in cõsi. cxlij. vol. ij. & q in eodẽ instrumẽto sit facta renũtiatio, vt p Alexã. in d. consi. vnde cũ ista dicatur mera donatio, & donatio inter vir. & vxo. sit prohibita, vt in toto tit. ff. & C. de donat. inter virum & vxo. sequitur, q nõ tenuit dictæ dotis cõfessio, & nõ præiudicat ipsi marito confitẽti, nec eius hæredibus, nec habet validare dictã donationẽ iuramentum interpositum super illo cõtractu, cùm videatur conclusio communis Do-
4 cto. † q donatio inter vir. & vxo. firmetur iuramento, vt concludunt Doct. in c. cùm contingat. extra, de iureiuran. Bar. in l. si quis pro eo. ff. de fideiuss. Alex. consi. vij. vol. j. Soc. cõsi. lxvj. vol. j. quia respondetur dato, quòd possit negari non esse cõem opinionẽ, q firmetur iuramento, vt per Soc. in dicto consi. lxvj. illud procedit quando iuramentum interponitur super actu vero, secus si super simulato, & ideo in casu nostro, cũ iste fingebat dotẽ recipere, & intẽdebat donare, iuramentũ actũ simulatũ nõ firmat, vt cõcludit Soc. consil. prædicto. & in l. j. col. xv. ff. solu. matr. Ias. in §. fuerat. nu. 88. Instit. de act. glo. in l. emptione. & ibi Doct. C. plus valer. quod agitur. sequitur ergo, quòd maritus dictæ filiæ non tenebatur virtute dictæ obligationis, & ex cõsequenti multò fortius videtur dicendũ, q eius hẽredes nõ sint obligati. Quartò videtur dicendũ, q non solùm de iure communi, sed etiã iure statutario hæredes dotantis potius, quàm hæredes filiæ dotatæ debeant habere dotem prędictam, vt habetur in statuto sub rubrica, quòd mulier non possit testari, in fin. verb. sed illa remaneat apud patrem vel dotantem vel eorum hẽredes, disponit ergo statutum, quòd mulier possit testari de parte dotis sibi à patre concessa, de alijs verò à patre non concessis, non possit testari, sed reuertãtur ad patrẽ vel dotantẽ, & dum subijcit, vel eorũ hæredes, cõprehendit etiã filias, quæ superuiuunt patri, & sic etiam cõprehẽdit existẽtes in potestate, vnde statutũ declarat etiã casum nostrũ, quòd nõ possit testari, remanet ergo hæredibus dotantis tã ex dispositione iuris cõis, quàm ex dispositione statuti tollentis facultatẽ disponẽdi de dote mulieribus dotatis. Quintò dato, q dictũ statutũ nõ extaret, quoniã dos datur à patre filiæ exclusæ à successione ex dispositio-
5 ne statuti, † & à legitima, quòd põt facere statutũ, vt per Dyn. in reg. indultũ. de reg. iur. in vj. Oldr. consi. xxxiiij. Bart. in l. Titio centũ §.
6 Titio genero. ff. de cõdi. & demõ. † põt dotãdo quã legẽ vult ipse pater apponere dictę doti, vt reuertatur ad ipsum, vel quẽ aliũ ipse disposuerit, vt cõcludit Alexã. cõsi. clxxix. vol. v. Imol. & Bar. in d. §. Titio genero. ergo disponẽdo, q de dote prędicta ipsa disponere non possit, debet eius dispositio obseruari, & sic redit ad hẽredes dotantis. His tamen non obstantibus contraria opinio videtur magis
7 ęqua. Et primò prę suppono, † q illud quod datur à patre puellæ pro dote succedit loco legitimę debitę iure naturę. l. qm̃ nouella. C. de inof. testa. l. si. C. cõmu. vtri. iud. l. & §. pen. ff. de bo. lib. glo. in l. pater filia. in ver. iure proprio. ff. ad leg. Falc. & cõcludit Alex. cõs. cxlix. col. iij. & cõs. cccliij. col. ij. probatur in l. quisquis. C. ad leg. Iul. maiest. & licèt aliq teneãt, q dos nõ subrogetur loco legitimæ, videtur esse de mẽte Bar. i d. §. Titio genero. & tenet Paul. de Cast. in cõsi. cvj. inci. super eo de quo quęritur. & in consi. xviij. si dicta Cornelia. tamẽ illud procedit, vbi per statutũ est diminuta legitima. Itẽ vbi statutũ aduersatur, vt concludit Dec. cõsi. cvj. vol. j. vbi pluribus modis respõdet. Nos verò nõ sumus in casu vbi legitima nõ debeatur in totũ, vt inferius demõstrabitur, & sic dato, q opinio prædicta sit vera, q nõ subrogetur loco legitimę vbi legitima nõ debetur in totũ, tamẽ vbi legitima in totũ debetur, remanet cõclusio supra firmata in eius robore, q datũ pro dote cõputatur in legitima, vltra quod Bar. in d. §. cõcludit, q legitima dicatur restricta ad cõgruã dotẽ. tenet Sal. in l. sancimus. C. de nup. Bal. in consi. cccccxxvj. col. iij. vbi cõcludit legitimã diminutã esse & redactã ad ipsam dotẽ stãte statuto, q filia dotata nõ succedat, quia statutũ arbitratur cõgruã esse portionẽ mulieris dotem,
8 † & legitima finaliter nõ est aliud, quàm congrua portio taxata à lege, & sic innuit, quòd etiam vbi non debet habere legitimam, illa dos succedit loco legitimæ pro illa quantitate, pro qua dos data est. Possumus etiã dicere, q illud quod dicitur, q dos nõ succedit loco legitimę, procedit vbi simpliciter filia est exclusa ab hęreditate, secus vbi per statutũ debet dotari, quia tali casu dos succedit loco legitimę, ita Paul. de Cast. in d. §. Titio genero. col. fina. & in consi. cvj. & cxxxj. & Deci. in d. consi. cvj. Item in casu nostro clarum est, q debet in legitimã subrogari, quia statutũ dicit, q potest petere supplemẽtũ legitimę, ergo prę supponit, q illa dos debeat in legitimã cõputari, & à statuti dispositione nõ est recedendũ-

dendum.l.quod constitutus.vbi Bart.de mil. test. Vnde cũ doctrina Bar.in d.§.Titio genero. procedat in dubio, & nos sumus in casu claro; illa nobis nõ officit,cũ in claris non sit opus coniecturis.l. continuus.§.cũ ita.ff. de verbor.obliga. & quicquid sit in casu nostro habemus statutũ clatũ & apertũ, ꝙ filię possunt venire ad successionẽ legitimæ, dicit.n. statutũ sub rubr. de filiabus dotatis non admittendis ad hereditatẽ paternã, ꝙ filię dotatæ non possint venire ad successionẽ parẽtũ,nisi ad supplementũ legitimæ,& sic in le-
9 gitima videtur vocatæ. † natura illius dictionis, nisi, est excipere. vt l.cũ qui.§.iniuriarũ. & per Docto.ibi.ff.si quis caut. stante ergo, ꝙ sumus in casu claro, quòd debet habere legitimã,sumus etiã in reg.firma, ꝙ dos succedit loco legitimæ,vt supra conclusum est.Vltra quod etiã ꝙ dictũ statutũ non diceret illa verba,nisi in supplemento legitimæ, sed diceret ꝙ filiæ stantibus masculis excluderentur à successione parenrũ,non excluderet filiã à iure petendi legitimã vel eius supplemẽtũ,vt concludit Ang.in cons.cccxj.incip.Dominus Gregorius.facit tex.opti.in l.quisquis. C.ad leg.Iul. maiesta. vbi ille qui repellitur à successione, tamen ei non denegatur legitima.facit text.in auth.si qua mulier.C.de sac. sanc.eccles.& in authẽ.hoc amplius.C.de fideicõ.in l.si arrogator.ff. de adopt. & ita fuit consultũ & pronũciatũ Bononiæ per Auditorẽ Car.Albaneñ.vt dicit Sal.quẽ refert, & sequitur Alexan.consi. lxxxviij. col.iij. vol.vj. multo ergo fortius in casu nostro, stantę dicto statuto,& eã admittente ad legitimã,debemus dicere, ꝙ in legitima iure naturæ debita debeat succedere. Stantibus ergo ꝑdictis ꝙ dicta filia debeat succedere ĩ legitima, & dos succedat loco legitimæ, sequitur conclusio,ꝙ subrogatũ sapiat naturã subrogati. l.cũ qui.§.iniuriarũ.ff.si quis caut. habetur in l.certi condictio.ff.si cer.pet.in prin. & vbiq; Ias.sicut ergo de legitima omne onus, & omne grauamen reijcitur.l.quoniã in prioribus. C.de inoff.testa.l.omni modo.eo.tit. l.si patronus. ff.de leg.ij. l.si arrogator. ff. de adopt. cũ simil. ita dicendũ est de dote in locũ eius subrogata.Paul.de Castr.in consi.cxxix. inci. licet ista.vbi dicit,ꝙ dos habet omnes qualitates legitimæ, nisi aliud à statuto expressè
10 disponatur. † Vnde sicut legitima nõ potest tolli à statuto nisi ex causa, ita nec dos in locũ eius subrogata.& sicut in legitima specialis renunciatio requiritur. l.si quando.§.fina. ff.de inoff.testa.ita in dote,& quòd in tali dote onus reijciatur sicut in legitima ad similitudinẽ legitimæ tenet Alexã. in consi. cxcvij. vol.ij. Bald.in l.quoniã in prioribus. de inoff. testa.Imol.in d.§.Titio genero. Abb.in cons. xcij.vol.ij. Areti. in consi.xliij. Deci. in consil. cvj.Cyn.& Bald. in l.sancimus.C.de nup.vbi dicunt, quòd stante statuto ꝙ filia non succedat,sed debeat dotari; & pater, filijs institutis,filiæ ĩfanti si nupserit,relinquit certã quãtitatẽ,quòd dicta dos debeat dari dictæ filiæ incontinenti ipsi filiæ infanti, & sic antequã nubat, quia dictũ relictũ cõputatur siue cõpensatur in legitima. l.quoniã in nouella.de inoff.testa.l.fina.C.de bon.quæ libe. sicut ergo fratribus iuuat ꝙ loco legitimæ sit dicta
11 dos, † ita contra ipsos debet accipi, vt de ea tollatur omnis conditio,& omnis dilatio, & omnis mora. arg. l.si duo.§.si quis.ff.de iureiur.Concordant cũ ista opi.Io.And.in addit. Spec.in tit.de test.in rubr.in vers. scire debes. Albe.de Rosa.in tracta.statutorũ.in qõ.cccv. Stante ergo hac cõmuni opinione concludẽdum videtur, quòd grauamen appositum in constitutione dictę dotis, quòd de dicta dote non possit testari, nisi de certa parte, non possit nocere, quin de tota disponere possit ad libitũ suũ,perinde ac si dicta conditio apposita non fuisset.Secundò & fortius dicitur dictũ heredẽ succedere debere in dicta dote virtute testamenti ipsius filiæ dotatæ,& non hæredes patris dotantis, quia instrumentũ dotis non prohibet imo permittit,ꝙ possit disponere de parte dotis, & inducta ad vnũ effectũ non debent operari contrariũ.l.legata inutiliter.de lega.j.& in hoc aduertendũ est,
12 † quòd filiafamiliàs de iure cõmuni,non põt testari,quãdo est sub patria potestate.l.filiusfamiliàs. & l.qui in ꝑtãtę. ff.de testam.quod adeo verũ est, quòd filiafamiliàs etiã in dote non habet priuilegiũ testandi, licèt filius habeat in castrensi peculio, quia iure cautũ nõ reperitur, vt concludit Bald.in l.ij.col.penul. C.de hæred.actio.& in l.senium. C.qui testamenta facere possunt.not.gloss. in l. filia. ff. soluto matrimonio. quod procedit etiã consentiente patre,vt per Baldũ in dicta l.seniũ. firmat Alexand.in consilio centesimoquinquagesimonono.volumine secundo. Statutũ autẽ dat licentiã filiabusfamiliàs testandi de ea parte de qua patri vel dotanti videbitur,quod statutũ valet,vt habetur per Bar.& Docto.in l.omnes populi. ff. de iusti. & iure. vnde pater volens cõsulere filiæ permisit, ꝙ

possit testari de certa parte, & hoc itelligitur concessum per ipsum in casum in quē ipsa aliàs sine licentia testari non potuisset, vt declarant illa verba, dedit licentiam testandi, præsupponitur ergo hoc esse in casu in quo licentia non requirebatur, videlicet, quando in potestate decessisset, aliàs cum licentia nō requireretur, & secundum ea disponere potuisset, ideo videtur se voluisse extendere ad istum casum, maximè in contractibus, quia verba debēt semper intelligi, vt aliquid operentur, secundū Bal. in rub. C. de contrahen. emptio. & maximè. quia videtur velle cōcordare suam dispositionem, secundum dispo-
13 sitionem iuris communis, quæ est, † quòd filia de dote post mortem patris possit disponere, quia in ipsum actio cōsolidat, maximè quando in ea succedit, vt in legitima in qua nullum grauamen imponi posset. Absurdū enim esset, vt pater, qui inducitur ad gratificandum filiæ in instrumento ipsi præiudicaret contra regulā iuris communis; cum ergo in consensu directo verba non tollant facultatem testandi, imò concedant, non debent considerari à contrario sensu, vt dicit Bald. in l. prima. C. de inutil. stipula. vbi dicit, ꝙ si statutum disponat, quòd minor octodecim annis non possit se obligare nisi seruata certa solennitate, non videtur propterea concedere, quòd post illam ætatē possit se obligare, quia statutum prædictum tendit ad minuendum, & non debet operari contrarium effectum. argu. l. planè. la prima. ff. de legatis primo. l. si transferri. ff. de adimen. lega. ita in proposito nostro si conceditur in certa parte ius testandi, & sic inducta sunt illa verba ad argumentanda iura filiæ, non debent operari diminutionem, quod esset quando intelligeretur, ꝙ in casu in quo ipsa dotata potuisset testari, esset facta dicta dispositio, arguen-
14 do † de contractibus ad vltimas voluntates, & ad statuta; quod argumentum validū est in l. si à substituto. §. fina. cum l. sequenti. & ibi Docto. ff. de legat. primo. l. pactum inter hæredē. C. de pact. iūcta l. si ita quis legauerit. & ibi Bartol. de legatis primo. vnde concludendum videtur, quòd non sit prohibita testari in casu, in quo aliàs de iure communi testari non posset, nec debet sumi argumentum à contrario sensu ad correctionem iuris, & per Baldum in l. si eum. §. qui iniuriarum. ff. si quis
15 cautio. eò maximè † quia verba contrahentium accipiunt limitationem à dispositione legis. l. quæro. §. inter locatorem. ff. loca. l. quidam cùm filium. ff. de verborum obligationibus. & non solùm in casu dubio verba contrahentium limitantur, & interpretantur, & intelliguntur secundum dispositionem iuris communis & statutorum, sed etiam in casu certo & claro, vt voluit Bartol. in l. vt iurisiurandi. §. si liberi. ff. de ope. liber. Alexand. consilio lxxviij. volu. quarto. vnde cū statutum filiamfamiliàs prohibeat testari sine licentia patris, & cum eius licentia permittat in certa parte, pater concedēdo licentiam videtur se referre ad illum casum in quo per statutū licentia requirebatur, sicut quando pater recipit emphyteusim pro se & filijs masculis & fœminis, quo casu pariter admitti deberent, si extat statutū, quòd stantibus masculis fœ-
17 minæ admitti nō debeant ad successionem, intelligitur illa dispositio illius feudum recipientis facta eodem modo, videlicet, primò pro filijs masculis & eis deficiētibus pro fœminis, vt concludit Bar. in d. l. vt iurisiurandi. Remanet ergo conclusio, quòd ista filia potuerit de eius dote testari, tum etiā quia dos prædicta succedit loco legitimæ, tū quia non est prohibita per patrem in casu quo aliàs de iure communi testari posset. Modò non obstant in contrarium adducta. Et primò dū dicebatur, qòd ex eo quòd pater est stipulatus sibi & hæredibus suis, quòd sua sit actio & suorū hæredū, non autem hæredis filię prędictæ. Quia respōdetur, quòd tali casu actio sibi competit, per l. quoties. soluto matrimo. sed eo mortuo pertinet ad filiam, nec transmittitur ad hæredes, secundum Iacobum de Rauen. Pet. de Bellaper. & Ricar. Malūb. in l.
18 j. §. videamus. C. de re. vxo. actio. quos sequitur Albe. de Rosa. ibi, col. pen. & ista est communis decisio stante dicto statuto. Secundò dico, ꝙ si deberet restitui hæredibus patris, ipsi tamen hæredes incontinenti tenerentur remittere hæredibus filiæ, vt voluit Iacob. de Aret. in l. vxorem. §. pater naturalis. de legat. iij. Alexan. consilio cclxxxij. col. secunda. qui allegat Bald. in l. fina. C. de dot. promiss. & firmat Roma. in l. post dotem. ff. solut. matrimo. & latè in terminis Decius consilio cvj. Non obstat dum dicitur de præscriptione, quia falsum est, quòd sit longum tempus elapsum à morte mariti dictæ filiæ, vt faciliter probari posset. Item dato quòd à tempore mortis mariti esset elapsum longum tēpus, imo longissimum non referret, quia sunt sexdecim anni elapsi, quòd ista mulier iudicium instituit cōtra hæredes mariti de dote resti-

restituenda, & sic fuit dicta prescriptio inter-
rupta. Item & antequam peteretur, heredes
mariti soluebant illi vnum certum quid pro
retardatione solutionum dotis, & sic reco-
gnoscebant se debitores dictæ dotis, quo ca
su nulla inducitur præscriptio. Tertiò non
obstat quod dicitur de dote confessata. Nā
dato, quòd sit verum, quòd censeatur facta
animo donandi, & quòd non valeat, tamen
16 limitatur nisi maritus precedat, † quo casu
cōmuniter tenetur, quòd confirmetur dicta
confessio siue donatio, facit l. donatio. & l. do
nationes. la prima. C. de donat. inter virū &
vxorem. l. Papinianus. ff. eo. ti. quoniam sicut
mors mariti veram donationē firmat, ita fi-
ctam, vt dicit glo. in l. ij. C. de dote caut. non
numera. & Romanus in consilio cccclxv. &
ficta donatio dicitur ista dotis confessio, vn-
de cùm maritus prædecesserit, habemus in-
tentionem fundatam, quòd donatio sit con
firmata, nec de validitate vel inualiditate cō
fessionis vlterius dubitandum est. Item di
co, quòd in contrarium adducta procedunt
quantum sit respectu mariti & eius hæredū
nisi sint elapsa tempora opponēdi exceptio
nē non numeratæ dotis, ita Bar. & Doct. in l.
assiduis. C. qui potio. in pig. hab. Spe. in ti. de
confes. §. sequitur. versi. xvj. Bal. in rub. de pri-
uil. dot. & ista est communis opinio, vt tenet
Soc. post alios quos alleg. in consi. lxxxij. vol.
iij. sed tempora opponendi dictam exceptio
nem sunt decies transacta, ergo illa confes-
sio sortitur effectū perindè ac si vera nume-
ratio sequuta esset quantum ad præiudiciū
mariti & hæredum eius. Tertiò quia quic-
quid dictum sit supra firmatur iuramento,
nam sicut validatur vera donatio per iura-
17 mentum, † ita dictum iuramētum reddit di-
ctam confessionem dotis non suspectam, vt
dicit Corn. consilio cclxxxiiij. volumine j. &
consil. xxxvij. volumine iiij. dicit, sicut validat
quādo donationis causa fit, ita validare de-
bet quando factum præsumitur causa dona
tionis, cū absurdum esset dicere, quòd mi-
nus efficiat causa prohibita quando est indu
bitata, quàm quādo est coniecturata, & Bal.
in tract. de dote. in decima part. columna iiij.
dicit, quòd pluries vidit cōsulere, quòd iura-
mentum si interueniat super ista cōfessione
simulata, licet non firmet, quod simulatè agi
tur, videlicet, dotē, firmat tamen donatio-
nem, cū illi adsit consensus, & quicquid di-
xerit Soc. in d. l. j. supra allegata, contrarium
tamen tenuit in consi. lxxxij. volu. iij. dicens,
quòd in iudicando non est ab hac opinione
recedendum, ex quo cùm in casu nostro in-
terpositum sit iuramentum, videtur conclu
dendum, ꝙ maritus & eius hæredes tenean
tur ad restitutionem dotis, posset etiam dici,
quòd dicta in contrarium procedant quādo
non appareret, ꝙ dotē recipit, secus vbi ap-
paret de aliquibus præsumptionibus, quòd
recipit, sed possem demonstrare in casu no-
stro plures interuenisse presumptiones, ꝙ do
tem verè recepit, & ꝙ ex cōsequenti illi præ-
iudicat dicta cōfessio, tamē quia supra dicta
satis eneruant oppositum, ideo vlterius non
insisto. Ad quartū quando dicebatur de sta-
tuto prohibēte de dote mulieris posse testa
ri, est aduertendum, ꝙ statutū disponit in pri
ma eius parte, ꝙ mulieres possint testari de
18 bonis suis, † & cū indefinita equipolleat vni
uersali. l. si seruitus. de seruitu. vrb. prec. c. soli
tè. de maior. & obedien. est perinde ac si di-
ceretur de omnibus bonis suis, cum certa ta
men solennitate de qua in statuto, videlicet,
cum præsentia viri vel filiorū, vt ibi post mo-
dum statutū prædictum venit ad filias in po
testate patris existētes, & disponit, ꝙ ipse pos
sint disponere de dote sua, pinde ac si essēt
matresfamiliàs i vltima volūtate si hoc faciē
dū sit, sibi data esset ptās. De illis verò bonis
siue de illa parte dotis in qua nō esset sibi da
ta potestas disponendi in instrō dotali dispo
nere nō possit, sed illa remaneat apud patrē
dotātē vel eius hæredes, dico ergo, ꝙ in hoc
secundo capite statutū tantum loquitur de
filiabus in potestate existentibus, ita verba
sonāt, & i claris nō est opus cōiecturis. l. cō-
tinuus. § cū ita. ff. de verb. ob. nē loquitur tm̄
de ipsis in potestate positis, qd̄ demōstratur,
q̄a aliàs sequeretur correctio dicti statuti in
parte superiori, qd̄ nō est dicēdū. l. nā ad ea.
ff. de cōdi. & dem. dicit. n. in superioribus, ꝙ
mulieres possint disponere de oibus bonis
suis in distinctè & immediatè diceret, ꝙ non
possent disponere, nisi de illis reb⁹, de q̄bus
esset sibi data potestas in instrō dotali, qd̄ nō
est dicēdū, ne dicta cōtrarietas sequatur, si
ergo dicit in prima parte, ꝙ possit testari de
omnibus bonis suis, & in secunda dicit, ꝙ nō
possit testari, nisi de parte dotis sibi ɔcessa, &
ꝙ residuū ad dotantē reuertatur, si in secun-
da parte ēt de matribusfamiliàs loqueretur
sicut i prima, cōtrarietas iduceretur in eodē
15 statuto. † Nam dos dicit patrimoniū ipsius
mulieris. l. iij. §. sed vltra. ff. de mino. l. in cum.
de relig. & sump. fune. & maximè soluto ma

trimonio per mortem viri dicitur esse in do
minio ipsius mulieris. l.doce ancillam.C.de
rei vẽd.l.in rebus.§.j.ff.de iure dot.& sic non
esset verũ dicere, quòd posset disponere de
omnibus rebus suis, vnde statutum specificè
loquitur de filiabus in potestate existẽtibus.
Nec obstant illa verba, vel eorum hæredes,
per quæ videtur determinatũ, quòd nõ pos-
sit disponere post mortem parẽtum, quia il
la verba intelliguntur, quòd ad patrẽ rema-
neat, vel dotantem, vel eorum hęredes post
ipsos. Itaque primò patri cõpetierit, deinde
hæredi, sicut in simili dicitur in l.Gallus.in §.
quidam rectè.ff.de lib.& posthu.& per Doc.
20 ibi,† de institutione facta de patre & filijs, in
telligitur facta de filijs post mortem patris.
Et ratio dubitãdi erat, quia videbatur, quòd
pater magis voluisset consulere sibi, quàm fi
liæ, sed magis filiæ, quàm hæredibus suis, vn
de ad tollendã dictam difficultatem demon
strauit, quòd in dicto casu magis fauetur sibi
quàm filiæ. Itẽ magis hæredibus suis, quàm
dictæ filiæ, nec inconuenit facere istã inter-
pretationem ad tollendam contrarietatem
prædictam. Licitum est enim verba impro-
priare ad tollendam repugnantiam, secun-
dum Bar.in l.omnes populi.in vj. quæst.prin
cipali.de iust.& iure.Ant.de But.in c. cũ dile
ctus.& ibi Imol.de consuet.& si bene prospi
ciantur.& in rubri. & omnia contenta in ni-
gro, non potest aliter fieri interpretatio, quia
disponit, quòd possit mulier testari, & singu-
la facere cum præsentia mariti, si ipsum ha-
beat, si autem cum presentia filiorũ, & ta-
men contrarium esset verũ, si vltima parti-
cula intelligeretur de filiabus, tã in potesta-
te quàm sui iuris, quia non possent testari, ni
si sibi expressa data fuisset licentia à patre, &
de portionẽ tantũ tempore datę dotis con-
cessa à dotante, quod vtique videretur incõ-
ueniẽs, nec verba statuti hoc innuunt, vnde
illa verba, vel eorum hæredes, intelliguntur
vt supra, vel ad hæredes eorum, scilicet, casu
quo pater ante exactionem decessisset, & ne
cessaria est ista intelligentia, quia loquendo
de filiabus in potestate & de modo testandi
per ipsas, præsupponit necessariò, quòd tẽ-
pore testamenti pater viueret, vnde ad hoc,
vt verificetur illa clausula, vel eorum hære-
des, dicendum est, quòd statutum conside-
rauit etiam casum quo pater ante exactionẽ
dictæ dotis & post testamentum, vel mortẽ
filiæ decessit. Præterea ego non video quo
modo possit dici, quòd dictum statutũ in vlti
ma parte cõprehendat etiã matresfamiliàs,
quia imo statutũ seipsũ declarat.dicit, quòd
filięfamiliàs in his in quibus data est ei facul
tas testandi in instrumẽto dotali possunt, di-
sponere perinde ac si essent matresfamiliàs;
vult ergo, quòd sit differẽtia inter matresfa-
milias, & in potestate positas, quia positæ in
potestate tantũ in his in quibus habent licẽ-
tiam possunt disponere in vltima volunta-
te vt matresfamiliàs. Demõstrat ergo, quòd
in his in quibus nõ est licentia, differentia sit
inter ipsas, vnde cũ in prima parte statutum
declarauerit generaliter mulieres posse te-
stari cũ præsentia mariti vel filiorũ, & post-
modùm sequatur versiculus de filiabusfami
liàs, sequitur necessariò, quòd statutum præ
dictum facit differentiã inter ipsas, & quòd
loquatur versiculus, addimus autem, tantũ
de filiabusfamiliàs, facit dum dicit, de alijs
autẽ bonis & quantitatibus, statutum prius
dixerat, quòd filiafamiliàs de dote dispone-
re posset, & subdit de alij bonis vel quanti-
tatibus, &c. necessariò sequitur, quòd reti-
net eundem sermonem, videlicet, dispo-
nendo de bonis filiæ in potestate, & licet illa
verba, vel eorũ hæredes, contrariari videan-
tur, exponãtur, declarentur, interpretentur,
ità, quod non noceat dispositioni, sicut in simili
declarat Bar.in l.eius.ff.si cer.pet.& in l.si me
21 & Titiũ.per illũ tex.ff.eo.tit.vbi cõcludit,† quod
ad validãdũ actũ, & ad tollendã cõtrarietatẽ
verba quæ dicunt pecuniã esse Titij intelli-
guntur Titio debita, & verbũ, quominus, ex
ponitur, quia nõ, vt in l.si ego.& ibi Doct.ff.si
cer.pe.& vna cõiunctio pôt poni pro alia, vt
dicit gl.in l.eas causas.ff.de cõd.& dem.vnde
Soc.in l.certũ.ff.si cer.peta.dicit, quod qualibet
dictio potest poni pro alia, vnde videmus, quod
verbũ, data, exponitur, id est, promissa.l.ij.ff.
de iurisd.om.iu.& verbũ, præstitũ, id est, præ
standũ.gl.in l.diẽ functo.ff.de off.assess.vnde
multò fortius ĩ casu nostro debemus facere
supra scriptã interpretationẽ, maximè cũ
nõ sit interpretatio cõtra naturã verbi, & in-
telligatur, & eorũ heredibus, sed ipsis moriẽ
tibus añ restitutionẽ dotis, post mortẽ tñ fi-
liorũ, vlterius ponamus, quod statutũ cõprehen
dere voluerit, tã ĩ potestate cõstitutas, quàm
sui iuris, in finalibus verbis. Dico, quod statutũ
loquitur in casu quãdo dos non succedebat
loco legitimæ in qua non poterat grauare,
per supra dicta in fundamẽtis pro hac parte
adductis, & quòd non loquitur in dicto ca-
su, patet, quia loquitur quando dotatę erant
non

non solùm à patre, sed à quolibet alio extraneo, † quo casu quãdo ab extraneo dotatur, non computatur sibi in legitima, nisi contẽplatione patris dotaretur, vt habetur in l. post dotem. ff. solu. matrimo. Itẽ patet, quòd non loquitur in illo casu, quia prẹsupponit, quòd filiafamiliàs habeat plura bona vltra dotalia vt patet ibi, in alijs bonis, vel quantitatibus, vel iuribus, quo casu bene verũ est, quòd filia non potest testari, nec disponere de dote, quam dotẽ pater sibi stipulatus extitit, quia cùm non succedat loco legitimæ, & ipsa possit habere, vel consequi talem legitimam in alijs bonis ligabitur virtute obligationis in instrumento dotali appositæ, ita quòd nõ poterit disponere de ipsa dote vltra voluntatẽ dotantis stipulantis sibi & hæredibus suis ipsam dotem, vt per Doct. in l. j. §. videamus. C. de rei vxo. actio. Est etiam aduertendũ ad intelligentiam illius statuti, quia dictum statutum debet restringi, ne indebitè patiantur illæ filiæ, iuxta not. in l. fina. §. in computatione. C. de iure delib. damnum enim paterentur, quia si loqueretur de non existentibus in potestate essent grauatæ in legitima, de qua non possent disponere contra regulas iuris, quod non est dicendũ, cùm dos succedat in casu exhęredationis vel successionis ab intestato loco legitimæ, cùm à statuto excludantur, & in illa etiam legitima paterentur, † & licèt aliàs legitima possit minui per statutũ, vt per Cano. in c. Raiuntius. de testamen. & per Alexand. consilio cxcvij. tamen nullum erat statutũ, quod illam minuat, imò statutum sub rub. de filiabus dotatis nõ admittendis. vult, quòd nõ solùm dotentur, sed quòd habeant supplementũ legitimæ, vnde cùm in hoc statuto expresse contrarium non disponatur, non debemus per subauditos intellectus inducere correctionẽ alterius statuti. l. præcipimus. C. de appell. cũ similibus. vnde concludendũ videtur ex omnibus supra dictis, quòd dictũ statutum in d. vltima particula solùm filiamfamiliàs comprehendat, & illa verba, vel eorum hæredes, intelligenda esse vt supra dixi, non obstat quòd vltimo loco dicatur, quia supra responsum est, quòd non habet locum vbi dos succedit loco legitimę virtute statuti excludentis dotatas à successione, quia, vt clarè videtur, fuit satis demonstratũ superius in hoc casu, dato, quòd statutum posset in totum tollere legitimam, cùm in casu nostro non solum per statutum non tollatur, sed disponat, quòd habeat supplementũ legitimæ, & velit, ꝙ cõputetur dos in legitima, sicut in legitima nullũ grauamẽ imponere poterat, ita nec in dote eius loco subrogata, & per ista vr̃ verior opinio, ꝙ dos data filiæ debeat restitui hæredibus filię, & ꝙ ipsa filia de dicta dote disponere potuerit.

Franciscus de Ecela March. consil.

SUMMARIUM.

1 *Mulier de dote, quæ ut dos regulatur, disponere seu testari prater quàm quod ei conceditur per instrumentum dotale, non potest.*
2 *Statutum excludens fœminas à successione & sic à legitima an ualeat.*
3 *Quod non est, suppleri non potest.*
4 *Suppletio naturam rei cui adijcitur uel suppletur non immutat, sed sequitur.*
5 *Dict. nisi, eius natura est, ut excipiendo ponat.*
6 *Dos quæ datur propter successionis prohibitionẽ cùm in locum legitimę subrogetur, immunis ab omni grauamine esse debet.*
7 *Legitimam solum qui petit, succedere non dicitur.*
8 *Successor quis dicatur.*
9 *Legitima quota bonorũ dicitur, non aũt hæreditatis.*
10 *Statutum licèt dotatam à successione excludat, non tamen à legitima & illius supplemento excludit.*

CONSILIVM XII.

Tante statuto, ꝙ filiæ vel sorores dotatæ de bonis patris stantibus filijs masculis vel filijs ex fratre non succedunt, & idẽ si in testamento eis foret relictũ pro dote, nec ad successionẽ ab intestato venire possint, nisi ad supplementũ legitimę, & si dotatę nõ fuerint, dotẽtur à fratribus vel eorũ filijs, & nuptui tradanẽ cõsiderata qualitate, &c. si verò filij vel fratrum filij non extarent, tunc admittantur, &c. Contigit, quòd quædã Zita Francisca nupta fuit per auũ cuidã Persanct. assignatis trecentis florenis pro dote, & appositis pactis de dote restituenda ipsi dotanti vel eius hæredibus in euentũ soluti matrimonij, & data facultate testandi & codicillandi ipsi Zitæ Franciscæ, nisi pro quadam minima quantitate dictæ dotis, & prout in dicto instrumento latius continetur.

Successiue dictus Persanct. moriẽs reliquit quosdã filios, q ẽt postea nõ longè post obierũt superuiuẽte dicta Zita Fràci. quæ ẽt nunc defun-

defuncta est, prius condito testamento, in quo hęredes suos instituit duos eius fratres in omnibus bonis suis, factisque pluribus legatis ad pias causas, &c. Pro parte verò aliorum successorum & hæredum dicti aui dotantis instatur, vt admitti debeant pariter ad successionem dictæ dotis non obstante testamento dictę Zitæ Franciscæ, cùm non potuerit testari vltra id quod in instrumento dotis fuit ei cōcessum. Ex aduersa hæredes scripti in testamento dictæ Zitæ Franciscæ asserunt contrarium, quæritur modò quid iuris, &c.

Christi nomine inuocato breuiter ista cōtrouersia videtur consistere in vna sola difficultate, an dicta dos debeat regulari, vt dos simpliciter, an verò vt subrogata loco legitimę debitæ ipsi Zitæ Franciscæ in bonis aui

1 vel patris. † Nam si loco dotis simpliciter, ita quòd nō sit loco legitimæ, tunc videretur dictam Zitam Franciscam non potuisse testari vltra concessa in dicto instrumento dotali, propter prohibitionem aut dotantis in eo appositam, sed reuerti debeat ad ipsum dotantem vel eius hæredes iuxta continentiam dicti instrumenti. Nam talis prohibitio à iure permittitur, tam in contractu, quàm etiā in vltima voluntate, vt est tex. in l. fina. §. filiæ fidei cōmisit. ff. de leg. ij. & in l. cùm pater. §. pater certam. eo. tit. & in l. cùm patrem. C. de iure dot. traditur per Bar. & alios in l. Titio centum. §. Titio genero. ff. de condi. & demonst. & in d. l. fin. §. filiæ fideicommisit. & in l. Lucius. §. maritus. ff. ad Trebel. Secus autē si talis dos esset loco legitimę, quia tunc nulla cōditio, onus, aut dilatio apponi aut adijci potuisset. l. quoniam in prioribus. & in l. scimus. §. cùm autem. C. de inofficio. testamen. & sic tunc apparet, quòd dicta Zita Francisca liberè potuisset testari, quia prohibitio facta per auum in dicto contractu dotali pro non apposita reijceretur, vt in d. l. quoniā in prioribus. & ideo est aduertendum, quia ex forma statuti prædicti fœmina est exclusa à successione, & per consequens à legitima, quæ est certa quota eius, quod habitura esset ab intestato, vt in l. parentibus. & in l. conqueritur. C. de inofficio. testamen. Ex quo igitur stantibus masculis excluditur fœmina, sequitur, quòd nulla ei debebit legitima, licèt dotari debeat vel contentari dote habita ex forma ipsius statuti, nec per hoc talis dos censeri debet subrogata loco legitimæ, quia (vt dixi) legitima purè debetur & non sub conditione vel onere, vt in dictis iuribus, quod nō procedit in dote, vt supra dixi. Nec quidem

2 mirum videri debet, † quare validum est statutum excludens fœminas à successione, & per consequens à legitima, vt voluit Dyn. in reg. dulcū. de reg. iur. lib. vj. Old. cōs. ccxxxiiij. Cy. in l. sancimus. C. de nup. Bar. in d. l. Titio centum. §. Titio genero. ff. de cond. & demō. Rom. in l. sequēs. §. heredibus. ff. ad Syll. Ang. in l. quod bonis. §. fi. ff. ad leg. Falc. traditur in c. quamuis. de pact. lib. vj. & in c. ij. de consue. eo. lib. & ista est magis cōmunis, licèt aliqui Doct. voluerint non valere tale statutū in totum tollens legitimam, vel nimium eam annihilans, vt voluit Rot. decisi. xviij. item fuit dubitatum. quæ est de consuetudine prima, in nou. Bar. & alij in c. Rainutius. de test. Non nulli etiā distinguētes an subsit causa, vt puta, agnationis conseruandæ, & tūc valeat statutū, aliàs vt Bald. in l. cū lege. C. de Episc. & cle. & Ioan. de Imo. in d. §. Titio genero. & in isto casu sufficere, quòd aliquid assignetur loco legitimę, puta dos, vt dicit Bald. in auth. nunc aūt. C. de Episc. & cler. & in d. l. j. §. ius naturale. ff. de iust. & iu. & Alb. in tract. statu. quæst. ciiij. cū alijs concor. Cùm itaque statutū excludat dictā Zitam Franciscam propter existētiā masculorū à successione, & debeat esse cōtenta dote sua, meritò videtur cōcludendū, quòd non, vt legitima, sed vt dos simpliciter debeat cōsiderari, quo casu succedit doctrina Bartoli in dicta l. Titio centum. §. Titio genero. penultima colum. volens, quòd talis dos non succedat loco legitimæ, & quòd onus vel conditio adiecta nullo modo reijci debeat, ex quo statutū prohibet successionē, & quòd per consequens etiam legitimam, quam doctrinam sequitur ibi Ioan. de Imol. & Paul. de Cast. & idem Imol. in l. fina. ff. de condit. instit. dicens, quòd isto casu cessat decis. Iaco. Butri. & Bald. in dicta l. qui in prioribus. quia quando (vt dixi) statutum excludit fœminas, si sint dotatæ vel dotandæ, licèt velit, quòd debeāt dotari, prout in casu istius statuti, nunquam talis dos vel relictū pro dote videatur, prout de legitima, vt etiam vult Cynus in l. sancimus. C. de nuptijs. & idem consuluit Paulus de Castro consilio ccxxij. pro pleniori, &c. vbi in terminis consuluit in isto casu in tali traditione dotis non esse reijciendam conditionem appositā per dotantem, ex quo talis dos vel relictum pro dote non censetur legitima, nec in locum legitimæ subrogata. Idem etiam consuluit Cumanus consilio centesimo vigesimoquarto, domi-

dominus Anton.& Alex.consil. clxxiiij. viso
processu,&c.iij.col.versi.præterea statutum.
in v.libr. sed quia statutum prædictum vltra
procedit disponens quòd licèt mulier exclu
datur à successione si sit dotata,tamē subdit,
quòd non possit venire ab intestato, nisi ad
supplementū legitimæ, per consequens vi-
detur,quòd dispositio ipsius statuti innuat,ꝙ
ipsa dos debeat haberi pro legitima vel sal-
tim subrogata loco legitimæ, allioquin im-
3 propriè starēt verba supplemēti,† quia quod
non est,nō potest suppleri.l.j.§.ius prætoriū.
ff.de iust.& iure.facit l.decē.ff.de verb.oblig.
& c.ad dissoluendū.de despon. impub. facit
etiā.l.scimus.C.de inof.test.Et istud est,quod
facit dubium in casu isto,nisi diceretur,ꝙ ta-
lis concessio veniendi ad supplementum le-
gitimę debeat intelligi quo ad quantitatem,
id est,quòd debeat suppleri dos vsque ad va
lorem legitimæ,non autē quòd talis conces-
sio operetur successionem in bonis, ex quo
fœmina est exclusa à successione. Dicamus
igitur tale supplementum non est legitimā,
sed esse quo ad valorem loco legitimæ. Nec
mirum,cū aliud sit legitima, & aliud dos lo-
co legitimæ,sicut etiam dicimus, quòd aliud
est esse ciuē,& aliud haberi pro ciue. l. quod
si nolit.§.si mancipium.& ibi Bal.de ędil.edi.
& per Bar.& alios in l.adoptiuū.§. patronū.
ff.de in ius voc.cū simi.& pro hoc facit, quia
in principio statutum prohibet successionē
bonorū, & si postea permitteret successio-
nē,statim videretur sibimet cōtrariari,quòd
etiam fœmina non succedat, & statim corri-
gendo,ꝙ succedere possit,quod esset absur-
dum,& ideo non cōcedendum.c.cùm expo-
4 diat.de elec.li.vj.& facit,† quia suppletio nō
habet immutare naturā rei cui adiicitur vel
quæ suppletur,quinimò eius naturā sequi-
tur.l.inter socerū.ff. de pact.dot.l. si ego.§.ꝙ
tamen per alluuionem. ff.de publicia. bene
facit l.ius autē ciuile.§.ius prætoriū.ff. de iu-
sti.& iure.vbi ius prætorium supplet ius ciui-
le,nō tamen immutat.Præterea origo & pri
ma causa semper inspicitur.l.qui id quod. in
prin.ff.de donat.l.ij.§.parui.ff.de priui. credi.
licèt igitur statutū prohibens successionem
fœminæ dotatæ stātibus masculis,postea di-
cat, quòd venire possit ad supplementum le
gitimæ nō pro hoc habet immutare naturā
dotis constitutæ absque successione, sed illā
potius sequi debet, ne eadem res eiusdē ra-
tionis diuerso iure censeatur.ca. maiores.de
bapt.c.cùm in tua. de decim.cùm vulg.bene
facit quod voluit Pau.de Cast.post Ang.per
illum tex.in l.scire debemus.ff.de ver.ob.vbi
dicūt,ꝙ si primę dispositioni aliquid additur
vel suppletur de per se singulariter, tūc cen
setur noua dispositio,& ideo infertur,ꝙ si pe
tij in libello decē ex causa mutui, & post li-
tem contestatam volo addere quinq; ex alia
causa,puta depositi.nō debet admitti, secus
si ex eadē causa.Cū igitur in casu isto ex for-
ma statuti dicta Zita Francisca fuerit dota-
ta,quia non admittebatur ad successionē ad
hoc vt supplementū,neq; ad valorē legitimę
competere possit,necesse videtur dicēdū, ꝙ
ex prima causa petere debeat, & sic vigore
dotis,& nō vigore alicuius successiōis, à qua
per statutū exntit exclusa, & sic suppletio &
additamentum regulantur secundū primā
dispositionē,& non prima dispositio à secun
da vel noua,& ne(vt dixi)diuerso iure cēseā-
tur.l.eum qui ędes.ff. de vsucap.d.c.cū in tua.
de decim.Alia enim est causa dotis,& alia le
gitimæ,cū legitima (vt dixi) purè debeatur,
dos autem subijci possit conditioni & oneri,
vt per Bart.in dicto.§. Tirio genero. & supra
deductum fuit. Nec obstat si diceretur dotē
subrogari loco legitimę,quia per hoc dicitur
sapere eandem naturam propter diuersita-
tem qualitatum.l.cùm in fundo.§.fundus.ff.
de iure dotiū. & per ea quæ notat Bald.in l.
j.§.hæc actio.ff.si quis testa.lib.esse iuss.fue.in
secundo membro dict.quicquid tamē sit ad-
huc videtur hæsitandum propter illa verba
statuti,dum dicit,quòd non admittantur ad
successionem,nisi quo ad supplementum le
gitimæ. Videtur enim potius statutum se-
ipsum limitare,dum non prohibet mulieres
venire ad successionē,subdit,nisi ad supple-
mentum legitimæ,quo casu prædicta non vi
dentur procedere, quia statutum declarat,
ꝙ ex causa successionis mulier venire possit,
dummodo agat ad supplementum legiti-
mæ,& sic suppletio satis videtur esse eiusdē
naturę,cuius est principium.Nam statutum
vult, quòd regulariter mulier excludatur à
successione, limitat tamen, nisi velit agere
ad supplementū, quo casu permittere vide-
tur successionem quo ad legitimam, aliter
exceptio non esset de regula,quod etiā sua-
5 detur per illam dictionem,† nisi, quæ de sui
natura ponit exceptionem, vt legitur & no-
tatur in l. si cum.§. iniuriarum.ff. si quis cau-
tionibus.& in l.actione.C.de trāsactionibus.
& in capitulo, nisi essent. de præbendis. Ita
igitur in proposito vt intelligatur statutum
in

in vtroque casu de successione, & limitatio si ue exceptio sit de regula iuris, not. per Bart. in l.j.ff. de regu.iur. & in l.legata inutiliter. ff. de leg.j.cum si.& sic, quòd dos etiã per prius habita censeatur subrogata loco legitimæ, cui postea competere possit supplementũ, aliàs illa dictio non conueniret, dicendũ est ergo, quòd hæc dictio, nisi, stat exceptiuè, & sic, quòd statutũ præsupponat dotem prius
6 datam haberi loco legitimæ. † Nã dos data propter prohibitionẽ successionis subrogatur in locũ legitimæ, vt declarat Paulus de Castro in consilio cxxix. licet ista, &c. vltima colum.& ab ea pariter, sicut de legitima debet remoueri quodlibet grauamẽ, vt ibi per eum, & per Bal. in d.l. quoniam. & per Abb. consi.xcij. illud. in ij.lib. & per Aret.consi.xlv. placet circa si.& per Alexã.consi.lv. in ij.lib. cum concordan.& sic cessat id quod diceba tur, quòd sint diuersæ naturæ dos & legitima, cũ possint etiã esse eiusdẽ naturæ, iuxta not. in cap. ecclesia.el.ij.vt lit.pend. & in l.filia.§.Titia.ff.de condit.& demonstrat. Nam in eo in quo possint esse eiusdem naturæ, illam inuicem sapere debent circa mediũ. & sic possunt simul stare, quòd dos subrogata loco legitimæ sapiat naturam & regulari de beat vt legitima, & non vt dos simpliciter, pro qua etiã conclusione facit, quia vbi verba statuti sunt dubia, vel possunt multipliciter interpretari, semper est fienda interpreta tio, quæ minus lædat dispositionẽ iuris com munis.cap.j.& cap. causam quæ. de rescript. ext.& no.glo.in l.fina.§.in computatione. C. de iure delib.& not.in l.fina.C.de noxa. Clarum autem est, quod statutum potest intel ligi vt mulier nõ succedat pariter cũ masculis, licèt succedat in legitima, quia tunc dici posset non succedere, quod probatur. Nam verba statuti & pacti ęqualiter interpretãtur. l.legitima.ff.de pact.not. in ca.cùm dilectus. post glo.in ver.constitutum.de consuetud.& in cap.fin.eod.tit. Pone modò, quòd filia per pactum promisit non succedere, istud tamẽ intelligitur vltra legitimam, & ideo legitimã petere poterit. l.si quãdo.§. & generaliter. C. de inoffic.testam. licèt ergo statutum disponat, quòd mulier non succedat, tamen intel ligitur, id est, vniuersaliter, non quo ad legiti mam, quia legitima debetur, licèt non sit de ea facta expressio, multo ergo magis quãdo statutum permittit agi posse ad illius supple mentũ, authen. multo magis. C. de sacrosanctis ecclesiis.cũ vulga. prout contigit in casu istius statuti, facit etiã quod dicit Angel. in l.
7 quoties. C. de hæredibus institu. † quòd non dicitur succedere qui petit solũ legitimam, ad id bene facit tex. in l.quædam.§.ijs autẽ.
8 ff.de eden. † vbi ille dicitur successor, qui in vniuersũ vel quota hæreditatis succedit, sed ille qui in legitima succedit, non dicitur succedere in iure vniuersali, quia non ære alieno. l. Papinianus.§. quartus.ff.de inoffi. testa.
9 † Nam legitima dicitur quota bonorum nõ autẽ hæreditatis, vt in l. cũ à matre. C. de rei vendi.ex quibus patet quod dicit in princip. statutum si excludat dotatã à successione, quæ propriè vniuersum ius significat, nõ ramẽ per hoc excludit à legitima optimè pro hoc facit qđ dicit Bald.in l.liberti. C. de ope. liber.& in repet.l.pater filiũ.ff.de inofi.testa. vbi post fac.debilius dicit, quòd agẽs ad sup plementum legitimæ non dicitur successor, ex quo nõ succedit in quota hæreditatis acti uè & passiuè. l.j.§.si hæres.ff.ad Trebell.confirmat, quia filia in legitima dicitur quasi cre ditrix d.l. Papinianus.§. quoniam autem.& ideo non dicitur habere titulum lucratiuũ. l.fin.C.de repudi.hæred. ad idem facit quod eleganter dicit Bal.consi.xcix. antiquum statutum.in v. lib. vbi dicit legitimã deberi, licèt successio non dicatur interuenire, argu. not.in auth.nouissima. C. de inoff. testamen.
10 Cõcluditur itaque, † quòd licèt statutum ex cludat dotatam à successione, non per hoc excludit à legitima, & illius supplemẽto, ma ximè ex quo statutum hoc expressè indulget, & per consequens, quòd dicta dos repu tari debet vti legitima, & loco legitimæ succedere, & vt legitima regulari, & per consequens prędicta Zita Frãcisca liberè potuisset testari de ipsa dote sicut de legitima, non ob stante prohibitione facta per ipsum Franciscum eius auum in traditione prædictæ dotis, quæ veluti contra iura venit reijcienda, per iura supra alleg. & per Alexand. in dicto consi.lv. in ij.lib.& per Abb. in dicto consilio xcij. in secunda parte, & per Aretinũ in dicto consil. xliij.& eo etiam maximè, vt dixi, quia satis constat de mente statu ti permittẽtis agi posse ad supplementum eius; & minimè obstat in contrarium alleg. maximè Bar. & alij in dicto.§.Titio genero.cum concord. quibus supra ex prædictis. Nam procedunt in dubio quando statutum nullam mentionem faceret de legitima, sed in totum exclu deret mulierem à successione, & cũ simus in claro, non debet esse locus coniecturis. l. conti.

continuus. §.cùm ita.ff. de verbor.obliga. cũ
vulgar. & ita etiã videtur de mente Paul. de
Cast.in cõsi.cxiiij. substãtialiter ista sufficiant
saluo iudicio melius sentientis. Laus Deo.
Ioan.Francis. Rippa à S.Nazario.I.V.D.

SVMMARIVM.

1 *Sorores in successione fratris patruos & patruorum filios excludunt. & nu.5.*
2 *Statutum generaliter & indistinctè loquens, generaliter & indistinctè intelligi debet.*
3 *Patrui & patruorum filij agnati sunt.*
4 *Casus omissus à statuto in iuris communis dispositione remanere.*
6 *Prouisum in uno casu in alio denegatur.*
7 *Statutum quando in aliquo certo casu specificè disponit, quòd solum in illo casu, in quo specificè loquitur, intelligi debeat.*
8 *Extensio in correctorijs à paritate uel à maioritate rationis non fit.*
9 *Extensio de persona expressa ad personam non expressam, siue in capite inclusiuo, siue exclusiuo in statutis excludentibus fœminas propter masculos, an & quando fiat.*
10 *Nullus sine propriæ uoluntatis consensu obligatur.*
11 *Pater non obligatur ex contractu, pacto uel conuentione filiorum.*

CONSILIVM XIII.

Ntellecta diligenter quę proposita,
quantũ ad primũ
articulũ, quamuis
de iure cõi clarissimũ
sit, ꝗ patrui &
filij patruorũ d.Siluij
nõ excludãt d.
Polinariã & Aemiliã
sorores d. Siluij
ab eius succes-
1 sione. Sed † ipsæ sorores patruos & filios pa-
truorũ excludãt, vt in auth.de hęre. ab intest.
veni.§.reliquũ.& in auth.cessante.C. de legi.
hæred.quę inde sumitur cũ simi. attamen ex
forma dicti statuti secus prima facie vr̃, videli
cet ꝗ dicti patrui, & filij patruorũ excludant
dictas sorores, simpliciter.n. & ĩdistinctè seu
generaliter, dictũ statutũ excludere vr̃ mulie
res dotatas vel dotãdas, & sic per quęcunq;
2 agnatũ vr̃ eas excludere.† Cùm statutũ gene
raliter & indistinctè loquens, generaliter &
indistinctè debeat intelligi.l.j.§. generaliter.
ff.de leg.pręstã.l.ꝓspexit.ff.qui,& à quibus.l.
si quis in graui.ff.ad Silla. cũ simi. & nor. per
Bart.in l.oẽs populi.ff.de iusti. & iurc. in j. q.
vj.quæst.principa.versi.secundo casu.In om-
nibus.n. agnatis vim subesse rõ excludendi
mulieres, cùm ipsorũ agnatorũ fauore fiant
huiusmodi statuta excludẽtia ipsas mulieres,
vt per Io.And.in addi.ad Spec.in rub. de suc
ces.ab intest.& per Bal.in l.ꝗ verò.ff. de legi.
in l.maximũ vitiũ.C.de lib.pręter.vbi impro
bat Bartol.in l.liberorũ.in versic.his præmis-
sis.ff.de verbo.signifi. vbi dixit hanc non esse
rationẽ huiusmodi statutorũ videlicet con-
seruationis familiarũ & agnationis, ex quo
non est expressa in ipsis statutis. Nã ex quo
alia ratio reddi non potest illa habebatur ꝓ
expressa, vt dicit, & probat Bald.in d.l. maxi-
mũ vitiũ.sequuntur doct.in varijs locis, quos
3 non refero breuitatis causa. † Cùm ergo pa-
trui, & filij patruorũ, sint agnati in l. sunt aũt
agnati.ff.de legit.tut.& insti.cod.tit.§.sunt au
tẽ.& instit. de leg. agnat. succes. in primo re-
spon.cũ concordantijs videtur, quòd vigore
dicti statuti admittantur ad successionem di-
cti Siluij exclusis dictis eius sororibus dota-
tis de bonis vel ex bonis patris vel fratris ip-
sarũ sororũ, vt præsupponitur in facto. Sed
præmissis non obstantibus contrariã senten-
tiam de iure veriorem arbitror, quòd etiam
vigore dicti statuti nec patrui, nec filij pa-
truorum excludant dictas sorores defuncti,
nullum enim in statuto fit verbũ de patruis,
vel filijs patruorum, quòd excludant ipsas so
4 rores à successione fratris. † Remanet ergo
talis casus omissus à statuto in dispositione
iuris communis.arg.l.si cùm dotẽ.in princip.
& l.si verò.§.de viro.ff.solut.matri l. commo-
dissimè.ff.de liber. & posth.l. si extraneus. ff.
de condit.indeb. notat in l.Gallus.§. & quid
si tantum.ff.de liber. & posthu. De iure autẽ
communi (vt supra dictum fuit) clarissimum
5 est, † quòd patrui & filij patruorum non ex-
cludunt sorores à successione fratris, imò
ipsę sorores excludunt ipsos patruos & filios
patruorum, & alios quoscunque transuersa-
les vlterioris gradus, vt dicitur in d.§.reliquũ
& d.authen.cessante. Præterea in dicto sta-
tuto constat, & apparet, quòd mulieres &
earum descendentes excluduntur à succes-
sione patris, matris & fratris per fratres &
filios fratrum, nõ autẽ per patruos, aut alios
trãsuersales, vt patet in dicto statuto in versi.
Et si non extant filij masculi ex patre vel filij
ex fratre remanente post mortẽ patris, tunc
filię, & sorores nuptæ, cũ non nuptę dotem

conferendo æqualiter ad successionem admittantur,&c.patet enim ex d. versic. quòd filiæ, & sorores non excluduntur à successione fratrum, nisi per filios patris, & sic eorum fratres,& filios fratrum. Nam dicendo, quòd prędictis masculis nõ extantibus, ipsæ mulieres non admittuntur ad successionem, patet apertissimè, quòd per alios masculos agnatos patruos, vel filios patruorum non excluduntur, secus autem dicendo in statuto implicaretur quædã repugnantia, & contradictio.l.vbi repugnãtia.ff.de reg. iur. l. scripturæ. C. de fid. instru. cum concordantijs. dicendo præterea.dict. statutum prout in d. verbo, & sic volendo quòd filij patris, & filij fratris excludant mulieres dotatas, vel dotandas,intendit,& vult,quòd alij præter prædictos non excludant tales mulieres. argumento eius quod dicitur in l. cum prætor. ff.de iudicijs.& ibi not. & ff. de testibus. l. ex eo.l.quæsitum. §. idem respõdet. ff. de fund. instruct.l.in possessionem.§. primo.ff. ex quibus causis in possess.eat.xxv.distinctio.c. qua
6 lis.l.maritus.C.de procu.vbi dicitur, † quòd prouisum in vno in alio negatur. ad quod l. Labeo.ff.de compensat.l. cum ita. in fi.ff. de conditio. & demonstrat. Accedit, quòd si d. statutum voluisset per patruos, vel filios patruorum, vel alios collaterales agnatos excludere à successione patris,matris & fratris dictas filias,de talibus etiam expressisset,pro ut expressit de filijs patris & fratris, nulla. n. erat difficultas, argumen.l. vni. §. sinautem. C.de cadu.tollend. cap.ad audientiã. de decim. non expressit, nec dixit de patruis, nec filijs eorum, aut alijs agnatis collateralibus. nec nos de talibus dicere debemus,q; excludant sorores à successione fratris. argumen. l.si seruũ quis.§.non dixit prætor.ff.de acquiren.hęredi.Adde, quòd si statutũ hoc voluisset, vtique dixisset, ideò non licet extendere ad patruum. ad quod optimè facit, quod decidit Geminianus in cap. cõstitutio.de ele-
7 ctio.lib. vj. † Quòd quando lex, vel statutũ aliquid specifice disponit in aliquo certo casu,tale statutũ debet intelligi solũ in casu illo duntaxat in quo specificè loquitur, & trahi non debet ad casum specificè nõ prouisum, dato quòd in casu specificè non prouiso reperiatur subesse talis ratio, in statuto expressa, quando non ipsa ratio, sed dispositũ debet attendi.Idem dixit Fran.in clementi.j. de electio.& ibi Ioan.de Imol.Nam vbi sunt casus enumerati, non licet alium casum addere ex proprio capite. secundùm Bald. in l. vnica.§.in primo.C.de cadu. tollen. col.iij.& & in l.testamentũ.col.fin.in fi. C. de resta. dicens, quòd statutum disponit quantum loquitur, & non plus. Non obstant in coutrarium adducta.non consta t ex prox.deductis, quòd statutum non loquitur indistinctè simpliciter & generaliter de excludendis mulieribus dotatis vel dotandis à successione personarum, de quibus in statuto non exprimitur, propter quas personas ipsæ excludantur.quia imò exprimitur per ipsum statutũ, & expresè dicitur quòd excludantur per filios patris & fratris, & sic non per patruos, aut eorum filios, aut alios quoscunque trãsuersales. Nec obstat, quòd ratio conseruandæ agnationis, quæ est ratio huiusmodi statutorum,vt supra dictum fuit, videtur militare in patruis, & filijs patruorum. Nam ex dicta ratione huiusmodi statuti tanquam odiosa, & iuris communis correctoria non extendũtur de persona vel personis expressa,vel expressis ad personã,vel personas non expressam, vel non expressas in ipso statuto, nisi persona non expressa descendat à persona expressa,vel mediante ipsa persona expressa attineat ipsi defuncto, vt patet ex multis decisio.doctor. varijs in locis. Nam si propter filios masculos filiæ fœminæ excludantur à statuto, etiam excluduntur per nepotes masculos ipsorum filiorũ, & sic etiam descendentes filiarum excludentur exclusis ipsis filiabus per masculos vigore statuti, vt per Bart.in d.l.liberorum. versic. his præmissis.& per Bald.& doctõ.in d.l.maximum vitium.& in d.l.quod verò.per Bald.& alios.& Bald.ibi dicit, quòd si mater excluditur à statuto, excluditur etiam auia materna, quia est attinens mediante matre. & per Bald. & doctor.in l.illam. C.de collat. Sed vbi hoc cessat, talia statuta non extenduntur de persona ad personam non expressam, etiam quòd in ipsa militet eadem ratio agnationis conseruandæ,quę militat in persona expres-
8 sa. † Nam à paritate, vel à maioritate rationis non fit extensio in correctorijs, doctor. in d.authen.quas actiones. C. de sacrosanct. ecclesi.& per Barto.in l.si constante,in ix.q.j. partis soluto matrimonio. Hinc Bald. in d. l. illam.C. de collat. dixit, quòd statutum excludens sororem à successione fratris propter alium fratrem non excludit a successione sororis, de qua statutum uon loquitur, cùm ipsa soror non descendat à fratre, nec median

mediante fratre defuncto fratri attineat. Et statutum excludens patruum non extenditur ad amitam. Et excludens auunculum non extenditur ad materteram, quia tales mulieres non attinent defuncto ex persona expressa, vel mediante persona expressa in statuto, licèt in mulieribus ipsis nõ expressis in statuto sit eadem vel maior ratio, quòd excludantur, quę personę expresse exclusæ per statutum tamen propterea ad ipsos non extenditur ipsum statutũ correctorium. de his etiam per Paul. de Castr. in d. l. illam. vbi inter cætera ad materiam pertinentia dicitur, quòd si statutum excludit matrem propter patruum, si contingat non extare patruũ sed fratrem ex latere patris, quod ipsius defuncti per eum non excluderetur mater, licèt ex eo quod est proximior in gradu ipsi defuncto videretur, quòd ad ipsum fratrem extenderetur tale statutum à paritate vel maioritate rationis, tamen non ita est, quia talis frater non attinet mediante patruo, & ad ipsum non est facienda extensio ex maioritate vel paritate rationis. ad prædicta etiam faciunt quę not. idem Paul. in consilio cccxl. siue cccxlij. incipit hereditas, secundum impressionẽ antiquã vbi vult, † quòd in huiusmodi statutis excludentibus fœminas propter masculos non fiat extensio de persona expressa ad personam non expressam siue in capite inclusiuo siue exclusiuo, nisi persona non expressa veniat ex persona expressa, vel ipsa mediante attineat ipsi defuncto, tàm ratione euitandæ correctionis, quàm ratione odij talium statutorum, quæ dicuntur exhæredatiua ipsarum mulierũ. vt per Bald. in dicta l. illã. & sic odiosa & non extendẽda, prout exhæredatio. l. cùm quidam. ff. de libe. & posthum. Cùm ergo in proposito nostro clarum sit, quòd patrui & filij patruorũ non attineant defuncto ex persona filiorum patris vel fratris, vel mediante eorum persona non est ad ipsos patruos, vel filios patruorũ fienda extensio à paritate vel maioritate rationis conseruandæ agnationis, quòd ipsi patrui, vel eorum filij excludant sorores à successione fratris prout ipsas excludunt filij patris, & sic ipsarum fratres, & filij fratrum vigore huius statuti correctorij, & odiosi prout proximè fuit dictum, & sic non debet extendi ad patruos, vel filios patruorum, vel alios agnatos non expressos in statuto per supra deducta iura, & rationes allegatas. Ex quibus concludo, & iuris esse dico dictas filias admittendas ad hereditatem fratris, exclusis patruis, & filijs patruorum, prędicto statuto eis minimè obstante, nec dictos patruos aut filios eorum admittente seu illos in aliquo iuuante.

9

Quantum ad secundum articulum, quia res per se clara est, paucis agam. Iure enim clarum est † neminem sine cõsensu propriæ voluntatis obligari aliquo modo. l. j. §. conuentionis. in fi. ff. de pact. l. obligationum substantia. §. fi. ff. de actio. & obligat. cum simili. vbi probatur nullum esse contractũ in quo consensus non requiratur. l. in negotijs. ff. de regul. iuris. cum concordan. hic dicitur infantes, furiosos & similes non habentes intellectum, & sic non valentes consentire nõ obligari. dicta l. in negotijs. facit lex inuitum. ff. de verbo. signif. ... seruj. verba. prædiorum, cum ibi not. vbi per Barto. inuitum, & sic sine propria voluntate, & consensu non obligari etiam tacitè dico, dictus N. qui non interuenit, nec consensit dictis capitulis siue pactis subscribendo. vel alio modo consentiendo, quòd illis & ad eorum obseruantiã non fuit nec est adstrictus per iura proximè allegata, nec quòd inita fuerint & facta per dictos eius filios vel cum dictis eius filijs maritis dictarum N. & N. tollitur quod est dictum, videlicet dictus N. nõ fuisse obligatus nec teneri obseruare dicta capitula & pacta, vel aliquod ipsorũ, & illud de quo in puncto in specie fit mentio. † Nam ex contractu, pacto vel conuentione filiorum non obligatur pater, nec aliquod fit ipsi præiudicium. vt l. filius paciscendo. C. de pactis. l. contra iuris. §. fi. ff. eo. l. nec filius. C. de rebus cred. cuius verba hæc sunt, Nec filius nec quisquam alius neque litigando neque paciscendo sed nec iusiurand. contra voluntatem domini rei referendo præiudicium ei facere potest. Vnde si citra mandatum tuum aliquid erga rem tuam filius tuus gessit, nec ratum habuisti, nihil tibi oberit. S. Idib. Nouemb. Glos. in verb. citra voluntatem. exponit contra, id est, præter, allegans ad hoc l. pacisci. ff. de posth. & ad Trebell. l. si cui. §. si autem à me. l. qui vas. §. vetare. ff. de furt. ex quibus clarè probatur patrem non obligari ex aliquo cõtractu, vel facto filij vel alterius sine propria voluntate. & sic in proposito, vt dicitur, indubitanter apparet quòd N. non fuit, nec est obligatus ad obseruantiã dictorum pactorum vel alicuius eorum, quamuis inuitorum per eius filios vel cum dictis eius filijs, quantumcunque etiam fuissent maio-

10

11

res. indistinctè enim probat, & loquitur d.l. nec filius paciscendo. & l. contra iuris. §. fi. & d.l. neque filius. quia pater non obligatur ex contractu, vel facto filiorum prꝑter suam voluntatem. Et sic siue sint maiores vel minores dicti filij, & per consequens eorum gesta non præiudicant patri. ideo ad eorũ obseruantiam pater, qui non consensit, non tenetur, multominus fatendũ est ipsum astringi, quando filij minores contraxerunt, cum talium minorum actus debilioris sint naturæ & facilis reuocationis. l. j. in princip. ff. de minor. & sic cum eius filij, vt præsupponitur, essent minores tempore dictorum pactorũ minus ipse pater ab eis vel aliquo ipsorum fuit adstrictus, nec aliquo modo obligatus ad eorum obseruantiam, quod de iure nullam habet dubitationem. Sed hæc dicta sunt aut quæsito sub nomine dubij proposito responderetur.

Franciscus de Ecclesia March. Consil.

Argumentum.

Societas omnium bonorum quando inter fratres dicatur contracta vel renouata, & quomodo bona inter eos sint diuidenda, & quid eorum altero existente pupillo.

SVMMARIVM.

1 *Societas morte finitur.*
2 *Ea quæ ex actibus præsumuntur, nunquam præsumuntur præter quàm quòd actus se extendant.*
3 *Fructus in societate qualiter diuidendi sint.*
4 *Res communis esse potest etiam pro portionibus inæqualibus.*
5 *Societas non solum expresso sed & tacito consensu per sociales actus declarato contrahi potest.*
6 *Societas cum tutoris autoritate contrahi & renouari potest. & nu. 11.*
7 *Pupillus factus maior, quod suo nomine gestum fuit utiliter, ratum habere potest.*
8 *Gerens negotia pupilli sub alterius tutela constituti. cum negotiorum gestorũ actionẽ habeat respectu utriusque, ita ẽt utrique rationẽ reddere tenetur.*
9 *Pupillum donare non posse etiam cum tutoris auctoritate regulare est.*
10 *In materia societatis paria sunt personaliter operari, uel per alium suis impensis.*
12 *Societate administrata lucra inde obuenientia ex mensa seu trafico tanquam pro re uniuersali spectant ad eos ad quos mensa seu traficum spectabat, & pro eisdem portionibus.*
13 *In societate omnium bonorum non attenditur qui plus consumpsit quàm qui minus.*
14 *Empta nomine communi ac de pecunijs communibus in dissolutione societatis diuidenda sunt pro ratis socialibus.*
15 *Instrumenta & alia à prioribus causis declarationem recipiunt.*
16 *Verbum, communiter, relatum ad eos qui habent bona communia, intelligitur id est æqualiter, ita ut unus maioris expensa ratione ab alio nihil petere possit.*

CONSILIVM XIIII.

IN nomine domini nostri Iesu Christi, & eius matris Virginis gloriosæ proponitur, quòd Cola Iacobus decessit superstitibus Marco Sanctono, Bernardino & Marino filijs & hæredibus, qui tenuerunt bona paterna indiuisa in eis colendis se exercentes, oẽs fructus, & prouetus in cõi redigẽtes vndecũque prouenirent, & quęcunque empta fuerunt per quenquã eorũ, cõmuni nomine empta & acquisita fuerunt. Et quãuis Marcus dũ vixit administraret omnia, & ipse ac Bernardinus haberent maiorẽ, ac grauiorẽ familiã alijs duobus, oẽs tamẽ expensæ in cõi & de cõmuni factæ sunt, & bene semper ad æstimũ steterunt sub cõmuni nomine ipsorũ siue hęredũ Colæ Iacobi, & onera tã ordinaria quàm extraordinaria similiter supportata fuerunt, nec vnquã ratio inter ipsos reuisa vel reddita. Mortuo Marco, remanserunt ex eo Adamus & quidã alij filij. mortuo deinde Bernardino, remanserunt quatuor filiæ. mortuo quoque anteà Marino remansit Antonius eius vnicus filius pupillus, cuius mater fuit tutrix. qui Adamus, mortuo Marco patre, administrauit omnia sicut pater viuens faciebat, ac perseueratũ fuit in eadẽ cõmunione, prout viuentibus prędictis fieri solebat. Et ipse etiam Adamus post mortẽ Marini expendit multũ in salario & in expensis famulorum, & complurium operariorum per tempora conductorum pro colendis agris, & fructibus colligendis, adeò quòd fructus portionis Antonij pupilli omnes in communi consumpti fuerunt, quæ omnia à morte Colæ Iacobi per annos triginta & vltra perseuerarunt. Demum inter superuiuentes prædictos diuisio facta est, in qua quarta pars obuenit cuilibet, videlicet in

in stirpes. Nunc insurgit Adamus, ac petit
portionem dictorum bonorum communi
nomine per se emptorum, siue eorum æsti-
mationem ad rationem capitum dicens se
vnà cum fratribus laborasse ac proinde ac-
quisitorum ratam, quæ industriæ, ac labori
respectiua est, ad se spectare, cùm Antonius
pupillus nihil operæ impenderit. Pro cuius
parte respõdetur hoc fieri non debere, cùm
inter ipsos continuata fuerit omnium bono
rum societas vsque ad dictam diuisionem,
quòd si ratio præteritorum retractãda esset,
tam ipse Adamus, quàm Marcus eius pater
omnia administrarunt, ac multò plus pro
ipsorum familia consumpserunt, quàm di-
ctus pupillus, aut Marinus eius pater, & pro-
pterea sarciri deberet, ac restitui dicto An-
tonio quicquid plus pro Marci familia, &
Adami consumptum fuit. Verùm stanti-
bus suprà narratis potiùs videri omnia æqua
liter diuidenda prout cœptum fuit, & nihil
vltra hinc inde peti debere. quæritur quid
iuris? Et pro dicto Adamo facit, quia posi-
to, quòd tempore vitæ Marini patris Anto-
nij inter ipsum, & fratres, ac deinde cum di-
cto Adamo cõtracta diceretur societas om-
nium bonorum iurum tradita per doct. in l.
si patruus. C. commu. vtriusque iud. & in l.
1 Titium. §. altero. ff. de admin. tut. † Illa ta-
men societas morte Marini finita fuisset. l.
actione. §. morte. ff. pro soc. nec renouatio
deinde potest dici facta tacitè cũ dicto An-
tonio, quia nec expressè potuisset. l. vt in cõ-
ditionibus eo. titu. & not. Bart. in d. §. altero.
præsertim quia non præsupponitur dictus
Antonius negotiatus esse. vnde quãdo alter
negotiatur, alter non, non dicitur contracta
& pari ratione nec renouata societas. vt ibi
per eum, qui propterea infert, quòd quæsita
ab altero non communicantur. per l. si fra-
tres. ff. pro soc. & d. l. si patruus. Secũdo facit
quia posito quòd renouata, vel contracta
censeretur cum dicto Antonio societas ali-
qua, non tantùm illa fuisset omnium bono-
rum, sed aut societas vitę, de qua Bal. in l. fin.
C. de collat. aut societas vnius negotiationis
l. agriculturæ, l. j. §. cum duobus. §. cum duo
erant. ff. pro soc. & ibi not. Barto. in §. idem
Pomponius dicens non induci societatem
omnium bonorum, sed vnius negotiationis
2 tantùm, † quia in his, quæ præsumuntur ex
actibus, nunquã præsumuntur vltra quàm
actus se extendant. l. fi. C. ne vx. pro ma. l. j. §.
hoc interdicto. ff. de iti. act. que pri. & idem
Barto. in d. l. si patruus. in fi. & in d. §. altero.
vbi alias leges etiam allegat, in quibus locis
subdit, quòd si quid extra dictam negotia-
tionem alter quæsiuisset, non cogeretur id
communicare. per d. l. si fratres. & est casus
3 in d. §. cùm duo erant. Tertiò facit, † quia
quando plures sunt simul commorantes, &
propria prædia colentes, si vnus ex eis habet
familiam plurium capitum, quæ laborant
in omnibus bonis percipere debet etiam
plus de fructibus, qui percipiuntur ex ipsis
bonis, & fit diuisio eorum hoc modo, quòd
prius detractis expensis de residuo pars quæ
solet prædij domino reddi pro ratã domini
diuiditur, illa autem portio quæ solet labo-
ratori attribui, diuiditur in capita laboran-
tium. vt consuluit Bartol. in consil. clxxxvj.
Cucciarelus & Venantius. cuius dicta com-
muniter approbantur, vt patet ex late con-
sultis per Alexan. in consi. xcix. habita super
narratis. lib. ij. & in consi. lxxvij. Circa primũ.
q. ij. lib. v. & Cor. in consi. cccxlvi. in præsenti.
col. j. libr. j. & Petr. de Vbal. in tract. societat.
in iiij. parte post iij. questionem. & licèt præ-
dicti loquantur in fratribus, quorũ vnus ha-
bebat plures filios laboratores, eadẽ tamen
est ratio inter patruum & filios fratrũ, pro-
pterea idem iuris censendũ est. l. illud. ff. ad
leg. Aquil. cum concordan. ibi not. Vnde eo
dem modo in hoc casu decidit idem Pet. ea-
dem parte q. ix. & x. post Bald. in consilijs ibi
relatis. & quamuis Adamus emerit commu
ni nomine, & fortasse instrumenta cantent
etiam de communibus pecunijs, atque ideò
nec partem quæsitorũ nec partem pretij re-
petere posse videretur, iuxta not. per Barto.
Bald. & Salyc. in l. cùm proponas. C. pro soc.
non propterea videtur renuntiasse totaliter
iuri suo repetẽdi quod impẽdisset. quia non
præsupponitur, quod in instrumento continea-
tur pro quibus ratis essent pecunie commu-
nes. vnde intelligendũ videtur, quòd essent
cõmunes pro ratis, quas in fructibus, vnde
pecuniæ redactæ fuerãt, habebant. quia non
sequitur pecuniæ erant cõmunes, ergo pro
4 ęqualibus proportionalibus. † Potest enim res
esse cõmunis, sed pro inęqualibus ratis. l. san-
cimus. §. ne autẽ. C. de donat. vnde confessio
illa non certa nec necessario cõcludens non
debet ei præiudicare, quominus veritati lo-
cus sit. l. certum. in prin. ff. de cõfess. ad hæc
not. per Bar. in d. §. altero. dum vult quòd tu-
tor emens vel negotians de communi pecu-
nia, cõmune facit quod acquirit, & quod di-

cimus in cõmuni seruo quod acquirit dominis pro illis partibus, ꝑ quibus domini sunt. l.seruus cõmunis. sic omnium.ff. de stip. ser. & de re empta per seruũ fructuariũ soluto pretio de re proprietatis & vsufructuarij, quòd res sit vtriusque pro rata soluti pretij; l.sed & si quis.§.j.ff. de vsufru. & plura huiusmodi adduci possent, ex quibus pars Adami iustificari videtur, vt consequi possit lucra personæ suę ac fratrum eius laboratorum in capite. Quibus tamen non obstantibus contra dictum Adamum prout infrà respõdendum esse arbitror, promittendũ est, † quòd societas potest contrahi non solùm expressò sed & tacito consensu per actus sociales declarato.l.societatem. & l. planè.ij.ff. pro soc. & not.Bar.in l.cùm duobus.§.Papinianus.& in l.verum.§.fin.eo.tit.& in d.§.altero. & in d. l.si patruus.vbi & Bald.& alij. & hoc est verũ etiam in societate omnium bonorũ, vt colligitur ex dictis Bald.in d.l.si patruus. & aliorum, prout infrà dicã, & cõsuluerunt quinque insignes aduocati Florentini, & subscripserũt.d.Io.Bapt.Caccialup.& d. Bart. Soci. vt patet inter consilia Cor.consi.lxj.Nicolaus & Petrus lib.j.& consuluit Dec.consi.lxij. an dos.col.ij.& lxviij.Pro resolutione. & dxlviij. Visa consultatione. & latissimè Ias. consi. ij. iij.lib.ij. ex quibus locis in eis allegatis constat hanc esse communem opinionem. & sicuti societas tacitè inducitur, vt suprà, ita etiam si qua inducta fuit, & morte alicuius sociorum extincta superstitum consensu reuocatur.vt est text.in d.l. planè.ij.ff. pro soc. & not.Bald. in d.l. si patruus. col.iij. dicens, quòd si erant duo socij fratres, quorum vno mortuo alter continuauit cum filijs eius, videtur renouata societas. & plura ad hoc adducit Deci. in d. consil. ccccxlviij. & tenet etiam Ias. in d. consi. iij. col.ij. post ibi relatos. Sed difficultas est quæ societas intelligatur contracta per stantes in communione & actus sociales. in qua Ange. consi. cxij. Vanqutius & Antonius. dicit, quòd illi qui in hæreditate cõmuni remanserunt, fructus omnes in communi posuerunt, omnia communiter consumpserunt, lucra & quæstus simul participarunt, onera datiorũ & collectarum communiter sustinuerunt, & etiã rebus emptis cõmuniter vsi sunt censentur contraxisse societatem vniuersorũ bonorum, quæ qualitates vt suprà pręsupponitur in casu nostro concurrerunt. Et vlteriùs, quod longo tempore in prædictis perseuerarunt, & nunquam inuicem rationẽ reuiderunt. quæ qualitates pluribũ considerantur in hac materia. vt per doct. in locis præallegatis post Ric. Malum.& Oldr. Cuius verba refert Barto. in d.§. altero concurrit & communis æstimo seu catastro descriptio, quę etiam plurimum coadiuuat dictã pręsumptionem vniuersalis societatis, prout ponderauit Rom. in consil. ccxcj. Cùm isti fratres. & prædicta conclusio cõmuniter approbatur, vt constat ex traditis per Ias.& Deci.in cons. suprà allegat. ex qua liquet talem societatem fuisse contractã, & viguisse inter dictos fratres vsq; ad mortem Marci, ac deinde renouatã & continuatam cũ eius filijs vsque ad mortem Bernardini, siue quia ipse post Marinum decessit, quod non refert vsque ad mortem Marini, quo defuncto, ac propterea dissoluta societate, vt suprà in contrarium dictum fuit, dubiũ stat, cùm dictus Antonius eius filius superstes esset pupillus. Quid dicendũ? Et primò, dicendum videtur eiusmodi societatẽ fuisse renouatam etiã cum dicto Antonio, quamquam pupillo, quia cum tutricem haberent matrẽ suam, quæ continuauit in commune conferendo sicut solitum fuerat in vita Marini ex eisdem actibus facilè resultauit eadem societas, † quæ potest contrahi cũ auctoritate tutoris, prout decidit Bal. in addi. ad tract. Bart. de duobus frat. col.iij. vers. item dico. & in l. si patruus.§.alleg.col.fi. in quibus locis dicit, quòd licèt aliàs in tutore auctoritate sit opus verbis tutoris, vt not. in l.ij.ff. de auctor. tut. illud tamen est verum in ijs, quæ procedunt per actum verbi, secus in præcedentibus per actũ facti, vt est in casu isto. & idem in simili quę dicit Bal. in l.mandatum.col.ij.C. mand. vbi dicit, quòd sit renouatio societatis cũ filijs socij defuncti, qui tutorem habebant. & idem sequitur Soc.iu consi.clx. in præsenti col.5.verb.respondetur. etiam. lib.ij.& Dec. in d.cõsi. ccccxlviij.post prin.nec faciũt vim. prædicti doct.in eo quòd in societate omniũ bonorũ tractetur de cõmunicatione, & sic de alienatione immobiliũ, quæ sine decreto iudicis fieri non posset.l.j.ff. de reb. cor. iur. in fi.imò potiùs cõtinuata. quia omnia bona cõmunia fuerant ab initio pro indiuiso à tẽpore mortis Colæ Iacobi eorũ patris.l. cùm hæredes.de acquir.poss.& l.j.ff. famil. erci.cũ si.vnde in renouatione ac continuatione societatis prędictũ pupillũ inita nulla immobiliũ noua alienatio inducta est, quia eodem modo cõmunia pro indiuiso fuerãt ex priori causa

causa hæreditaria. Secūdò dici potest, quòd cū dicta renouatio & continuatio societatis tenderet in fauorem dicti Antonij pupilli, debet præsumi. arg. tex. in l. Iulianus. §. si quis à pupillo ff. de acti. empt. quia non debet mi noris obseruari quod pro ipsi excogitatum est l. iij. §. diuus. ff. de carbo. edic. & ita in terminis in contractu societatis respōdit Rom. consi. ccccliij. Visa principali cōstitutione. & quāuis aliter voluerit Bald. in l. cùm oportet. col. ij. C. de bon. quæ lib. tamen quę verior videtur decisio Rom. vt Soci. inquit in consil. clx. §. alleg. col. v. Tertiò certum, † q pupillus

7 factus maior potest habere ratum quod suo nomine fuit vtiliter gestū. vt dicit Bald. in his terminis in d. trac. col. pe. vers. quæro fratres, vel patruus. per l. si pupillus. in prin. ff. de nouat. & tenet Alex. cons. xlix. Maturè ponderatis. col. j. lib. j. & Soci. consi. §. alleg. col. v. dicens ita vidisse consultū per d. Alex. & d. Io. Baptistam de S. Seuerino præceptores suos. quo stāte succedit regula, quòd ille qui gessit nomine alieno, licèt ille in cuius cōmodum gestum fuit nondum ratificauerit, nō potest tamen pœnitendo facere quominus ille pro quo gestum fuit, possit ratificādo sibi cōmodum acquirere. l. bonorū. ij. responso. ff. rem rat. hab. & Bart. ibi, verb. & ideò pro declaratione. & Ang. & doct. ibid. & probatior etiā in l. si ego. ff. de nego. gest. & not. Com. cons. lxviij. Ardua quidem. col. ij. lib. j. cui cons. subscripsit Soci. consi. cxxxvii. Multū eleganter. li. j. vbi idem comprobat in ij. col. Ex quibus concluditur q dictus Antonius dictā continuationē societatis & acquisitiones per dictū Adamū cōmuni nomine factas poterit adueniente maioritate ratificare, & interea non potest ipse Adamus aliquid facere quò magis dictat ratificandi facultas impediatur. vnde infertur ex pręmissis, quòd etiam inter dictum Antonium & patruum, ac fratres patruales fuit tacitas societas vniuersorum bonorum, & consequenter quòd omnia commoda, & vtilia & damna fuerunt cōmunia seu communicanda. l. ea verò. §. cùm specialiter. l. cùm duobus §. si inter fratres. & §. socium vniuersa. l. si societatem vniuersarum. cum l. seq. ff. pro socio, cùm multis similibus. & d. l. si patruus cum glo. in verb. omniū bonorum. C. com. vtri. iud. & ibi doct. & in omnibus consilijs supra allegatus, & pro illis portionibus, pro quibus erat prius ante mortē Marini coita, & continuata societas, quia continuatio facta cēsetur cum eisdem qualitatibus, & pro eisdem portionibus, cū quibus fuit ab initio ordinata. vt not. Bald. in consi. cxiiij. Punctus super quo. libr. ij. secundum priorem impressionem quem sequitur Deci. in cons. cccccxlviij. suprà allegato, pro quibus facit tex. & quæ ibi not. Bar. in l. tutor rerum. ff. de admi. tuto. & plura quæ tradit Alex. in cons. xcv. Ponderatis ijs. cum consi. præcedenti, & sequenti. lib. iij. quòd contractus sequēs à præcedenti declarationem recipit. & faciunt quæ not. Bart. & doct. ad hoc in l. triticum. ff. de verb. oblig. & illud generale, quòd ab initio tituli posterior formatur euētus. l. j. C. de impo. lucra. descri. libr. x. cum si. vt per Cur. consi. lxix. circa primum. col. ij. & in his terminis Bald. in d. l. si patruus. col. ij. vers. sed dic, potest quòd aut iste tutor, &c. & Petr. de Vbal. in d. tract. iij. parte, col. ij. & penul. char. eiusdem partis, & vers. Secundò quæro, &c. & consil. cxxxij. perlectis & ponderatis. col. j. lib. v. ex quibus responderi potest si quis obijceret, quòd proposito quòd societas censeatur fuisse inter dictos patrueles cum dicto Antonio pupillo, tamē portiones societatis debent esse in capita nō in stirpes. & post Bal. consulentem concludit Petr. in d. tract. in iiij. part. q. ix. quia illud procedit in societate de nouo contracta. quæ non habebat portiones iam determinatas, secùs in ea quę iam contracta erat inter auctores succedentium, quę deinde continuata fuit inter successores. quia illa cōtinuata censentur cū eisdem qualitatibus, & ideo cum eisdē portionibus. vt apertè consuluit Bald. suprà relatus. & ex prædictis, patet, posito autem sine præiudicio veritatis. quòd talis societas omnium bonorū, & pro talibus ratis fuisse non censeretur inter eos, adhuc dicendum esset in effectu nihil posse repeti per dictum Adamum prætextu lucrorum eius & fratrum. quia vt supra præsuppositum est, post mortem Marini tenuit famulos, & cōduxit operarios, & in causas cōmunes omnes consumpsit omnes reditus portionis quæ ad Antonium pupillum pertinebat, & habuit multo grauiorē familiam quàm ipse Antonius, qui solus erat cum matre, quę etiam operabatur in domo. ex quibus plura inferuntur. primò quòd Adamus teneretur Antonio restituere omnes fructus, quoniā ipsum pro rata patrimonij contingebant vnà cum interesse honesti lucri. vt est text. in d. l. Titiū aut Mæuium. §. altero. ff. de admi. tut. & ibi Barto. declarat sub versic. opp. extra glos. & idem est etiam

etiam cum hic qui negotiatus est, non erat
tutor pupilli. vt ibi per eum versic. quærò
quid si patruus. & per eundem. & Bald. in
d.l.si patruus.vbi text. cum glo. & facit text.
in l.si pupilli.in prin.& in l.at qui nam.§. non
8 solum.de negot.gestis. vbi probatur, † quòd
qui gerit negoria pupilli sub alterius tutela
constituti, habet actionem negotiorum ge-
storum respectu vtriusque, ergo & vtrique
tenetur rationem reddere. l. secunda eod.
tit. & in dicta actione veniunt vsuræ hinc in-
de, vt in dicto §. non solum. quæ hodie refe-
runtur ad probabile interesse, vt ibi not.glo.
& doct.& Bart.in §.altero.ver.opp.extra glo.
in fin.& in l.tutor, qui repertorium.§. si post.
& §.sequen.de admin. tut. Secundò infer-
tur quòd Adamus teneretur dicto Antonio
in quantum ipse Adamus in expensis pro-
priæ familiæ grauioris plus consũpsisset de
cõmuni quàm pro ipso, etiam vt tenet Bald.
in l.si paterno.C. de neg. gest. & latè dispu-
tando firmat Petr. in dicto tract. in vj. parte.
quæst.xxiij.& Ias.post Ange.& Paul.de Cast.
in l.fin.C.de collat.col.pen. ver. Ego autem
distingo, &c. vbi concludunt, quòd quando
illi qui simul viuunt, non sunt socij omnium
bonorum, si alter habet maiorem familiam,
cuius operæ non prosint societati, debet sa-
tisfacere quod plus impendit habenti maio-
rem familias.& idem Ias. in consil.v. libr.j. &
prius Corn.consi. cccv. circa col.fin. libr.j. &
cxxij.circa presentem.in princ. libr.ij. & lviij.
ad euidentiam.col.fi.lib.iiij. quæst.consilia al
legata Dec.in d.l.fin.C.de collat. & idem te-
net Cor.consi. ccxiiij. in hac consultatione.
col.fin.eod.lib.iij.& licèt ipse Dec. vbi supra
teneat aliter in fructibus consumptis in ali-
mentis, cum indistinctè communior est con-
clusio supra facta, præterea duplici ratione
mouetur ipse, prima quòd præsumatur so-
cietas in dictis fructibus, qua ratione atten-
ta eodẽ modo stantibus actibus socialibus,
de quibus suprà præsumitur societas omniũ
bonorum, & cessabit difficultas. Secunda
eius ratio est, quia in consumptis facilè do-
natio præsumatur, post Petr.de Ancha.ibi re
latum. quæ ratio non habet locum in pupil-
9 lo † qui donare non potest regulariter etiam
cum auctoritate tutoris.l. cum plures.§. ni-
mium.& §.sequent.ff.de admin.tut. Tertiò
infertur, quod cùm dicta tutrix posuerit in
dictam cõmunionem dictos fructus, ex qui-
bus supportata fuerunt onera cõmunia pro
cultura bonorum communium & colligen-
dis fructibus cõducendo & alienando fa-
mulos & operarios seu patiendo consumi,
per dictum Adamum in dictas causas, per-
inde est ac si dictus pupillus exercuisset se in
dicta societate, & idẽ effectus sequi debuit.
10 † Nam in hac materia paria sunt personali-
ter operari, vel per aliũ suis impensis, ex eo
quod not. Pet. in dicto tracta. quarta parte.
quæst.vj.vbi voluit, quòd licèt vnus ex socijs
aliqua parte tẽporis fuerit absens, & interea
locauerit operas suas, & ex lucro communi-
cauit alijs socijs in conducendis messoribus,
aut in instrumentis culturæ, & huiusmodi,
participare debeat perinde ac si personali-
ter interfuisset, per allegata ibi per eum. Et
loquitur tã in socijs omnium bonorũ, quàm
etiã in socijs lucri & quæstus, vt legẽti patet.
Sed prædicta ex abundanti dicta sint non quòd
sit necesse, quia stat conclusio supra formata
quòd fuerit cum dicto Antonio continuata
societas omnium bonorum, vt ex superius
deductis patet; quibus non obstant supra
adducta in contrarium. Ex supra dictis enim
responsio colligitur, sed & particulariùs bre-
uiter respondetur. Nam primò non obstat quòd
cum dicto Antonio pupillo non potuerit di
ci renouata societas tacitè, quia nec expresse
potuisset, quia omnino supra probatũ fuit,
11 † quòd cum auctoritate tutoris & expresse,
& tacitè hoc potuit fieri. Et idem concludit
etiam Ias.in l.prima.C.qui testamen.fac.pos.
in terza col.j. limita. vbi etiam subdit in seq.
colum. & si tertius casus, quod ad contrahẽ-
dam tacitam societatem non est impedimẽ-
to, quòd vnus sociorum non negotiatur;
dummodo pro eius parte omnia sibi obue-
nientia in commune conferantur, post Petr.
de Ancharano, & Alexãdr.ibi relatos. & alij
etiam tenent superiùs allegatos ad proposi-
tum tacitæ societatis omnium bonorum, ex
quo infertur responsio ad sequens obiectũ,
quòd dictus Antonius nihil negotiatus sit;
satis est enim quòd ipse mediante sua tutri-
ce omnia sibi prouenientia in commune cõ-
tulerit, præsertim quia est necessaria opera
personalis per seipsum, sed satis est pecunia
supplere in operarijs & alijs necessarijs, se-
cundum Pet.de Vbal.in d.vj.q.iij.partis, prout
in casu nostro factum fuit. Nõ obstat quod
secundo loco dicebatur hanc societatẽ non
fuisse omnium bonorum; quia contrarium
fuit supra probatum ex auctoritatibus plu-
rium doctorum, quibus etiã concordat Ias.
in d.l.j.C.qui testam.fa.poss.col.v.& Dec.ibi,
& in

& in auth. quod locum. ad fin. C. de collat. vnde concurrentibus in casu nostro tot qualitatibus, supra præsuppositis ea societas primò inter dictos filios Colæ Iacobi contracta censetur, ac deinde cum eorum successoribus ac nouissimè cum dicto Antonio renouata, vt supra deductum fuit, ac pro eisdem portionibus in stirpes, prout supra allegatū fuit, tenere Bald. in d. consi. & sequi Deci. in supra allegato consi. dxlviij. pro quibus facit quod not. scribit Socin. consil. ccliij. Visa & considerata col. penult. lib. ij. vbi concludit,
12 † quòd administrata societate lucra inde obuenientia ex mensa seu trafico tanquam pro re vniuersali spectant ad eos, ad quos spectabat mensa seu traficū, & pro eisdem portionibus. & idem sequitur Deci. consilio cclv. casus de quo quæritur. col. j. pari ratione, idem dicendum in societate omnium bonorum, quę est quid vniuersale. vt in l. j. & Barto. ibi. ff. pro soc. quæ consideratio in proposito valde confert ad probandum, quòd ad dictū pupillum spectet in dicta societate talis & tanta portio, & ex superlucratis ex ea prout spectabat ad eius patrem, dum viueret. Et ex hoc insurgit respōsio ad id quod tertio loco in contrarium dicebatur, quòd quæsita in societate vltra ratam, quæ fundo assignatur & proprietates bonorum debeāt diuidi in capita, quia ibi dicta locum habent vbi portiones societatis non spectarent in stirpes ad hæredes sociorum omnium bonorum, secus in hoc casu, qui est casus noster, quia pro eisdem ratis pertinent ad socios lucra & acquisitiones, pro quibus portiones societatis, vt supra probatum fuit, & in societate omnium bonorum probatur ex dictis docto. & præsertim modernorum in d. l. fina.
13 C. de collat. dum concludunt, † quòd in societate omnium bonorum etiam si vnus ex socijs habeat maiorem familiā, quàm alius, ille, qui minus consumpsit, non potest propterea aliquid petere ab eo, qui magis consumpsit, quia (vbi dicit Iason col. penult. post Bald. in d. l. si patruus. col. fin. & in d. tracta. de duo. fra. ad fin. & alios de quibus ibi) in tali societate nō attenditur, quòd vnus plus alio consumpserit, nec quòd vnus plus alio lucratus fuerit. Et idem Ias. in auth. quod locum. C. de collat. col. iiij. & idem in d. l. fin. eod. tit. col. ij. vnde patet, quòd in ratione expensarū fortasse plus in societate prædicta omnium bonorum, & plus in ea lucratorum non possunt Adamus & fratres in eius diuisione plus consequi, quàm conueniant eorū rata, videlicet quarta pars, quæ ad eos continuata est ex persona eorum patris. Et hęc tantò magis procedunt postquam in instrumento
14 clarè expressum fuit, † quòd Adamus emit communi nomine ac de pecunijs communibus. quæ verba vtique intelligenda sunt pro ratis socialibus iuxta ea, quæ supra in contrarium allegata sunt, quæ secundum hanc considerationem pro hac parte probant iunctis
15 superius tactis, † quòd instrumenta, & alias prioribus causis declarationē recipiunt, pro quibus l. quædam mulier. & quæ ibi Barto. & doct. ff. de rei vendi. & Bartol. in l. qui iure. de acquirend. possess. per illum text. & l. generaliter. eod. tit. & not. Corne. in consil. cliij. eleganter. col. j. quòd rem possidens censetur possidere pro ea rata pro qua titulum habet. Et idem dicit in consilio cccxlvj. videtur in hac. col. ij. eod. lib. j. & per plura similia dicit Socin. consilio lxv. conclusio supra firmata. col. j. libro iiij. quòd contractus intelligitur esse factus secundum quod fieri debuit. Et plura ad hæc adduci possent in quibus insistere non expedit, & dicit Bartol. in consil. clxviij.
16 quidam habens bona communia, † quòd verbum communiter relatum ad eos, qui habent bona communia, intelligitur, id est, æqualiter, ita quòd vnus ratione maioris expensæ nihil petere possit ab alio. & idē dicit in l. quintus. ff. de annuis leg. per l. fi. §. Lucius. de leg. ij. Et alia ibi allegata communiter etiā id est, æqualiter intelligitur, quando refertur ad res, vt ibidem per eum. Et licèt dicto casu æqualiter plerunq; capiatur pro virilibus portionibus, vt in l. Lucius. in princ. ff. ad Trebell. & in d. §. Lucius. cum ibi not. in glo. tamen quando constat de originali portione ad illam habetur respectus, vt est textus not. in l. penul. ff. pro socio. & quòd habeatur respectus ad capitale, est text. cum ibi not. in l. si non fuerit. eod. titu. & faciunt quæ supra dicta fuerunt in fine oppositę partis, & quæ de partibus continuatę societatis ab originarijs portionibs regulandis. Itemque de lucris portioni applicandis in vniuersalibus post Socin. Deci. in consilijs. Ex quibus omnibus clarum remanere videtur, quòd quarta pars omnium ad Antonium spectat, & nihil præcipuum apud Adamum & fratres esse debet stantibus in facto præsuppositis, prout supra. Laus Deo & beatæ Virgini gloriosæ.

Franciscus de Ecclesia March. Consil.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Concessio principis ita interpretari debet, ne tertio praeiudicium generetur.*

2 *Beneficia principum quae concedentium iura tangunt latissimè interpretanda sunt, quae uerò damnũ aut praeiudicium tertij respiciunt strictissimè.*

3 *Papa si conferat alicui beneficium cum clausula, non obstante collatione alteri facta, quod de inualida collatione intelligi debeat.*

4 *Concessio facta ad postulationem non est tanti fauoris ac si motu proprio facta foret.*

5 *Rescripti & concessionis conclusio non petitio partis attendi debet.*

6 *Rescriptum principis iuxta eius intentionem regulari debet.*

7 *Rescriptum dictans quòd possessio quinque & uiginti annorum inter aliquas partes allegari non possit, qualiter intelligendum sit.*

8 *In papa praesumuntur concurrere haec tria, Bona uoluntas scilicet, modi cõgnitas, & concessa potestas.*

9 *Verba priuilegij ad alterius postulationem concessi iuxta petitionis & supplicationis uerba regulantur & interpretantur.*

10 *Praefatio rescripti concedentis & disponentis mẽtem declarare solet.*

11 *Patriam propriam relinquere impium est.*

12 *Priuilegium secundum eius causam tacitam uel expressam semper regulatur.*

13 *Priuilegium non tantùm ut non sit inutile, sed etiam ut esse non possit interpretari debet.*

14 *Dict. Ac, copulatiua & continuatiua est implicans easdem qualitates ex eadem causa procedentes.*

15 *Verba de quibus clarè constat, restringenda non sunt, ne tertio praeiudicent.*

CONSILIVM XV.

Os igitur huiusmodi suppositionibus inclinati, vos & cõmunitatẽ vestrã ab omni onere tàm ordinario, quàm extraordinatio, ẽt pro militũequestriũ, & pedestriũ stipendijs, & ex alia quauis causa per quascũq; ẽt per nostrã camerã apostolicã aut dictã cõitatem Ariminũ, ac alios vestros superiores ẽt cõmissarios nostros impositio & pro tẽpore imponẽdo ad decẽ annos à data praesentiũ cõputãdos, saluo tamẽ remanente cẽsu annuo per vos camerę praedictę debito, & solui cõsueto auctoritate apostolica tenore pręsentiũ eximimus, & liberamus, ac quod extra dictũ castrum, & vbilibet habitantes, ac terras, seu possessiones in territorio, vel curia dicti castri possidentes (dilectis filijs ciuibus eiusdẽ ciuitatis Ariminum tantũ exceptis) cẽsus pro eisdẽ terris, & possessionibus solui consuetos cõitati vestrę & non Ariminum soluere teneantur ac debeant, nec ad aliter soluendum per dictam communitatem Ariminum seu quoscunque alios cogi possint, declaramus.

Oritur modo dubitatio super illa clausula ac quod extra dictum castrum, in illis verbis census pro eisdẽ terris, & possessionibus solui cõsuetos communitati vestrę & non Ariminum. Intelligitur enim communitas Ariminum illos tantummodo census concessos esse communitati S. Ioannis, qui soliti erant solui eidem communitati, volunt enim ponere punctum post dicta verba cõmunicati vestrae. itaque regantur ab illo verbo consuetos. Communitas verò S. Ioannis intelligit, quòd illa verba Communitati vestrę, regantur ab illis verbis, soluere teneantur, & sic quòd punctus debeat poni post verbũ consuetos. quaeritur, quid iuris? Et profecto prima facie videbatur dicendum interpretationem, quae sumitur per communitatem Ariminum, assumendam esse illa

1 ratione praesertim, † quia concessio Principis debet ita interpretari ne tertio praeiudiciũ generetur. l. ij. §. meritò. ff. ne quid in loc. pub. vbi inquit text. Nam quotiescunque aliquid in publico fieri permittitur ita oportet permitti, vt sine iniuria cuiuscunque fiat. Et ita solet Princeps quoties aliquid noui operis instituendũ petitur permittere. per quem text. ita dixit glo. in l. penult. in fin. ff. de constit. princ. siue enim sumus in beneficio, siue in priuilegio, siue in rescripto, nunquã fit interpretatio in praeiudicium alterius. 1

vt inquit Bald. in d. l. penult. ideoque non est praesumendũ quòd Princeps, vt cooperiat vnum altare, alterum velit discooperire, vt dixit Bald. in l. penult. col. j. de constit. princ. quòd quoties Princeps aliquid dat vel confirmat, semper illud intelligi debet saluo iure alterius. vt dixit singulariter Innocen cap. cum dilecti. de donat. quòd priuilegia principum quatenus tangunt iura concedentium, latissimè interpretantur, Et hoc est, quod dicitur in d. l. penult. de constit. princ.

2 † quòd beneficia principum latissimè interpretantur, sed quatenus respiciunt damnum,

num, aut præiudicium tertij, strictissimè interpretari debent.facit bonus tex.in c.ex tuarũ.de auct.& vsu pal.in c.olim. de verb. signi. vbi Ioan. Andr. quam doctrinam sequitur Abb. in consi.x.colum.iiij.& in consi. xcix. in causa. in cap. ex parte. el j.in ij.nota. de deci. latissimè prosequitur Ias.qui per plura cõprobat in dicta l.penult. de constit. princ. col. iij. in fin. cũ seq. Vnde cùm ista concessio facta per Papam tangat præiudicium magnificæ Communitaris Arimini, debet (quantum fieri potest) strictè interpretari. & ideo assumenda est illa interpretatio, quòd Papa concesserit tantùm collectas solui consuetas castro sancti Ioannis in Marignano, non illas, quæ solitæ erant solui communitati Arimini.
3 Sicut in simili dicimus,† quòd si Papa cõfert alicui beneficium ecclesiasticum, cum clausula, non obstante collatione alteri facta, debet intelligi de collatione inualida nõ de valida, ne tertio fiat præiudicium. vt dixit Compost.& seq.Ioan.Andr.& alij in cap. causam, quę inter. de rescrip. sequitur Alexan.consil.cxxv.Viso titulo cum.col. ij. lib.ij. consil.xxxiij. Viso processu.colũ. iij. lib. ij. sequitur Ias.in d.l.penul.col.iiij.potius.non iura tolerant aliquod esse superfluum, & stare sine virtute aliquid operandi, imò quòd concessio sit frustratoria quòd tertio præiudicetur, licèt alias præsumptio validitatis actus soleat dici potètior quacunque alia præsumptione.iuxta l.quoties.ff.de reb.dub.ita dixerant Bald. & Cardi. in cap. super eo, per illum tex. de offic.deleg. & est glo. not. quam Bart.& doct. seq. in l.fin.§.in computatione C. de iur. delib.cum simi.quæ ibi tradit Alexan.col.ij.vbi Bart.& doct.hoc dicunt, in statuto quod reputatur ius commune in loco. arg.l.omnes populi.ff. de iust. & iure. vnde à fortiori dicendum est in priuilegio.arg.l.eius militis.§.militia missus. ff. de testamen. milit. tradit Deci.in d. c. super eo. col.ij. versi. prædicta conclusio.de offic. delega. & idem voluit Fulgo. in l. ij.§.si quis insulam. per illum tex.ff.de eo quod cer. loc. Deci. in c. cùm super.col.iij.versic.illa verba. de offic.delega.ni mirum igitur si magnifica communitas Arimini vult restringere dictam concessionem ne sibi præiudicium generetur, & ita interpretari verba concessionis, vt sibi damnum non inferatur.quod facere potest, ex eo maxime quia cùm non reperiatur positus punctus in aliquo loco in origiuali dictæ concessionis non repugnat, quin possit poni post illa verba, cõmunitati vestræ, ita enim intelligendo saluatur concessio, & Ariminensibus non generatur præiudiciu m. quæ interpretatio tanto magis videtur assumẽda, quæ facta est ad postulationẽ cõmunitatis S.Ioannis. vt patet ibi. Exponi nuper fecistis. & ibi. Nobis humiliter supplicari fecistis. quo casu
4 † concessio non est tàm fauorabilis, ac si motu proprio foret concessa, & ideò est tanto magis restringenda cap.si motu proprio. de. pręben. lib. vj. cap. si pluribus. vbi domini Petr. nora. de præben. Deci. consi. xj. Quoniam.colũ. fina. versic. sexto conseruatur. in consil. cclxix. Consultus. colum. x. versic. & quia fuit facta dicta concessio, prout eriã in dubio præsumeretur, secundum Bart. Alex. Iaso.& alios in l.iij.ff. quod quisque iur. & licèt posset declarari rescriptum ex petitione & suppositione, super qua emanauit breue, qua appareret, quòd peteretur iuxta text. in l.decem.§.si quis ita.ff. de verb. obligatio. ta-
5 men talis declaratio nihil releuaret, † quia conclusio rescripti, & concessionis debet attendi, non petitio partis, vt inquit Bal. in addit.ad Spec.in tit.de lib. concess.versic.u.conclusio.cum simil.vt per Fel. in cap. examinata.col.ix.versic.dicit tunc. Innoc.de iud. imò fortius si esset motu proprio, & non ad partis postulationem concessum, omnino deberet intelligi sine præiudicio tertij, vt dixerunt domini de Rota.decis.cccccl. versic.nota motus proprius.in anti.Host.& Anto. de But. in cap. causam.& ij.de testib.Anto.de But. in c. mandatum.colum.penult.post Calde.ibi de rescript. Domi.in cap. si perpetuo. col. antepenult.de rescrip.lib.vj.Abb.in c.x.col.j. ver. in principalis opin.de iudi. Decius in consi. xxxiij. Viso puncto.colum. fin. versic. pręterea. & secundo.

Confirmatur conclusio, quia rescriptum & concessio principis secundum eius intentionem regulari debet, vt dicit Innoc.in cap. cùm ecclesiastica.de exceptio.Bald.in l. pręscriptione.colũ.penult.C.si contra ius, vel vti
5 pub.in l.j.de constit.princ.Mens autẽ † principis & scribentis, & aliquid concedentis sic debet intelligi, vt sine alicuius iniuria, aut damno concedat, vt inquit Bald. in l. ex facto.in prin.de vulg. & pup.in l.Neratius.per illum rex.C.de eman.libe.trad.Deci.in dicto consi.xj. quoniam. colũ. iiij. in princi. potius enim iura tolerant quòd quęcunque verba impropriẽtur, quàm ꝙ tertio per concessionem principis generetur præiudicium, vt inquit

iniquit Compost.quem alij sequuntur domi. in c.si postquã.col.fin. de præben. lib.vj. Alexan.consi.xxvj. Viso titulo.lib.ij. & cõsi. xxxij. col.iij.lib.iiij. & per hæc consuluit Decius in dicto consi.xj.vbi supra, quòd in generali cõmissione facta à principe non censeatur data potestas prohibendi alienationem ne præiudicetur partibus, quamuis generalitas verborum posset hoc includere.& in concessione quarundam literarum inhibitoriarũ loquitur Deci. consil. xxxiij. Viso puncto. colum.iij.versi.rescripta emi. & idem Dec.con
7 sil.ccix In casu. colũ.ij. consuluit, †quòd rescriptũ dictans, quòd possessio xxv. annorũ inter certas partes non possit allegari, debet intelligi de possessione sine titulo, ne possidenti cum titulo censeatur voluisse derogare princeps. & ibidem in effectu voluit Alexan. in consil. xciiij. colum.x. & in consi. seq. colum.x.& fin. lib.ij. in consi. xxxvij. col. j.lib.x. in consi.ij. col. vij. & in consi. cxxxvij. & in consi.ccxix.lib.ij.& in consi. cxxv. col.ij. & in consil.xxxiiij. not. v. lib. vj. & in consil. cviij.nor.v. eodem lib. & præsertim in Papa rescribente hoc dici debet, qui est vnicus
8 fons iustitiæ, fugans tenebras, †contrario præsumuntur illa tria concurrere, quæ in actibus hominum considerantur. s. bona voluntas, modi congruitas,& concessa potestas. vt inquit S.L. in consi.cxliiij. Visa bulla.versi.tertio loco.lib.ij.

His tamen,& similibus, quæ adduci possent, non obstantibus, contrariam sententiam in casu nostro verissimã arbitror, quòd imò Papa intelligitur concessisse census solitos solui communicati Arimini. ad quod ostendendum præsuppono, quòd interpretatio cuiuslibet siue rescripti, siue priuilegij, siue gratiæ semper debet attendi, & diligenter perscrutari totus tenor ipsius, & eius verba.c.porrò.c.recipimus. de priuileg. dixit Dec.consi.cclxxj. In casu.col.ij.ver.& verba, dictis priuilegijs.

9 Itẽ præsuppono, †quòd verba priuilegij quando ad alterius postulationẽ concessa regulantur & interpretantur iuxta verba petitionis & suppositionis.vt not.Bald. in cap.inter dilectos.per illum text. de fide instrumẽ. ibi,ex forma petitionis.Ant.de But. in consi. cix. Quia hic agitur.facit tex. in l.j. C. de diuer.rescri.& quod not. Abb. in cap.ij. de tre. & pace.in c. cùm pro causa. col.ij. de senten. ex quo tradit Dec.consi. cxxxvij. col. penult, versic. tertio principaliter. & posuit optimè Alexã. consi.lxxxiiij.In causa vertente. col.ij. versicu.& quod rescribens.lib.j. allegat Ioan. de Imol. qui hoc dicit in l. iudex postquam. colum.viij.decis.iuxta prædicta insurgit dubium.ff. de interrog. act. & dixit propriè in casibus nostris Bald. in d. cap. inter dilectos. §.cæterum.col.antepen. quòd pro intellectu priuilegij concessi recurrendum est ad formam suppositionis.cum simi.vt per Ias. in l.j. C.de diuer.rescript.col.ij.in x.not.Deci. consil.cxlij.colum.iiij.in princ. Cùm igitur verba suppositionis hoc manifestè inferant,concludendum est eam assumi debere interpretationem,quæ à verbis suppositionis non dissentiat.

His præsuppositis, dico manifestè probari quòd illa verba debent intelligi de oneribus consuetis solui communicati Arimi-
10 num.vt ex præfatione colligitur, † quæ solet mentem concedentis & disponentis declarare.l.fina.vbi Bart.ff.de hæred.instit. & in rescriptis propriè dixit Bart. in l.x. C. de diuer. rescript.cum simi. vt per Deci. in c.j.col.x.de probat.in consi.x.Viso puncto.colũ.x. in fin. in consi.xlj.colũ.ix. cum vulga.constat.Summus Pontifex vt rependeret damna in transitu militum passa concessit priuilegium, & gratiam huiusmodi, ne proprijs relictis sedibus alienas miserè regiones quærere cogerentur,quid miserum in suis literis attestatur Papa. & alibi dixit glo. per illum text. in l.j. C.si curialis relicta ciuit.rus habit. maluerit.
11 †patrias sedes relinquere esse impium. Et tunc dixit Petr. Anchar. in consi. xxiij. Viso instrumento, quòd in generali mandato nõ venit vt quis cogatur ad patriam relinquendam. Si igitur verba prædicta intelligerentur prout videntur velle intelligere Ariminenses, clarum est, quòd Papa nihil concessisset concedendo census consuetos.cùm vndecunque verba repugnarent, quod non est in casu nostro, & deberet potius attendi mens concedentis quàm sonus verborum. vt dixit glo.not.in cap. si propter tua debita. de rescrip. lib. vj. tradit Ias. in l.iurisgentium. §.Prætor ait. in vj. not. ff. de pact. Siquidem
12 †priuilegiũ, seu gratia semper regulatur secundum eius causam tacitam vel expressam.c.suggestum.de deci.l.generaliter.C. de episc.& cler.not. Bart. in l. Titia.§.vsuras. de legat.ij.per illum tex. & ita arguit Fulgos. in consi.lij.Quidam.in ij. dubio. Roma. in consil.clxxx. Si admittimus. in iij.dubio. Bald. in consil. ccj. mater.lib.iiij. tradit Deci.in cap.

Cùm

Cùm accessissent.col.viij.versic.Secũda con-
clusio.de constitu. Huius igitur concessionis
Pontificis, ne frustratoria sit, verba interpre-
tanda sunt vt priuilegium, & gratia inutilis
non reddatur. cap. si Papa. de priuile. lib. vj.
cap.in his.vbi Abb.eod.tit.in antiquis. notat
Ant.de Butr.in c.dilecti.col.iij.in iiij. oppo. de
foro competen. cũ simi. vt per Deci. in cap.
cum ordine.in glos. j. de rescript. vbi inquit.
13 †quòd priuilegium debet interpretari non
tantùm, vt non sit inutile, sed etiam vt esse nõ
possit.quia talis potentia facit, quòd priuile-
gium tale interpretari debeat. c. licèt. & ibi
glo.in ver.debent.de priuil.lib.vj. notat Abb.
in cap.quã sit.deinde latè ponit in cap. pasto
ralis.in j.nota.de appel. & ita arguit Bald. in
authen. habita.in iiij.not. C. ne filius pro pa-
tre.quod priuilegium de quo .in dicta authẽ.
quòd scholares possint ire, stare & habitare
securè, debet intelligi vt aliquid operentur,
cùm hoc aliàs habeant de iure cõmuni. pa-
riter igitur in casu nostro priuilegium inter-
pretandum est de consuetis solui communi-
tati Arimini.quia alias si intelligerentur con
cessa datia siue census quos ipsimet habe-
rent, talis gratia & priuilegium etiam inuti-
le redderetur. & ita etiam arguit Bald. in l.
iij.§.si is pro quo.ff. quod quis. iur. & Petr. de
Anch.in consi.clxxxvj. pro parte cathedralis
ecclesiæ Arimini.col.fin.Calde.in consi.x. de
offic. Archiepisc. Quod autem summus
Pontifex concedere voluerit, constat, nedũ
ex præfatione prædicta, sed etiam ex illis ver
bis. Nos huiusmodi supplicationibus incli-
nati.& si dicatur, satis operata est gratia in
prima exemptione per decenniũ concessa.
respondetur quod cùm Papa post conces-
sionem exemptionis subdat. Ac etiam quòd
habitantes vbilibet extra dictum castrum.
talia verba sunt copulatiua & continuatiua
implicantia easdẽ qualitates ex eadem cau-
14 sa procedentes, prout de dicta dictione. †ac
est tex. instit. de hæred. instit. in fin. & in l. si
ita quis.ff.eod.tit.l.Titia.ff.de lega.j.vbi doct.
& de dictis etiam, ponit Bart.in l. suus quo-
que.de hære.instit.in l.j.C. etiam per procu-
rato. tradit Deci.consil.cccclxvj.col. fina. Si-
gno. consi. cvij. in iij. dub. Bald. in consi.clx.
illa verba.lib.iij.Alexand. consi.xxiij. colũ.ix.
lib. v. consi.cxvj.colũ.iiij.lib.ix. & per conse-
quens dicit etiam quòd concessio debet in-
telligi vt aliquid operetur in beneficium di-
ctorum hominum castri sancti Ioannis.

Secundò principaliter apertè probatur in
illis verbis. Dilectis filijs ciuibus eiusdem ci-
uitatis Ariminum tantum exceptis.ista enim
exceptio manifestè declarat qualiter verba
prædicta debeant intelligi. præsupponendũ
enim est ciues ꝙ Ariminum nunquam pro
bonis ab eis possessis in territorio castri san-
cti Ioannis soluerũt census castro prædicto,
sed bene soluerunt pro bonis prædictis ciui-
tatis Arim. Vnde si dicta verba intelligeren-
tur de consuetis solui castro sancti Ioannis,
talis exceptio, quòd ciues Ariminen. soluere
non tenerentur, superuacua esset, cùm nun-
quã hoc consueuerint facere. vt igitur exce-
ptio sit de regula, prout esse debet.l. nã quid
liquide.ff.de pen.lega.§. fin. notat Bart.in l.j.
de regu.iur. vbi latè Dec.& in c.cùm dilecta.
col.iij.de confirmat.vti vel inutil. necesse est
intelligere de censibus solui consuetis com-
munitati Arimini. Et ista ratio iudicio meo
non patitur responsionem.

Tertiò principaliter probatur per illa ver-
ba, & non Ariminẽsi.si enim verba illa prece
dentia regerentur à dicto verbo, consuetos.
& ad id referrentur, vbique non fuisset ne-
cessaria exclusio illa & non Arimin. Siqui-
dem semper hoc de sui natura intelligeba-
tur.statim enim quòd dicebatur, quòd non
consueti illi solui, sed alteri non comprehen
deretur.qui enim vnum dicit, aliud exclu-
dit.l.cùm prætor.ff.de iudic. cap. nonne. de
presumptio.l.maritus.C.de procurat.l.ex eo.
ff.de testi.l.quæsitum.§.idem respondet.ff. de
fide instrum. l. in possessionem.§. decimo.ff.
ex quib.caus.in poss.ea.

Quartò principaliter probatur in illis ver
bis. Nec ad aliter soluendum per dictã com
munitatẽ Arimini cogi possint.in quibus ver
bis summus Pontifex priuat predictos ciues
Arimini posse cogere ad sibi soluendũ cen-
sus prædictos.quæ priuatio manifestè osten-
dit & præsupponit habitum, & potestatem
exigendi fuisse penes dictam communitatẽ
Arimini l.j.in princ.quib.mod. vsufruct.l. re-
mittit.in fin.ff.de iureiurã.l. manumissiones.
vbi Ias.in ij. not. ff. de iust. & iur. l. vbi om-
nes notant.ff.de verb.obligat.l.sub conditio-
ne.ff.de solut.cum simi.vt per Ias.in d.l. deci-
ma.in verb.nota.vbi enim non cadebat ha-
bitus, non potest cadere & introduci priua-
tio.l. decima. in princi.ff. de su. & legi. & ita
multum in proposito declarat Bart. in consi.
cxxxviij.hec est copia.cum simi.

Ex quibus clarissimè constat, quòd debet
intelligi, quòd concesserit pontifex census

consuetos solui pró dictis terris ciuitatis Arimini siue alteri cuicunque, quò d solui debeant castro sancti Ioãnis prædicto. & quòd hoc sit verũ vlterius demõstratur, quòd non potest intelligi de consuetis solui castro sancti Ioannis, quia quando summus Pontifex in breui prædicto voluit cõcedere illud quod castrum sancti Ioannis habebat, vsus est verbo confirmamus. prout patet, dum postea confirmatur facultas eligendi rectorem in castro prædicto, licèt ad cautelam subiungat post approbationem & confirmationem de nouo concessionem.

Non obstant modo quæ in contrarium allegabantur. & principaliter, quòd non sit præsumendum, quòd in præiudicium tertij concedere voluerit Pontifex. quia respon-
15 detur, † quòd ex quo de hoc clarè constat ex verbis dictis breuis & gratiæ non restringuntur, ne tertio præiudicent. l. ij. §. meritò. §. si quid à principe. ff. ne quid in loc. pub. sumus enim in casu nostro in casu claro, & ideò non est standum præsumptionibus. verba enim priuilegij & gratiæ clara sunt, & ideò cessant coniecturæ. l. ille aut ille. §. cùm in verbis. ff. de legat. iij. & est glo. in cap. cùm olim. el j. de priuil. quam ibi post alios seq. Abb. vbi enim ex natura rei venit præiudicium tertij, non est necessarium exprimere, quòd non obstante præiudicio tertij concessio facta sit. vt est ibi gloss. bonus text. in cap. x. §. ex parte. de concess. præben. lib. vj. tradit Abb. in cap. can. el ij. col. fina. de testi. & multum in proposito per prædicta ita respondet Dec. in consi. xiij. Viso tenore priuilegij. colum. fina. versi. non òbstat quòd ex hoc priuilegio. vbi prædicta alleg. ad cum igitur ex natura concessionis gratię, de qua agitur, veniat præiudicium communitatis Arimini. & hoc clare exprimatur in verbis rescripti non est quòd vlterius dubiretur, quòd voluerit tertio præiudicare summus Pontifex, præsertim cum verborum proprietas hoc importet, qua stante fit interpretatio in materia quantumcunque odiosa in præiudicium cuiuscunque ita in priuilegio notat Angel. in l. fina. versicu. tertiò quæritur. ff. de constit. princi. nam Cald. in consi. x. in lib. de consanguinit. & affinit. bene facit text. & quod ibi notat Aret. in l. cùm lege. ff. de testa. & in priuilegio ita dicit Dec. in cap. cùm accessissent. col. viij. versi. in glo. in verb. conuenerint. de constit. & in consi. v. in causa. in fine. & in consi. xiij. colum. iij. & in c. xiii prima lectura, col. ij. de constit. & in cap. ecclesia sanctæ Mariæ. col. v. versic. tertio quia. eo. tit. posuit nouissimi Gemi. in repe. rub. de appel. col. vj. in fine.

Laus Deo.

Io. Francis. de Rippa I. V. D. & Comes.

Argumentum.

An, & quando donatio propter nuptias siue augmentum doris restitui debeat mulieri quò ad proprietatem, vel vsum fructum tàm in casum soluti matrimonij quàm etiã in omnem alium casum dotis restituendæ.

SVMMARIVM.

1 *Dos, augmentum siue donatio propter nuptias & quando restitui debent.*

2 *Maritus sicut dotis dominus efficitur, sic uxor domina donationis propter nuptias.*

3 *Dos & donatio propter nuptias pari passu ambulant.*

4 *Mulier quando dotis augmentum soluto matrimonio lucratur, si ad secundas conuolet nuptias, illius proprietatem amittit, quæ filius illius matrimonij uxore obdormiente in domino restitui debet, usufructu tantummodo sibi reseruato.*

5 *Dos soluto matrimonio ad uxorem redire debet, dotis autem augmentum ad hæredes mariti, nisi aliud per statutum uel pactum de dote lucranda & dotis augmento lucrando cautum sit.*

6 *Quid si uir post contractum matrimonium paciscatur de lucranda uxoris dote in casum mortis in totum uel in partem, nunquid uxor in tali casu de donatione propter nuptias tantùm lucrari debet soluto matrimonio per mortem uiri.*

7 *Statuto stante quòd uxore præmoriente maritus dotis partem lucretur, an tale statutum econtra locum habeat, ut uxore præmoriente uiro tantundem de dotis augmento lucretur.*

8 *Argumentum de pacto ad statutum negatiuè non ualet.*

9 *Argumentum de statuto ad testamentum uel ultimam uoluntatem ualet.*

10 *Dotis augmentum uxori restituendum est, non solum quoad usumfructum, sed quoad plenam proprietatem & dominium, si maritus uel socer dotem cum augmento in omnem casum in instrumento dotis restituere promiserit.*

11 *Verb. Restituere, de sui natura habet plenam significationem.*

13 *Dotis augmentum siue factum sit à marito de proprio uxoris, siue uxor ipsa hoc fecerit, uel maritus confiteatur se augmenti dotalis nomine recepisse, uel alias, quod in istis casibus tale dotis augmentũ ipsi uxor*

uxori soluto matrimonio indistinctè restitui debet, & si de hoc nulla promissio facta sit.

14 *Pactum factum inter coniuges, quòd praedecedente uxore in matrimonio relictis ex ipso matrimonio liberis donatio propter nuptias lucro cedat uxori, non ualet.*

15 *Dotis priuilegia & alia disposita in dote in dotis augmento locum habent.*

CONSILIVM XVI.



1 Prima cõclusio est, † q̃ ubi vir vergit ad inopiã, & malè vtit̃ substãtia sua; tunc, & tali casu indistinctè restitui debet tã augmentum, seu donatio propter nuptias, q̃ ipsa dos. per casum not. in l. vbi adhuc. C. de iure dot. & hoc siue conuctum fuerit, siue non. Cum hoc tamen, vt deseruiant tã ipsa dos, quàm eius augmẽtum, seu donatio oneribus matrimonij. d. l. vbi adhuc. & ita sentit Panor. in c. fin. §. sanè. de dona. inter virum & vxor. Idem dicendum, quando detinet concubinam, quia etiam tunc fit dotis restitutio vxori & separatio tori. Dec. in l. semper in contractibus. ff. de regul. iur. Item & quando eam expellit de domo sine iusta causa, vel eam non acceptat seu traducit. de quibus vide Bertachin. in verb. maritus alere vxorem. versic. xiiij. Nam licet soluto matrimonio regulariter debeat donatio propter nuptias reuerti ad hæredes mariti seu etiam soceri constituentis, nisi aliud actum fuerit inter eos. per tex. in d. c. fi. §. sanè. de donat. inter vir. & vxo. & infra latius patebit. tamen in casu isto secus est dicendum, quia ipsa donatio propter nuptias deseruire debet oneribus matrimonij, quemadmodũ & ipsa dos, imo propter hoc quoq; constitui dicitur ipsa donatio propter nuptias. prout sentit gloss. not. in §. est & aliud. in ver. exæquentur. instit.

2 de dona. dum dicit, † quòd sicut maritus efficitur dominus dotis, sic vxor domina fit donationis propter nuptias, licèt vsumfructum vtriusque percipere debeat maritus propter onera matrimonij. Hinc est, quòd in casu d. l. vbi adhuc. potest vxor talem donationem propter nuptias vendicare ab extraneis bonorum possessoribus mariti, quod fieri non posset, nisi esset domina ipsius donationis propter nuptias. l. in rem. in prin. ff. de rei vendica.

3 † Nam dos, & donatio propter nuptias pari passu ambulant. vt in authen. de æquali. dotis. in princip. & ita do. Azo in Summa, in tit. de donat. ante nupt. versic. si quæras. & facit quæ not. tradit Imol. in repet. c. cũ contingat. de iureiur. circa princ. & casus in authen. siue à me. C. ad Velleian. Accedat etiam tex. not. in l. inter socerum. §. cùm inter. ff. de pac. dotal. vbi nec separabitur portio quæ est data additamenti causa. qui semper solet allegari ad hoc, quòd idem iudicamus de augmento dotis, quod de ipsa dote. de quo est & tex. in l. etiam. C. de iure dot. cum simil. & in l. fin. iuncta authen. ibi posita. C. de dona. ante nupt. & hoc quòd scilicet tunc augmentũ dotis vnà cum ipsa dote deseruire habeant oneribus matrimonij, intelligi debet etiam si nullos liberos susceptissent ipsi coniuges, quia alia plura possunt esse matrimonij onera q̃ educatio liberorũ tali casu restitutione dotis adueniente. pro hoc do casum in d. l. vbi adhuc. §. ita tamen. ibi, ad sustentationem tã sui quàm mariti filiorumque, si quos habeant. per quę verba apparet onus matrimonij nõ solũ considerari propter liberos. Verum est, quòd ista conclusio locum habet durante matrimonio tantummodo, quid autem iuris esse debeat soluto matrimonio, in alijs conclusionibus subsequẽtibus apparebit. Quòd autẽ innumerabiles habeat conformitates augmentum dotis cum ipsa dote, & quòd durante saltim matrimonio idem iudicari oporteat de vno, sicut de altero, patet ex hijs quæ leguntur, & not. in l. si constante. C. de dona. ante nupt. & aliquas conformitates nõ tradit in specie Ias. in l. quoniã Nouella. col. j. C. de inof. testa. In hac prima mea conclusione fui modicũ prolixus; quia aliqua in ea interserui quæ deseruire poterũt in ꝓposito aliquatũ ex alijs cõclusionibus sequentibus.

4 Secunda conclusio, † vbi vxor ex pacto, donatione, vel alia dispositione facta per maritum lucrari debet augmentũ dotis in casu soluti matrimonij per transitum ad secũdas nuptias amittit illius proprietatem, & remanet solùm vsufructuaria in vita sua; & post illius mortem debet tale augmentũ restitui liberis, quos ex ipso marito constituente vel donante procreauit. casus est expressus in authentic. hoc ampliùs quod ex dote, &c. collat. vij. in §. propterea igitur. & in l. fœminæ. ibi, quicquid etiam nuptiarũ solennitate perceperint. iuncta glosella in verb. nuptiarum.

rum.C.de secundis nuptijs.vbi etiã expresse Bald.& Azo in summa titu.de donatio.ante nupt.& in tit.de pact.conuent.super dote.& Imol.in dict.repeti.cap.cùm contingat.circa prin.de iureiuran.ad idẽ l.fin. iuncta authen. ibi posita.C.de dona.ante nup.& quia d.l.fœminæ.C.de secun.nup.generaliùs loquitur in quocunque lucro seu relicto proueniente ex priore matrimonio,& ex dispositione mariti, videri potest Soci.filius,consi.xxxiiij.j.par.incip.Sequendo ordinem,&c.vbi latè de materia d.l.fœminæ. & ibi etiam ponit an procedat dispositio illius l. econtra in marito trãseunte ad secunda vota.

5 Tertia indubitabilis conclusio est, † quòd vbi nullum adest statutum de dote lucranda per maritum,vel de augmento lucrando per vxorem,neq; pactum aliquod inter cõiuges de lucrando,neque in instrumento dotis adsunt illa verba; Quam quidẽ dotem cũ augmento promisit reddere,& restituere &c.tali casu debet dos sol. matri. redire ad vxorem, & augmentũ ad hæredes mariti. casus est in d.cap.fin.§.fanè.de donat.inter vir.& vxor. l. ij.vbi Bald.in bona lectura.C.de bon.quæ lib. glo.in §.est & aliud.in ver.exæquantur.Instit. de dona.dum alleg.§.j.in Auth.de æqual.dot. colla.vij.& ipso iure augmentum siue dominium augmenti,tunc reuertitur. auth. siue à me.C.ad Velleia.& c.peruenit.vbi Panor.de empt.& vend.& hæc conclusio multò fortiùs locũ habet soluto matrimonio per mortem vxoris, quo casu ipsum dotis augmentũ remanere debet penes virum.d.c.fin.§.fanè.& glo.ordin.in d.§.est & aliud.vbi Areti.institu. de dona.& alia glo.in l.si liberis.C.de donat. ante nupt.cum similib.& circa hanc tertiam cõclusionẽm non est dubitationi locus, quæ tamen venit limitanda vt non procedat, vbi consuetudo patriæ vel locorum esset, quòd mulier deberet esse vsufructuaria talis augmenti eius vita durante.l.minimè sunt impugnandæ. cum infinitis vulgaribus. ff. de legibus. prout etiam dicitur infra in septima cõclusione.

6 Quarta conclusio, † quando post matrimonium contractum paciscitur vir de dote vxoris lucranda in casum mortis vxoris in totum,vel in partem seu certo modo nullo existente statuto, vel consuetudine, de hoc tali casu tantum de donatione propter nuptias debet lucrari vxor soluto matrimo.per mortem viri,quantum lucrari liceret ipsi viro de dote, nec sequestrata consuetudine valere deberet pactum in contrarium tali casu. Ita conclu.Panor.post relatam opin. Innocẽ. ibi in d.c.fin.§.fanè.vers. vltimò quæritur.de donatio.inter vir.& vxo.per tex.in auth.æqualitas.C.de iur.dot. vbi dicit hoc esse menti tenendum.vbi etiam fortius concludit, q̃ si expresse esset conuentum, quòd maritus eo casu lucrari deberet maiorem partem dotis, quàm vxor donationis propter nuptias, tamen pactum de maiori reduceretur ad minus, secundum eum post Innocentium ibi relatum. & post gloss.ibi,& ibidem etiã cla rè innuit & vult, q̃ si ante nuptias contractus huiusmodi pacta fiant etiam inæqualia super lucro dotis vel augmenti,vel etiam in vtilitatem alterius coniugis, tamen valeant & teneant. quia tunc ratio cessat excogitatæ fraudis, &c. Quoniam igitur fuit expresse conuentum post contractas nuptias de augmẽto dotis,vel in totum vel in partem lucrando per vxorem eueniente casu restitutionis dotis, tunc standum est pacto & illud omnino seruari debet. Casus est in d.cap.fina.§.fanè. ibi; vel ex pacto, &c. Et notandum est vt pximè dixi, quòd si maritus paciscatur de lucranda dote vel parte dotis in casum soluti matrimonij per mortem vxoris,tale pactum tacitè extendetur,& locum habebit econtra in augmento dotis,vt scilicet tantundem lucrari debeat ipsa vxor de augmento. Si verò tale pactum fiat hinc inde inæquale,quia maritus maiorem partem dotis ex eo lucrari intendat quàm vxor de augmẽto, tũc tale pactum reduci debebit ad æqualitatem habito respectu ad minorem quantitatem lucri dotis, vel augmenti deductorum in pacto. l.penult.C.de pact.cõuen. & ita declarat Panor. in d.c.fina.§.fanè.vers.vltimo quæritur quid intendat ista litera, &c. Et ideo dicendum videtur,quòd si dos sit de centum, augmentũ vero dotis sit de decem, & maritus paciscatur de dote lucranda,vxor vero de toto augmento lucrando, maritus non possit lucrari de ipsa dote nisi decem, quamuis tamen integram dotem ex dicto pacto lucrari intenderet. & ita de hoc videtur esse casus in d. l. penul.C.de pact.conuen.

7 Sed circa præmissa quæro,† an vigente statuto, q̃ præmoriente vxore maritus lucrari debeat certam partem dotis, tale statutum habeat locum econtra, scilicet, præmoriente viro lucrari debeat ipsa vxor totidem de augmento dotis, vel si statutum disponat inter coniuges tam super lucro dotis, quàm dona-

donationis propter nuptias disparitèr, tunc debeat fieri reductio ad æqualitatem, & ad id quod minimum est, vt suprà cõclusum est in pacto. in quo breuiter tenendũ videtur non. Primò, quia statuta sunt stricti iuris, & regulariter extendi non debeat de casu ad casum. l. quidquid adstringendæ. vbi doct. ff. de verb. obliga. l. ij. § is, qui nauem. ff. de exercito. & ff. de neg. gest. l. iij. §. hęc verba. de quo per Ias. in l. non tantum. col. ij. ff. de re iudic. cum simil. Secundò, quia multa fieri possunt per statutum, quæ tamen non per pactum.
8 † Et ideo non valet argumẽtum de pacto ad statutum negatiuè, vt dicere possumus, hoc non potest fieri per pactum, ergo nec per statutũ glos. est de hoc not. in rubr. C. de decre. decurio. libr. x. de quo latè tradit Decius in l. nec ex prætorio. ff. de reg. iur. In materia vide Matth. Afflict. in commento consti. regni
9 præludijs. q. ix. per totam q. † Tertiò, quia statuta magis æquiparantur vltimis voluntatibus, quàm pactis, & valet omnino argumentum de statuto ad testamentũ vel vltimam voluntatem prout latè tradit Ias. in l. non solùm. §. morte. col. xxv. à versic. vltimo, vsque ad versicu. vltra. ff. de oper. no. nuntia. Quin autem per testamentum, vel vltimam voluntatem non possunt cõiuges, & de dote & de donatione propter nuptias etiã inæqualiter & ad eorum libitum disponere, non est dubium. arg. l. j. C. de sacrosan. eccle. ibi, liber sit stylus, &c. De ratione tamen quæ mouit ad hoc statuentes, vide Papien. in forma libell. quo vxor agit ad dotẽ. in verb. dedit & legauit. col. j. Alibi tamẽ habetur, quòd statutum prohibens ne vir possit legare vxori, extendatur econtrariò ne vxor legare possit viro, quòd per plura nititur probare Curt. nepos consil. feuda. vj. col. j. cum tribus sequẽtibus. sed hoc nõ puto præmissis obstare, quia subtiliter intuenti diuersa ratio est, &c.
10 Quinta conclusio † quando in instrumento dotis promisit maritus, vel socer ipsam dotem cũ augmento reddere, & restituere in omnem casum, &c. tunc dico & mihi de iure persuadeo, quòd ipsum augmentũ sit restituendum vxori. non quantũ ad vsufruct. tantũ in vita ipsius vxoris prout aliqui interpretari voluerunt, sed quò ad plenam proprietatem, & dominiũ. Nam tali casu id fieri videtur ex pacto. & sic locum habet text. in d. c. fin. §. sanè. de dona. inter vir. & vxo. Non sic hæredibus vxoris, quia pactũ non valeret, vt hęredes vxoris de ipsa donatione propter nuptias quidquã lucrarẽtur. pono ad l. quanuis. C. de pact. cõuen. Et quòd talis restitutio augmenti tunc fieri debeat quo ad vsumfructũ in vita, nemo est qui hoc dicat; nec reperitur lex scripta de hoc vel decis. ergo &c. l. illã. C. de collat. & istud habere locũ posset, vbi stantibus vel nõ stãtibus dictis verbis, vigeret consuetudo quę seruãda proculdubiò esset. d. §. sanè. l. de quibus. §. inueterata. & l. diuturna. iuncta l. minimè cùm cæteris vulgaribus. ff. de legi. hanc quoq; sequitur Hauiza. in sua silua nuptiali. Quòd autẽ præmissa
11 conclusio sit de iure vera, probatur. † quia ppria & naturalis significatio verbi reddere est retrodare. l. verbũ reddẽdi. ff. de verb. sig. dare autem sicut importat dominij translationem. l. vbi autem non apparet. §. fin. ff. de verb. obliga. §. sic itaque. instit. de act. ita verbum reddere, seu retrodare, quod idem est, importare debet dominij retrotranslationem. & hoc bene, imo optimè adaptatur ad terminos nostros. quia est ipsius augmẽti dotis domina. Et quòd sit domina donat. propter. nupt. Saly. in authen. siue à me. nume. 2. C. ad Vellei. Iam fuerit ipsa mulier, viuente marito, saltẽ ad aliquos effectus, vt latè dixi in prima cõclusione, quinimò fuerit effecta domina ipsius donationis propter nuptias, sicut ecõtrà fuit vir effectus dominus dotis, vt tradit glo. in §. est & aliud. in glo. in verbo, exequentur. instit. de donat. & vt dixi in d. j. conclu. tale dominium perfectiùs & plenitis reconfirmatur per ipsam retrotraditionẽ, q sit per verbũ, reddendi, vt suprà idem quod suprà & fortiùs operari debet verbum restituere, quod † de sui natura plenam habet significationem. l. videamus. in Fabiana. ff. de vsur. & ij. q. ij. c. nullus &c. seq. iuncta glo. fin. d. c. nullus. verbum enim, restituere præsupponit eum cui facienda est restitutio, esse dominum rei restitutæ, seu quæ restitui deber. pondero ad hoc text. apertum in l. officium. ff. de rei vendicat. ibi, vbi enim probaui rem meã esse, necessè habebit possessor restitue re l. restituere. la. j. & la. ij. ff. de verb. sing. Pro hac mea cõclusione facit, quia specialiter est stantibus liberis primi matrimonij vt sit vsufructuaria mater eius vita durante donationis propter nuptias à marito lucratæ, vel quouis titulo collatæ. vt in auth. vxor iuncta. auth. seq. C. de secun. nupt. Ex præmissa conclusione, quæ etiam dicitur esse ex pacto, vt supra firmaui, infero notabiliter, quòd stãte dicta permissione reddẽdi, & restituẽdi, &c

Si vxor præmoreretur, deberet vir tantundem de dote lucrari, quod ipsa lucratur de augmento dotis præmoriente viro. per text. in d.l.pen.C.de pact.conuen.& per ea quę dicta fuerunt suprà circa princ. præcedentis conclusionis.

13 Sexta conclusio, † quando maritus fecit augmentum dotis de proprio ipsius vxori, vel ipsa vxor hoc facit, (quod idem est) vel confitetur maritus se nomine augmenti dotalis habuisse, & recepisse ab vxore, &c.seu alius quiuis pro ipsa vxore auxit dotem, istis casibus indistinctè restitui debet tale dotis augmentum ipsi vxori sol.matr. etiã si nulla facta sit promissio de hoc, nisi fortè contrarium expressè actum sit à cõtrahentibus. casus est in l.etiam in fi.iuncta glo.fin.ibi. C.de iure dot.& in l.inter socerũ.§. cùm inter. ibi, nec & facit l.j.C.de don. ante nup. & l. quod de suo.C.de. do. cau. & non nu. separabitur portio dotis.Ergo data est additamenti causa.ff.de pact.dotal. & illud de quo suprà dicitur propriè augmentum dotis vel additamẽtum.prout expressè sentit Bald. in d.l. etiam, col.ij.versic.quæro.de quo augmento loquitur hic,&c.C.de iure dot. Alia verò, de qua in præmissis conclusionibus locutissimus, dicitur donatio propter nuptias, licèt glo. & doct.sæpè ista duo capiant pro eodẽ, vel saltem dicendum erit quod duplex est augmẽtum dotis. donatio scilicet propter nuptias, & additametum quod fit ad dotẽ de bonis vxoris vel dotantis seu per confessionem mariti,vt suprà.& ita sentit expressè Bald.vbi suprà d. colum. secunda versi. quæro de quo augmento &c.& ideo quando maritus confitetur instrumento dotis se nomine augmenti habuisse, quod tamen re vera non habuit, talis confessio facta dicitur animo augendi ipsam dotem Bald.in l. prima C. de don.ante nup.& in l.secunda.C.de dote cau. non nume. & sic sortitur naturam ipsius dotis per omnia. & iste casus est quotidianus & practicabilis valde, ac sine scrupulo, quia hoc ferè in omnibus instrumentis dotalibus confitetur,maritus,etiam recepisse ab vxore vel à dotãte nomine augmẽti dotis, &c.quo casu etiam si nõ promittat restituere, tamen restitui debet cũ ipsa dote. per ea quæ suprà dicta sunt.pro quo etiã facit, quia expressio quantitatis adauget dispositionem.l.si sic.§.j. ff.de leg.j. Idem si expressio fieret per verba generalia,&c. vide Alexan.v. vol. consi. xxx. col.penult.versi.ponderanda, &c. Sed huic conclusioni repugnare videtur quod dixit Are.in d.§.est & alid. circa fin. com. quòd in dubio non videatur maritus dotare vel dotem augere, nisi expressè,&c. etiam si dicat, dedit in dotem, &c. cogita & bene videas. Adde quòd de tali genere augmẽti vel additamenti dotis. quod fieri cõtingit à pluribus durante marito.remissiuè tangit Bru. Asten. in tract.de augmento & readdi.in v. conclus. principali,inferius ad aliud propositũ allegata.Et adde quod etiam donat. propter nupt. augeri potest quemadmodum & constitui etiam constante matrimonio.§. est & aliud inst. de dona.& ibi glos. ponit de sponsalitia largitate.& quòd sit differentia inter augmentum dotis & donat. propter nupt. vide propositum in forma quando vxor agit ad dotem.in gl.in verb.simul cum omnibus.

14 Septima conclusio, † si fiat pactum inter coniuges, quòd prædecedente vxore in matrimonio relictis ex ipso matrimonio liberis, donatio propter nuptias lucro cedat vxori, non valet tale pactum, & ideò tali casu si vxor aliquem extraneum sibi hæredem vniuersalem instituisset, non fieret eidem restitutio ipsius dona. propter nuptias, sed illa reseruaretur filijs suis siue liberis ex ipso matrimonio.per l.prima & ij.ff.de pactis dotal.& ita illa duo iura loquẽtia de dote in casu contrario lucranda per maritum. extendit Bartol. ad donationem propter nuptias prædecedente vxore, vt suprà in l. quod scitis.§. primo versicu. sed contra oppo.C. de bon.quæ lib. & hoc est bene notandum. Differt autem ista conclusio septima à secunda conclusione supra in ordine posita. quia illa loquitur quando vxor transit ad secunda vota, & valet pactum, ista verò loquitur etiam vbi non transit ad secunda vota, & non valet pactum. & erit notabilis ampliatio quantum ad donationem propter nuptias, ad l. fœminæ.C. de. secund. nupt. & ad alia iura adducta in dicta secunda conclusione.

Vltimo ex dictis domini Alberti Bruni Asten.in suo tract. de augmento & readdit. in quinta conclusione principali potest dari

15 regula,†quòd omnia priuilegia dotis, & alia omnia disposita in dote locũ habeãt in augmento dotis.quod seruire poterit ad multas quæstiones in actu practico, & adaptari debet ad ea quæ in proposito allegati suprà in prima conclusione Laus Deo.

Franc. de ecclesf. Marchio consil.

Argum

Argumentum.

An & quando valeat alienatio facta per principem in subditos, de suis censibus & redditibus, & an, & quando arguatur contractus usurarius occasione interesse conuēti.

SUMMARIUM.

1 *Successor in dignitate an obligetur ex mutuo facto prædecessori cuius non est hæres, cùm non probetur nomine dignitatis acceptum & in eius utilitatem conuersum & fœneratitium sit.*
2 *Census pro mutuo in perpetuum remitti non potest.*
3 *Usura dicitur quicquid ultra sortem accipitur.*
4 *Successor in dignitate sui prædecessoris contractui facto nomine & ad utilitatē dignitatis stare tenetur.*
Successor in beneficio debita contracta per prædecessorem pro utilitate ecclesiæ soluere tenetur.
6 *Verbis narratiuis principum in quibus se fundant, standum est.*
7 *Prælatus ad instar usurarij victus contentari debet:*
8 *Creditor pecuniam, quam principi nomine dignitatis credidit conuersum in utilitatem dignitatis probare non tenetur.*
9 *Persona quæ simpliciter obligari non possunt, si contractus propter utilitatem factus sit, obligantur.*
10 *Alienatio bonorum regni quæ sunt parui momēti, valet, etiam si alienatio facta sit sine necessitatis cā.*
11 *Contractus nomen seu qualitas si non exprimatur, non inde præsumēdum est mutuum, si ex tali præsumptio ne contractus illicitus redderetur.*
12 *Contractus in dubio usurarius non præsumitur.*
13 *Redditus multiplicatus per uiginti annos principalem summam pro qua census constitutus fuit, transcendere non debet.*
14 *Pactum de retrouendendo facit ut res uendita minùs valeat, item & quando resolutio contractus est ad uenditoris nutum.*
15 *Rogationes principum iussus loco habentur.*
16 *Interesse ratione ultra sortem numeratam licitè capitur.*

CONSILIUM XVII.



Xcellentissimus ac magnanimus Prīceps, Franciscus Marchio Salutiarum requisiuit cō munitatem dictæ ciuitatis anno redēptionis humanæ xxxvj. s̄ millesimū quingentesimum die xxxiiij. Martii, pro negotijs suæ excellentiæ augmentum sui status concernentib. ut sibi prouideret de 2500. scutorum offerens se communitati dimissurum censum anuum ducatorum ducentum & grossorum ducentum ipsi domino Marchioni debitum. Et ita cōmunitas maximo cum interesse eandem sūmam mutuauit eidem domino suo, qui pro misit restituere. Sed non valens determinatè exprimere tempus restitutionis ordinauit per se & successores ex certa scientia, & motu proprio, & quandiu retinetur dicta summa 2500. scutorum, communitas dictum animum censum perciperet, ut plenius habetur publico documento, quod exhibetur.

Super quo quæritur, an illustrissimus dominus dominus Gabriel frater & in Marchionatu successor non iure hæreditario, sed quia feudum antiquissimum, antiquum & primum ac per regiam maiestatem inuestitus teneatur ad dicti contractus obseruantiam.

Redemptoris nostri IESV CHRISTI crucifixi nomine inuocato, videtur dicendū quòd non, † primo quia successor in dignitate non videtur obligari ex mutuo facto prædecessori, cuius non est hæres per dicta Inno. & Abb. in c.j. de deposito. Et maximè quia non probatur acceptum nomine dignitatis Marchionalis, & in eius utilitatem conuersum, ut requiritur, & præsertim cum sit fęneratitium. ut dicit Imol. & Barto. in authen. hoc ius porrectum. in fi. C. de sac. sanc. eccle. Nec videntur releuare verba illa instrumenti pro supplendo & prouidendo suę excellentiæ, quia cùm non posset regulariter talē contractum liberè facere sed solum ex causa permissa, ut dicā infra, de veritate talis causæ non statur narrationi ipsius domini Marchionis. arg. l. si fortè. vbi Barto. ff. de castrensi peculio. cuius regula etiam in principe locum habet in casibus, in quibus non potest liberè procedere. Fulg. consil. lxj. Domina Catherina. col. 2. nouissimè Deci. in l. si donationem. C. de colla. col. vj. versic. v. concludenter gl. procedit, & aliàs principes alienando, & causas in quem emittendo eneruarent de facili principatus, & successores supplantarent contra cap. j. cum ibi nota. in titu. qui success. teneantur in vsib. feudor. 2 Secundò † quia pro mutuo etiam realiter habito non potuit imperpetuum dimitti dictus census per communitatem Marchionibus annuatim debitus, cùm sit de Mar-

chionatus reditibus ordinarijs, quorum deminutionem notabilem contineret. Barto. in l. prohibere. §. planè. ff. quod vi, aut clam. Et ad hoc specialiter facit quod tradit Ioannes Raynerij in c. Imperialem. §. habito. de prohi. feud. aliena. per Federicum, dicens vidisse quæstionem de facto in vasallo, qui accepta pecunia remisit hominibus suis subsidium, quod sibi debebatur. posteà euenit casus, quòd feudum ad dominum directū est reuersum. Et concludit dominum non teneri ad standum tali remissioni. quia resoluto iure datoris est resolutum ius acceptoris. l. lex vectigali. ff. de pignor. vbi Ange. dum ergo illustrissimus dominus Marchio Modernus veniat ad Marchionatum non vt hæres alienātis, sed ordine successorio post exclusos illustrissimos fratres prius genitos Michaelem Antonium morte Ioan. Ludouicum inhabilitate, & Franciscum priuatione & omninò morte, vt filius illustrissimi domini Ludouici Marchiònis ac per dominum priuantem, inuestitus, non videtur teneri ad solutionem dictorum scutorum, nec ad dimittendum dictum censum annum Marchioni pro tempore debitum.

Tertiò dicta remissio census omnino videtur continere vsuram, ex quo fit pro pecunia mutuata quoad reddatur per debi-
3 torem. † Quia vsura dicitur quicquid vltra sortem accipitur. cap. plerique. c. vsura. xiiij. quæst. iij. & specialius facit, quia mutuans communitati vt non soluat certam ordinariam colectam dicitur vsurarius. cùm idem sit quòd mutuum accipiens det vel remittat creditori. cap. veniens. el primo. de testibus. & l. quis etiam. ff. de calumniat. & ita Ioan. And. & Anto. de Butr. in c. consuluit. de vsur. beatus Ang. in sua summa.

Nec videntur ad hoc excusare verba instrumenti, quòd talis summa exbursata fuit cum maximo interesse communitatis, & hominum, quos volēs illustrissimus Marchio aliqualiter sublevare, nolens quòd interesse patiatur, voluit quòd quandiu retineret dictos scutos 2500. cōmunitas dictum censum retineret in sortem non cōputandum. quoniam talia videntur dicta, vt blando vocabulo interesse vsura palearetur. Et ita princeps pecuniæ auidus faciliùs illam à subditis consequeretur. ita Anchar. in simili arguit consil. cxlix. in quæstione quæ vertitur. vt Alex. ponit in l. diuortio. in princ. ff. sol. matr. col. vij. versi. prædictis. Adde de muliere cui pro interesse dotis non solutæ aliquid annum vltra sortem datur. Et idem Alexan. libr. iiij. consil. xxvij. viso themate. col. iij.

Sed tamen prædictis minimè obstātibus,
4 contrarium verius videtur. † quia successor in Marchia teneatur stare contractui sui prædecessoris. c. j. de probat. Et maximè quia factus nomine, & ad vtilitatem dignitatis, vt colligitur ex præfatione & verbis instrumenti ibi, illustrissimus Princeps & dictus dominus Franciscus Marchio pro supplendo negotijs augumentū sui status cōcernentibus requisiuit sibi prouideri de scutis 2500. pro quibus obtulit se remissurum censum ipsi Marchioni debitum. Et communitas volens ipsi illustrissimo domino obsequi, & etiam ex verbis dispositiuis ibi. Hinc est quòd præfatus illustrissimus dominus Marchio, &c. l. si seruus communis. ff. de stipul. seruo. & dicit ibi Bart. col. ij. quòd etiam si primo expressum esset proprium nomen, tamen debet attendi nomen dignitatis, quod secundo expressum fuisset quando onus, pro quo fuit contractum, respicit dignitatē, vel quando fuisset contractum super re quæ dignitati pertinet. Et vtrunque hic concurrit. & ideò transit dispositio in successorem in dignitate, ex quo materia subiecta respicit dignitatem, etiam quòd nomen proprium tantum foret expressum. cap. dilecti. de fo. compen. & ibi Abb. in glo. ij. versic. nota. bene. cum similibus signatis per Decium in c. quoniam Abb. de officio delega. col. iiij. versi. ij. ex verbis Abb. infertur. & locum habet, esto quòd contractus prædecessoris sit factus cum subditis, quia obligatio inde orta est de iure naturali, cui princeps subijcitur etiam Papa & Imperator. Et pari ratione successor, vt tradit summa Angelica in verbo, dignitas. §. j. Ita vt hæc in cōsciētiæ foro magis militent, in quo dicta naturalis obligatio potissimè attēditur. Imo. & Cano. in cap. quia plerique. de immun. eccle.

Non obstat successorem non hæredem non obligari ex mutuo facto prædecessori. quia illud locum habere posset quādo esset pecunia numerata cōtemplatione personæ eius, & non ad vtilitatem dignitatis. Secùs quando pecunia traditur pro vtilitate dignitatis & personę sub nomine dignitatis, vt in proposito contingit. ita est text. in cap. j.
5 extra de solutio. vbi † successor in beneficio tenetur soluere debita contracta per prædecessorem pro vtilitate ecclesiæ. & ibi notat Abb.

Abb.inferens ad debita causata pro necessitate alimentorum vel infirmitatis prælati defuncti.Et idem Abb.in c.per tuas.de don. in ij. not. volens successorem teneri ad soluenda debita causata per prædecessorẽ pro necessitate vel veritate ecclesiæ. Et latè Ias. lib.ij.cõsilio ccxxij. de Archiepiscopo in demortui locum suffecto. Et quod de successore in prælatura dicitur etiam in successore dignitatis temporalis non hærede contrahẽtis locum habet summa Angelica in verbo, solutio. §. vj.& vij.Imò magis talis obligatur per statim dicenda.

Et ad hoc non obstat quòd non constet de tali necessitate,nec sit verbis hoc enũtiantibus standum. nec quòd huiusmodi pecunia fuerit per illustrissimũ dominum Franciscum Marchionem versa in necessitates vel vtilitatem Marchionalis dignitatis. Quia primo respondetur, quòd hoc dici non potest in principe contrahente cum subdito.
6 Tum † quia verbis principium narratiuis in quibus se fundat, standum videtur.cle.vnic. de probat.quæ quo ad hoc vt narrationi stetur donec contrarium probetur procedit etiã in habentibus iura Imperij in suo territorio, vt de Comite Virtutum d. Cardinal. consi.cxxviij.in causa quæ vertitur,tum quia subditi cum principe non vltroneè sed ex requisitione contrahentis non sunt imputandi,si causę probationem non exegerunt, tàm ratione metus reuerentialis.l.j. §. quæ onerandæ.ff.quarum rerum. act. non,quàm ex eo q credere debuerunt verbis principis eorũ,qui bonus est præsumendus.l. merito. ff. pro socio. l. j. ff. de officio præfect.prætor. & non dixisse mendacium, quod naturæ opponitur.Aristo.primo rhetor. propter quod & multa alia Marianus consi.xv.visis prædictis.col iiij.versic. nec est verum quòd in terminis nostris teneantur probare, &c.dicit, quòd etiam prælato in simili casu credi potuit, quòd magis in principe procedit, cui præ alijs conuenit veritas inconcussa. Bald. lib.iij.consi.cclxxix.pridiè enim consului.

Secundò respondetur, quòd probabitur notorietas causæ allegata augumentãdi status, quę tẽpore cõtractus suberat dupliciter. Prima erat causa consequendi statum ciuitatis Albæ & Marchiæ Montisferrati, pro quibus litem admodũ dispendiosam habebat coram iudicibus per Cæsarem deputatis,in qua ius prætendebat,vt Marchio Saluciarum, & iure primogenituræ habens inter descendentes à Thetone primo Saluciarum Marchione secundogenito Aledrami primi Marchionis Montisferrati . cuius filij primogeniti Gulielmi nomine extincta fuit linea morte Ioannis vltimi ex dicto primogenito sine liberis defuncti superstite Manfredo tunc Salutiarũ Marchione. Secunda erat mente concepta,& pręparabatur bello exequenda.Er ad hoc vt creditor qui numerauit pecuniam prædecessori dignitatis habeat actionem contra successorem,satis est, quòd probet causam subesse tempore contractus,etiam quod non probet illam pecuniam versam fuisse in illam causam. ita dicit Abb.post Hostien.in d.c.j.de solut.in vltimo notãdo.& in c.quod quibusdam. de fideiuss. col. ij. versic. sed post mortem prælati. quia aliàs esset multum durum, quòd mutuans prælato eunti Romã deberet probare quòd ille Romæ expendit illammet pecuniã pro causa ecclesiæ. Et ista opinio in proposito nostro tenenda videtur ex pluribus. primo quia maior est potestas Marchionis perpetuò inuestiti & ex successione vocati in Marchia, quàm sit prælati in ecclesiastico benefi
7 cio,† qui ad instar vsuarij debet victu contentari.xj.q.ij.cap.Episcopus.glo. in cap.fina.de pigno.& in cap.res ecclesiæ.xij.q.j.adeo vt teneatur ad restitutionem, si vltra hæc expendat bona ecclesiæ. Ioannes de Lignano. in cle.gratiæ.de rescriptis.

Secundò quia hic non sumus in contractu mutui, de quo in instrumento verbum nullum, sed in contractu gratia vtriusque celebrato, quia Marchio voluit pecuniam petitam consequi à subditis, & soluendam tempore indeterminato ad sui placitũ, acto
8 quòd interim subditi retinerẽt cẽsum.† quo casu non est necessariò probanda conuersio in vtilitatem dignitatis, vt in fortioribus terminis prosequitur Marianus præallegatam consultationem maximè. col.vj.versicu. Est ergo aduertendum. Et fuit opinio Innoc.in dicto cap.j.de deposi. quam sequitur Bal. in dicta Auth.hoc ius porrectũ.colũ.penul. inferens quòd si mercator vendat Abbati pannum pro monachis induẽdis, obligatur monasterium, dato quòd Abbas conuertat in alium vsum. Et tradidit Roma.consil.440. non est dubium. Et è contra in venditione facta per Prędatum & pretium recipientem, ob aliquam causam. Idem firmat Decius cõsil. 330. Conclusio firmata per clarissimum virum.vnde venio ad secundùm.

Tertiò

Tertiò quia hic dominus Marchio absolute, & irreuocabiliter nō alienauit rem immobilē Marchiæ, sed remisit censum communitati debitrici resumendum seu recatandum cum pecuniam restituere ad omne beneplacitum excellētię suæ. per ea quæ dicit Abbas in locis præallegatis. Et maximè dicto cap j. de deposito.col.ij. in glo.j.versic. inducitur iste text.cum gloss ad quæstio. Ex his concurrentibus præsumendum est pecuniam à communitate habitam fuisse conuersam in causam enuntiatam à principe, quæ uideri & palpari potest.cum dicat Ioan. de Imol.in cap.nam concupiscentia. de constitut. col.ij.versicu. extra gloss.quòd satis est quòd possit imaginari causam subesse in dispositione principis. Ex quibus colligitur non obstare, quod secundò principaliter opponebatur post Bartol.in d.§.planè.& Ioan. Raynerij in d.§ habito. quia non loquitur in alienatione facta pro necessitate, aut vtilitate augēdæ dignitatis, vt fuit in proposito, in quo propterea ligatur successor.c.Abbate sa-
9 nè. de re iud.lib.vj. † quia personæ quæ simpliciter obligari non possunt, tamen obligātur quando contractus propter vtilitatem factus est.l.ciuitas. ff. si certum petatur.& ita in contractu Marchionis Montisferrati vt liget successorem.Ias.firmat.libr.iij. consil.x. nonnullis nolens.col.iiij. versi.item ex alio capite. Iura enim, quæ prohibent alienationē intelliguntur de illa, quæ est damnosa prohibitæ personæ, non autem de vtili. cap.vt super aliqua.§.fin.de rebus ecclesiæ non alienandis,& in alienatione facta per reges Frāciæ prohibitos alienare lege Salica omnia quæ spectant ad Regnum tradit. supra Nazarius.li.j.responso primo, defuncto Carolo Teuthonum duce.in iij. dubio. & in alienatione facta per illustrissimum dominum Carolum primum Sabaudie ducem ex causa vtilitatis, eis qui tractauerant matrimonium illustrissimæ dominæ dominæ Blanchæ, ex quo separatur dictus Marchionatus Montisferrati, tradit Socin. d.consi.iiij.col.iij.versic. præterea ponderandum est. & Iason libr. ij. consi.ccxxvij. Carolus olim illustrissimus Sabaudiæ dux.col.iiij.versiculo viij.& in omnibus dictis locis concludunt consulentes propter causam vtilitatis cessare prohibitionē, & obligari successorem ad obseruantiam. Quorum dicta clarius locum habēt in casu in quo nulla est expressa alienandi prohibitio, & alienatio est de modico & reuocabilis ad nutum illustrissimorum dominorū Marchionum restituto precio. per doct.Barto.in
10 d.§.planè.† quod valet alienatio Regis quādo est de bonis Regni, quæ non sunt in magnam diminutionem status regalis, etiam si alienatio facta sit sine causa necessitatis. Et comprobat multum Iason d.consil.x.col.iiij. versicu.præterea. & idem firmat Decius vbi agitur deliberando.vt hic, fuit.cōsi.cclxxxix. Non est parui ponderis.ad finē.& quod tali casu successor teneatur stare alienationi vult Barto.in d.§.planè.& latè Iason lib.j.consil.j. præsupponitur in facto.ij.dubio.

Secundò principaliter non obstat, quòd contractus iste videatur fœneratitius ex quo pro scutis 2500. mutuatis retinetur census annuus illustrissimo domino Marchioni debitus.quia primo respōdetur, quòd iste non est cōtractus mutui, de quo verbum nullum fit in instrumento. Talis forma contrahendi repugnat, quia pecuniam recipiens aliquo determinato tempore non vult obligari ad restitutionem tantæ summæ simpliciter ad requisitionem tradentis, vel certo tempore sed indeterminatè cum potuerit, seu voluerit. per l.ij.§. creditum. ff. si certum petatur. cum ibi notat. per Bartol. & posteriores.
11 Et † postquàm nomen, seu qualitas contractus non exprimitur, non est præsumendum mutuum, maximè quando ex tali præsumptione contractus illicitus redderetur.
12 † quia in dubio non debet præsumi contractus vsurarius.Bald.in l.rogasti.§.si tibi.ff.illo eodem tit.in fin.primæ lect.cum similibus, vt ibi dixi col. xij. versic.vj.ampliatur. Socin. lib.ij.consil. ccxlviij. nunquid ex duabus. & Decius consi.cccviij.in casu ad nos transmisso.col.ij.versi. ij.datio insolutum. Sed præsumendum est, vt sit contractus licitus hoc modo, quòd communitas transtulerit dominium pecuniæ à se numeratæ illustrissimo domino Marchioni, quam nunquam posset ab inuito exigere. Et illustrissimus dominus Marchio remisit communitati cēsum ab ea debitum, quoad pecunia numerata manet apud eum & successores. Et talis contractus est licitus, sicuti quilibet potuisset emere à domino Marchione vel alio nō duo ius proprietatis dicti census tantum, sed redditum annuum præstandum super censu, vel simpliciter soluendum.vt per Ioan.And.& Cano.communiter in cap.in ciuitate.de vsuris. Laurentius de Rodulphis in cap. consuluit. eo.tit.quæst.xj. Si ergo ab alio potuerit emi multò

multò magis potest à communitate ius retentionis acquiri. quia facilius acquiratur ius retinendi, quàm petendi. l. per retentionem. C. de vsuris.

Et si dicatur contractum talem non posse seruari ab iniustitia, quòd pro scutis 2500. semel solutis, retineantur quolibet anno ducati ducentum, & grossi ducentum, & sic ad rationem nouem pro centenario, & consequenter non videtur seruari debita æqualitas, quæ

13 debet esse, † vt redditus multiplicati per viginti annos non transcendant principalem summam, pro qua census constitutus fuit. argu. §. quia vero in Authenti. de non aliena. & ita dicit summa Angelica, siue iste sit contractus emptionis siue innominatus do vt remittas. in versi. vsuras. §. xliiij.

Respondeo, quòd imò talis contractus est permissus ex extrauaganti Calixti. & posterioris Martini vtriusque summorum Pontificum. quæ sunt prima & secunda, in titu. de emptio. & venditio. & permittunt in longe maiore æstimatione. & loquimur in terminis, quando princeps egens pecunia vendit annuum censum in dominio suo communitati, vel subditis. quòd contractus valet. Et Iulius 11. cùm esset Cardinalis Hostien. & legatus Ariminensis, motus, quòd ex talibus constitutionibus patrimonia multorum egentium breui tempore deuorabantur, cauit ne talis redditus exigerentur vltra septem pro centenario. Et ita in omnem euentum iste de quo agitur, videtur subsistere, quia propter facultatem quam habet illustrissimus dominus Marchio soluendi summam principalem, & ita recuperandi annuũ censum aut retinẽdi pecuniam, & hoc modo dimittendi censum periculo communitatis, census ipse minor est valoris, & minus quilibet tertio fuisset venditus. per dicta Panor. c. ad nostram. de

14 emp. & vendi. † quòd propter pactum de retrouẽdendo res minus valet, & maximè quando resolutio est ad libitum venditoris, cui emptor facit duplicem gratiam. quia pecunia, qua egebat numerat & pactum facit, quòd ad libitum quandoque rem recuperet eo precio. vt prosequitur Socin. ij. parte con. dicto consil. ccxlviij. col. ij. versic. ij. & col. fin. versi. postremo. Et dicit genitor eius Marianus consil. xv. supra adducto. col. pen. versic. Et propter prędictam causam, quòd si res alienata simpliciter valeat centum, alienata cum tali pacto ad libitum alienantis resolutiuo minime valeat de xxv. aut xxx. & ita computanti patet quòd contractus iste non ascendit ad summam de septem pro centenario, si quarta pars deducatur propter dictam facultatem domino Marchioni competentem. Secundò respondetur ad obiectum principale, & oppositum incidenter, quòd pecuniã istam exborsarunt ciues inuiti, cùm non haberent illã, sed cum labore, & interesse. quæsierint propter requisitiones potentis, & velocis ingenij Marchionis,

15 † quæ sunt loco iussus. glo. in l. fin. in versic. sed ego. ff. quod iussu. Et erga subditos inducunt metum. Panor. in cap. vlt. qui cleric. vel mon. Bald. in cap. j. §. iniuria. de pace iuramento firmanda. Et ideò subditi, à quibus sic princeps contra verum, & liberum voluntatis motum accipit pecuniam, possunt sine labe vsuræ accipere ex redditibus annuis principis, quia princeps pecuniam non accipit nomine veri mutui, cum nolit obligari ad eam reddendã, ita vt à subditis exigi possit. Et ita magis est natura emptionis & venditionis quam mutui, etiam quòd subditi non intenderent emere. per tradita in dicto c. in ciuitate. & prosequitur summa Angelica in d. verbo, vsura. §. lxxvij. & sequent. Tertiò respondetur, quòd etiã si instrumentũ expressè de mutuo loqueretur, quòd ciues Salucienses vltro & sponte fecissent illustrissimo domino Marchioni, tum quia cum maximo eorum interesse, & dispendio, vt instrumentum cantat, possent tantum de dicto annuo censu retinere, quod ascendat ad tale interesse passum in congreganda pecunia, & quòd continuè patiuntur, donec re-

16 stituantur. † Quia ratione interesse licitè capiatur vltra sortem numeratã. glo. & Abb. in capitu. conquestus. de vsuris. nedum dãni emergentis, vt in proposito, sed lucri cessantis in solito negotiari. l. iij. §. fin. ff. de eo. quod certo loco. vbi Bart.

Nec huic vltimæ responsioni refragatur, quòd non sit standum verbis ennunciatiuis debitoris de interesse creditoris, etiam si de certo confiteretur, secundum ea quæ supradicta sunt post Anchar. & Alexand. quia probabitur per testes, & aliàs legitimè de veritate ipsius interesse, quod passa est & patitur de præsenti communitas, non ratione lucri cessantis, sed damni emergentis, quæ defectu ipsius pecuniæ pecuniã aliunde accepit ad interesse, & per contractus admodum damnosos. Et probata huiusmodi veritate omnis difficultas proculdubio cessat, vt dixi in d.

in d.§. si tibi. col. viij. versicu. ij. ampl. regula. Ex quibus omnibus concludendum est, quod illustrissimus dominus Marchio modernus non debet à communitate hunc.cen sum exigere, nisi prius solutis d. scutis 2500. pro debito iuris æquitatis conscientiæ, honestatis, & etiam propriæ vtilitatis, ne (quod absit) egens pecunia non inueniret, qui illi crederent, timens secũ ita agi à successore, si excellentia sua non staret promissis à prædecessore. iuxta text. in cap. loci. xxxv. qõ. ix. vbi Stephanus V. ait loci nostri consideratio nos admonet non infringere, quæ vtiliter à maioribus nostris sunt statuta. & vt dixit tex. in cap. institutiones. xxv. quęst. ij. exemplo docere cęteros nostro quandoque posse dissolui. salua semper correctione suæ excellentiæ & sui celeberrimi consilij.

Ioannes Franciscus purpuratus.

Argumentum.

Dubia data in causa census per consilium. Marchionale.

SVMMARIVM.

1 *Successor in dominio tenetur ad obseruantiam contractus cum subditis initi etiam sub dignitatis nomine.*

2 *Contractus principum qui fiunt super re ardua et magnæ importantia, non, nisi cum procerum consilio fiant, ualent. & consi. seq. nume. 1.*

3 *Ex cõtractu usurario nulla oritur obligatio nec actio.*

4 *Verba, id quod datur ultra sortem, sit gratis datum, apposita in contractu mutui ab usura non excusant nec soluti etiam scienter repetitionem impediunt.*

5 *In donatione ob bene merita non solùm bene meritorum probatio sufficit, nisi bene merita ad rei donatæ ualorem ascendant.*

CONSILIVM XVIII.

Iuino præsidio inuocato, dubiũ qđ mouet Marchionale cõsiliũ, vt nõ teneat illustris. dictus d. Modernus Marchio ad obseruãtiã cõtractus initi p illustris. nunc quondã do. Fraciscũ tũc Marchionẽ fratrẽ suũ, cui in Marchionatu successit cũ cõmunitate Saluciarũ quidquid cõsuluerit excellens iurisconsultus dominus Franciscus Purpuratus Ducalis Pręses dignissimus ac meritissimus breui cõpendio & absq; diffuso allegationũ apparatu absoluetur. quia sit sermo viro præstantissimo, videlicet quòd oẽs Doctã Pontificiæ, quàm Cæsareæ pro-
1 fessionis, qui tenent † successionẽ in dominio teneri ad obseruantiã contractus sui prædecessoris cũ subditis initi etiã sub nomine dignitatis, quos latè congerit Felin. in illo cap. j. post Abb. in j. nota. de probatio. & in cap. nouit. in vij. & ix. col. de iud. & pulchrè cõsuluit Cardi. Zabarella consil. cxlvij. bene facit text. in cap. ad apostolicæ. §. sed ad hoc. de re iudi. libr. vj. cũ multis similibus. & firmatur hæc conclusio per doctores nostros in alijs varijs & diuersis locis, quæ non curo referre, quia esset magis laboriosum quàm subtile, præsupponunt actum & contractũ validum, & quòd ex eo fuerit orta obligatio & actio naturalis & ciuilis. quia data seu præsupposita contractus nullitate seu inualiditate, frustra tractatur de illius obseruantia etiã ex parte contrahentis, multo minus in persona successoris. quia quod nullũ & inualidũ est, nullum effectum producere potest. iuribus vulga. bene facit tex. in l. si seruum. §. si modice. ff. de acquir. possess. sicut in simili dicimus de instrumento & sententia. quia iura tàm ciuilia quàm municipalia de & super eis disponentia præsupponunt etiam instrumenta & sententias valere, & tenere, vt latè concludunt Bart. & Moder. maximè Iason illa l. iiij. §. condemnatum. ff. de re iudica. Nullitas autem & inualiditas ipsius contractus resultat ex duobus, videlicet ex forma & materia, ex forma quã dicimus dare essentiam rei. l. cùm hij. §. si Prætor. ff. de transact. apparet nullitatem resultare. quia cum talis contractus, vt de se patet, dicatur factus de & super re ardua & magnæ importantiæ, siue personarum, siue etiam subiectę materiæ qualitatem
2 inspiciamus, † ad eum non fuit processum cum interuentu & consilio procerum, prout requirebatur & requiritur in contractibus Principum, vt firmiori solidiori iure subsistant. l. placet. & ibi Bald. & Ias. qui infert ad multa etiam à summis Pontificibus & Cæsaribus gerenda, vt non valeant tolli sollennitate commissa. C. de sacrosanct. eccles. bene facit text. in l. humanum. vbi etiam Bal. C. de legib. & est pulcher text. in l. dubium non est in princip. C. de repud. Nec obstat si dicatur, quòd ibi aderant duo ex consiliarijs Principis, quorũ alter erat vicarius ipsius ac iurisperitus

ritus & præclarus doctor. Quia respondetur, quòd non fuerunt adhibiti vt consiliarij sed vt testes, si tenor instrumenti legatur. ex cuius solennitatis defectu quod inducit nullitatẽ respectu formæ resultat secunda nullitas ratione materiæ. quia si illa solennitas fuisset adhibita, non fuisset suasum ipsi principi minusque consultũ, quòd ita & eo modo contraheret, cum talis contractus sit & dicatur fœneratitius, vel saltem in fraudẽ vsurarũ factus. fuit enim cõtractus mutui; quia fuit tradita pecunia, & eius restitutio promissa, vt ibi patet. bene facit text. in l.j. in princi. & in §. appellata. ff. si cert. pet. super quo contractu non est licitum dare seu promittere, nec pacisci vltra sortẽ, aliàs dicitur vsura, quæ omni iure diuino & humano est prohibita. c.j. & c. super eo in ciuitate. c. conquestus. & c. consuluit. de vsur. vbi dicitur sumpto ex Euangelio; Mutuum dantes nihil inde sperantes. bene facit text. in l. si non sortem. in
3 princ. ff. de condit. indebi. † vbi ex contractu vsurario nulla oritur obligatio nec actio, siue ciuilis siue naturalis. imo omne datum repeti potest, etiam si talis datio processisset ex ignorantia iuris, vt plenè habetur in l.j. ff. de condi. indeb. & in l. cùm quis. de iur. & facti igno. refert & sequitur Alexan. tertio vol. cõsiliorum, consi. lxxx. ad finẽ. Nec obstat si dicatur, quòd illa remissio census de summa ducentorum aureorum & totidem grossorum fuit gratis & spontè per ipsum dominũ Marchionatum remissa, quod fieri potuit, vt not. glo. & Panor. in d.c. conquestus. de vsur. & in rub. eo. tit. Quia respondetur quòd hoc procedere potest quando nulla interuenit pactio inter contrahentes, vel aliqua mentio ad hoc fuit habita inter partes seu interuenit
4 pactio, vt in casu isto; † tunc etiam si partes agerent vel tractarent, quòd id quod datur vltra sortem, sit gratis datum, vt fieri solet in talibus contractibus, talia verba non excusant ab vsura, nec impediunt repetitionem soluti, etiam scienter. ita expressè determinat Paulus de Castro in d.l. rogasti. in fine. ff. si certum petatur. quem refert & sequitur Alexand. in proximo allegato consilio lxxx. vltima col. lib. iij. & sic cùm ex tali contractu à iure reprobato non oriatur obligatio, & consequenter nulla actio nec ciuilis nec naturalis; frustra tractatur an successor tali contractu ligetur, vt illum obseruare teneatur; cùm nec prædecessor ad hoc teneretur. Et istam declarationem apertè sensit Felinus in illo cap. primo, de probatio. in primo notab. & prima declaratione, licèt loquatur in terminis validitatis contractus. Stãte ergo ipsius contractus nullitate & inualiditate ex causis præmissis, frustra quæritur de illius obseruãtia. Sed præsupposita non tamen concessa validitate contractus, videtur quòd Princeps noster illum obseruare non teneatur, arguẽdo à sufficienti diuisione. aut enim volumus dicere ꝙ prædecessor contraxit nomine proprio, & tunc nec teneatur, cùm nec sit eius hæres, aut contraxit sub nomine dignitatis, vt sanè veriùs videtur, si videantur verba narratiua contractus, ex quibus arguitur mens & intentio contrahẽtis. l. regula. §. cum quis. ff. de iur. & fact. igno. l. fina. ff. de hæred. instit. cum similibus. Et tunc minus, quia non apparet de causis in specie allegatis concernẽtibus commodum & vtilitatem status, sed tantum in genere, quòd non sufficit. Et licèt aliqui voluerint diuinare causas in specie, videlicet causas Montisferrati, & præparationem ad bellum. vt ibi de hoc. Et quis hoc sibi reuelauit? Et si contrahens non expressit in contractu, quomodo nos exprimere debemus? cùm conceptum in mente retẽtum, nihil operetur. l. non omnis. ff. si certum petatur.

Præterea ad talem effectum non solùm etiam sufficeret allegans causam in specie, nisi probaretur pecunia versa in commodũ & vtilitatem status. Exemplo eius quod dicimus de ecclesia minore & republica, seu vniuersitate, quæ à pari cum filio procedũt, quòd non sufficiat probare mutuum, nisi ꝓbet versum in vtilitatem accipientis, vt latè habetur in illa l. ciuitas. vbi Bar. & omnes. ff. si certum petatur. & in l. fina. & in auth. quas actiones. C. de sacrosanct. eccles. Similiter & videmus in materia donationis inter perso-
5 nas iure prohibitas, † quia si allegentur merita ex quibus sustineatur donatio, oportuit talia merita probare, vt donatio sustineatur, vt habetur in l. si fortè. ff. de castren. pecul. & in l. si donationes. C. de collat. imo magis nõ solum requiritur meritorum probatio, sed quòd merita ascendant ad valorem rei donatæ, aliàs retractatur donatio pro illo pluri, vt pulchrè concludit Alexander qui alios refert in quarto volumine consiliorum, consilio quinquagesimosecundo. & in terminis Oldra. consi. ccxxvj. quondam episcopus. iij. col. versi. ij. vbi donatio. & sic cùm non appareat de causis in specie cõcurrentibus digni-

statem status, minusque de earum veritate, & quòd talis pecunia fuerit conuersa in cômodum & vtilitatem status, vel dignitatis Marchionalis non videtur successorem in dignitate teneri, ergo &c.

Francis. de Eccles. March. Consil.

SVMMARIVM.

1 *Contractus principum qui de re ardua fiunt, non, nisi de procerum consilio fiant, ualent.*

2 *Contractus in qua nonnihil præter sortem percipitur, usurarius est.*

3 *Pignoratio leuioris & minoris est praiudicij quàm alienatio.*

4 *Feudi fructus & commoditates pignorari possunt, licèt non ipsum feudum regulariter.*

5 *Ex mutuo licèt nonnihil præter sortem capiatur, usura fit. secus tamen in interesse, qui licitè capi pôt.*

6 *Feudum de domini supremi consensu non solùm pignorari, sed etiam alienari potest.*

7 *Summa magna uel modica dicitur respectu personæ ad quam refertur.*

CONSILIVM XIX.

Res fuerunt in effectu per magnificũ Marchionatus senatum dubitationes motæ aduersus contractũ celebratũ per illustrissimum dominũ Frãciscum tũc Marchionem cum cõitate Saluciarum. Prima concernit defectum formæ,
1 † quòd non interuenerit consilium procerũ ante ipsum contractũ, velun fuerit celebratus de re ardua ꝑ casum in l. placet. vbi Bald. & Ias. qui infert ad multa notanda in hoc ꝓposito &c. C. de sacrosan. eccles. Nec videtur sufficere, ꝙ vicarius prælibati quondam principis cũ vno ex cęteris cõsiliarijs fuerit testis in ipso contractu, sed debuerat consiliũ præcedere. Secunda concernit defectũ materiæ. Nã cũ fuerit contractus mutui, non videtur licitè conuentum fuisse, ꝙ ducat cc. & totidẽ grossi censuales annuales retineri pos-
2 sent, vel percipi vltra sortem principalẽ. † Ex tali enim contractus specie resultat vsura, & consequenter nullitas ipsius cõtractus, vt xiiij. q. iij. c. vsura. cũ infinitissimis ad hoc allegatis. Nec releuat, ꝙ illa remissio fuit gratis facta, vt cantat instrumentum; quia fuit pactionata, & sic videtur facta in fraudẽ vsurarũ. per id quod dicit Paul. de Cast. in l. rogasti. in fi. ff. si cer. peta. cũ alijs allegatis ad hoc. Tertia concernit vt non ligetur illustrissimus & excellentissimus Princeps noster ad talis contractus obseruantiã præsupposita etiam eius validitate, quia non hæres. Itẽ quia causæ concernentes commodũ, & vtilitatẽ status Marchionalis, non leguntur in specie enunriatæ in ipso instrumento, nec ꝙ ipsa pecunia fuerit versa in commodũ & vtilitatem status, apparet, &c. per iura & rationes, de quibus in ipsa tertia dubitatur.

Ad motiua supra scripta quãuis subtilia & elegantissima facilè & breuiter respondetur, vt infra. Et primò, ad primum respõdeo negando assumptũ, videlicet quòd dictus cõtractus fuerit de re ardua celebratus, & exigeret consiliũ procerũ. quia in dicto cõtractu non continetur distractio totalis seu alienatio ipsius census, sed solũ pignoratio.
3 † Nã minoris & leuioris præiudicij procul dubio est feudi pignoratio, quàm totalis alienatio. ita Aluaro. in c. imperiale. in principio. de prohib. feu. alien. per Federicum. Et tradit Curt. nepos in trac. feud. iiij. par. in v. car. vers. Septimò quæro, &c. & hoc tanto fortius ꝓcedere debet, quia dicta census pignoratio facta non fuit tanquam de feudo, sed potius tanquã de fructu ipsius feudi, quo casu multo faciliùs de iure fieri pôt secũdũ Ioannem Fab. in §. itẽ Seruiana. c. xiij. col. Instit. de act. & tradit idẽ Cur. vbi supra car. ix. versicu. Sextò
4 principaliter quæro. vbi & indubitanter † tenet fructus & commoditates feudi posse pignorari, licèt nõ ipsum feudum regulariter. Secundò respondeo, quòd præsumptio iuris est, ꝙ princeps contrahens vel disponens super re ardua, vel magni p̃iudicij prius partici pauerit cõsiliũ procerũ suorũ. ita probat̃ in l. placet. & ibi notat̃. C. de sacros. eccl. ibi, rationabilis cõsilij tenore præpenso. quæ in cõtrariã partẽ allegata fuit. & idẽ probatur in l. humanũ. C. de legib. & ita expressè per illa iura, & plura alia firmat Matti. Lauden. in trac. de Principibus. in iij. car. circa fin. Allegata igitur in contrariũ procedũt vbi cõstare posset de contrario, id est, Principẽ fine consilio & discussione procerũ processisse ad contractum de re ardua &c. & omnino succedit, ꝙ qui habet præsumptionem iuris pro se, dicitur habere intentionem fundatam, ita vt allegans contrarium teneatur illud probare. Sed hæc negatiua quomodo probari poterit,

rit,& tanto magis, quia ipsi proceres fuerũt pro testibus adhibitis in instrumẽto, & ideo non est verisimile quòd prius cum ipso Principe non discussissent negotium. Præterea responderi possent, quòd contraria locum habent in Papa, Imperatore, Episcopo vel Prælato, qui habent connexitatem quãdam cum proceribus eorum, vt Papa cum Cardinalibus, Imperator cum Electoribus, Episcopus cum capitulo, vt scilicet contractus vel depositiones talium de rebus arduis aliter non valeant, quàm de consilio ipsorum procerũ. Sed in alijs Principalibus qui liberè possunt contrahere, & disponere, tale consilium procerum non est ad necessitatem, sed ad bene esse. Prima tamẽ & secunda resolutio veriores videntur. Ad secundam dubitationem respondeo, quòd si & quatenus videri poterit excessus circa remissionem annui census, de quo agitur percipiendi per communitatem donec summa principalis reddita sit, id sanè retractari poterit, sed pro quanto verificauit ipsam communitatem mutuantem passam interesse in dicta pecunia mutata congreganda, sanè illud licitè percipi & retineri potuit. per ea, quę tradũt gl. & doct. in c. cõquestus. de vsur. vbi volunt, † quòd licèt vltra sortem capere

5 ex mutuo sit vsura, tamen secùs est pro interesse, quando tale est interesse probabile. Et ideò probato dicto interesse prout vere probari potest cessabit vsuraria præsumptio. Et sic præsumẽdum erit, quòd dicta remissio census facta fuerit pro interesse faciendo, & non pro vsura, quia in dubio debet semper capi illa coniectura, quæ excludit delictum. vt in l. meritò. ff. pro socio, cũ simil. vel si pertinaciter quis renere vellet ipsum contractũ vsurarium & fœneratitiũ, saltim negari non posset, quin sors principalis veniret restituẽda communitati. per text. in c. j. de vsur. pro quo facit, quia quando vtile potest ab inutili separari nõ vitiatur per ipsum inutile. vt tradunt doctor. maximè mod. in l. j. §. sed si quis mihi Phamphilum. ff. de ver. oblig. Ad tertiam dubitationem respondeo, & si satis discussa & resoluta remanet ex ijs quæ adducta sunt per M. & prestantissimum dominũ Purpuratum præceptorẽ meum, quòd præsupposita alienandi potestate data per Christianissimum atque inuictissimum Francorum Regem de feudo masculi, vsque ad certam quãtitatem, & prout de hoc informatus redditur illustrissimus dominus dominus noster Marchio modernus clarum est, quòd tenetur ipse Marchio ad dicti contractus obseruantiam, quia stante dicta licẽtia valuit ipse

6 contractus ab initio. † Nam potest feudum de consensu domini supremi nedum pignorari, sed & in totum alienari. per tex. in c. imperialem in princ. de prohi. feu. alie. per Federi. & in c. j. in tit. qualiter olim feu. poterat aliena. & tantò magis, quia, vt dixi suprà, dictus contractus non potest dici magni præiudicij, imò paruum præiudicium ex eo generatur, attento quòd pro modica summa potest recuperari, considerata qualitate personæ ipsius Principis, ad quem redimere & recuperare spectat. iuxtam illã glo. not. in l. sed & si susceperit. §. j. in glo. in verb. modica. ff. de iudi. & alia glo. in l. sed si ego. ff. ad Vellei. & per ea, quæ tradit Ias. post Bart. ibi in l. admonendi. col. penul. versic. viso. ff. de iure

7 iuran. vbi voluit † summam dici modicam, vel magnam, secundùm qualitatem personę ad quam refertur. & ideo glo. in d. l. sed & si susceperit. §. j. dixit, quòd cẽtum iugera terræ fuerunt modica summa respectu Comitissæ Amattilde donãtis. de qua ibi. & ideò attenta dicta licentia superioris hoc casu cessat omnis difficultas. nec debet attendi an ipsa pignoratio facta fuerit pro cõmodo & vtilitate dignitatis, & an conuersa fuerit ipsa summa in vtilitatem & augmẽtum ipsius dignitatis vel non. Accedat ad dictum contractum confirmatio postea facta per ipsum Christianissimum Regem seu per eius vicesgerentem in Italia illum Comitem Guydonem de Rangona. quæ confirmatio sola absque alia licentia præcedente videtur sufficere in simili contractu vel pignoratione. ita concludunt Aluaro. & Andr. de Iser. in d. c. imperialem. in princ. de prohib. feud. alien. per Federic. & est communis opinio. & per sanctum Georgium in sua inuestitura, in gl. & cum pacto de non alienand. colum. v. & Cur. in d. par. car. xvj. versicu. ij. cadit necessaria dubitatio.

Constantius Carolus.

SVMMARIVM.

1 *Princeps sine suorum procerum consilio ardua explicare potest.*

2 *Contractus mutui non est quando pecunia per numerantem peti non potest, licet sit in recipientis facultate quando uoluerit restituere.*

3 *Capitula admittenda.*

CONSILIVM XX.

Vamuis eleganter soluerit clarissimus dominus Constantius dubia subtiliter concepta contra cõmunitatẽ Saluciarum, tamen vt petẽtibus nõ me denegẽ in maxima tẽporis angu
1 stia, ad primũ vltra duo, † q etiã ardua Princeps põt explicare sine cõsilio procerũ, licet ad bene esse adhibeat. vt latissimè concludit Fely. in rub. de consti. col. j. & ij. cùm quo moderniores ibi trãseũt. & amplè firmat Barb. lib. j. consil. j. ex sacris. Secundò, q p̃sens alienatio resolubilis ad beneplacitũ illustrissimi domini Marchionis modica pecunia nõ dici tur res ardua, quæ in ꝓposito diceret, vbi esset ꝑpetuò alienatũ vnũ oppidũ Marchionatus, vt de magna ciuitate alienata per Papã dicit Bál. in l. cùm multa. C. de bonis, q̃ liber. Etenim arduũ dicitur arbitrio iudicis. imò in c. edoceri. de rescript. bon⁹ iudex verisimiliter nõ arbitrabitur hoc etiã arduũ. ideò Anna. consi. lxxxj. uiso instrumẽto. dicit Ducem Mediolani, & si vicarius tantùm sit Comitatus asten. potuisse facere moderatã donationẽ, multò magis Marchio ita reuocabiliter alienare rẽ Marchiæ ꝑ necessitate causatiua & honesta. Ad secundũ patebat euidens & multiplex responsio ex ijs quæ dixi in priore cõsultatione. versi. iii. principaliter nõ obstat. vbi ex tribus principalibus deduxi. q contra
2 ctus iste erat iustus ab vsura alienus. † Primò q̃a iste nõ est cõtractus mutui, ex quo pecunia nõ põt peti ꝑ numeratẽ, licet sit in facultate recipiẽtis restituere pecuniã quotiẽs voluerit, cõstat vsurã tãtùm cõmitti in mutuo, vt ꝑ Canon. maximè. Anna. rubr. extrà. de vsur. versi. in q̃bus rebus. & ita in fortioribus terminis & casu vnius cẽsus annui consuluit Rapha. Comensis consil. clxxxj. proponitur, q cõmune Thaurin. maximè q̃a dans pecuniã ibi præsupponebatur fœnerator, & volũtariè pecuniã numerauerat, hic aũt cõmunitas est immunis ab omni tali exercitio, nisi passiuè, quæ nolens dedit pecuniã Principi altissimi cordis eã volẽti. arg. l. nouissimè ibi, metu ne cõpelleretur. ff. quod falsò tut. aucto. & quòd isto casu cẽpisset præsũptio vsuræ, ex quo nõ põt repeti pecunia vult Alex. lib. iij. consi. lxxx. circa primũ dubiũ in ij. dubio ibi, nõ obstat si diceret, dũ soluit cõtrariũ ꝑ speciale in deposito, vt deponens ante terminũ possit mutare voluntatẽ & repetere. l. j. §. penult. ff. deposit. Ergo in contrarium est ius cõmune. l. qđ verò contra. ff. de legib. & ea ratione specialitatis Alex. cõtra in suo casu vsuram. & sic vult secus esse vbi nõ põt pecunia repeti, præsertim ꝑpetuò, vt in casu isto. Secundò respondeo ex dictis beati Angeli in summa versic. vsura. §. lxxvij. quæ videantur. Tertiò, quòd pecunia à Principe petita fuit coacta cũ maximo subditorũ interesse, quod ex abũdanti consulo probandũ, postquàm negari videtur, vt ita de illo in specie capitulet dominus Aduocatus commu-
3 nis. † Et sunt admittenda capitula, vt in terminis dixi i l. rogasti. §. si tibi. ff. si cer. pet. col. viij. in fi. versi. si tamen talis conuentio, &c. Et laudabilius de hoc summatim excellentia Marchionalis se informaret, qui debet secundùm suã cõsciẽtiã iudicare vt Deus, omissis apicibus iuris. Bart. in l. j. vt quę desunt Aduoc. & secundùm quãlibet harũ responsionũ cessant omnia aggregata in dubio q̃ prę supponũt mutuum & vsuram, quia nec mutuum est. & vbi esset, nõ est vsura ex duobus vltimis responsionibus. Sed vbi omnia ista non admitterentur, & pronunciaretur contractus re ipsa vsurarius, quod nusquam puto facturos doctissimos & iustos dominos consiliarios, non potest dici sortem præsentem restituendis imputatis censibus trium annorum, vt dominus Constantius dicit. iuxta. l. j. & ij. C. de pigno. actio. & quia etiam si pupillo pecunia mutuetur, nõ debet ex ea fieri locupletior cum aliena iactura. l. nam hoc natura. ff. de condit. indebit. Ad tertium principale dubium quod non apparet de causis in specie allegatis, concernentibus commodum status, sed tantùm in genere, quod non sufficit. Respondeo, quod anno millesimo quingentesimo trigesimo sexto, mense Martio, quo rogatum fuit instrumentum, erant causæ non diuinatæ, sed vtinam non sint veræ super quibus in rubr. semper iurari de calumnia per magnificum dominum Motinantem, & de veritate in conscientia Principis per excellẽtiam suam. Primò his longo, & dispendioso processu agitata in Gallia ad causam inhabilitatis reuerendissimi domini Iouannis Ludouici filij primogeniti illustrissimi domini Marchionis

nis Ludouici post defunctum illustrissimum dominū Michaelem Antonium, quem obtinuit priuari Marchionatu, & pronunciari inhabilem etiam à Cęsare, quæ aperuerunt ipsi locum in dicto successorio primogenituræ, & consequenter illustrissimo domino Marchioni moderno.

Secundò tūc pendebat causa status Montisferrati, de qua memini in priore consilio in quo fuit diligens, & acerrimus Aduocatus dominus Motiuans, qui non ignorat in illa dominum Marchionem eo anno, & per antea expendisse summas longè maiores, q̄ sit illa pro qua contenditur, & vtiliter ex cōsilio ipsius domini Motiuantis aliorumque pluriū pro statu cuiusque primogeniti Marchionis Salutiarum. Et consequenter excellentissimi domini moderni Marchionis, si secundum tale consilium iudicatum foret, aut adhuc in reclamatione admissa iudicaretur.

Tertiò anno sollicitauerat maxima impensa causam restitutionis, quam praetendebat villarum & castrorum contra illustrissimum do. dominum Sabaudiæ ducem, & pro qua venerat illustrissimus dominus Præses, tunc Parisiensis dominus Antonius de Prato nūc supremus Franciæ Cancellarius, qui mense Februario immediatè præcedenti fuit Carmagnoliæ per ipsum quondam dominum Marchionem honorificè receptus, & per agentes suos semper comitatus, quæ autem mense illo Martio, quo pecuniam à communi habere voluit, egerit pro prædictis habendis, attestantur secretarij eius, & multi qui in curia excellentissimi domini eius germani sunt necnon & sequentibus illius anni mensibus, quo equidem causam illam Montisferrati Ianuæ* per multos excellentes Aduocatos est corā delegatis Cæsareis, & ipsum Cæsarem prosecutus. Et licèt tales causas indiuidualiter non exprimat instrumentum, tamen satis est quòd eo tēpore de facto subessent, & nunc probentur. vt dixi in primo consilio, & versicu. & ad hoc non obstat, quod non constet, quia nō refert etiam in personis prohibitis si in causa exprimatur in specie vel in genere, si tempore expressionis verè subsit, quia tota vis consistit in existentia talis veritatis magis quàm in specificatione. Bartol. in l. si fortè. ff. de castr. pecul. & ideò si nulla esset expressio specialis, aut generalis, modò probaretur subesse, sufficeret. Bald. in authent. ex testamento. col. iij. C. de colla. Deci. cons. xx. in responsione ad septimum argumentum.

Non obstat quòd non probetur conuersio in commodum, sicut dicitur de pupillo, Ecclesiæ & Reipublicæ. Quia vbi supra respondi, ante quàm dubium fieret, & probatio prædictorum præsumitur argumento l. si defunctus. C. arbitr. tutelæ. & maximè isto casu quo cōmunitas non agit, sed conuenitur. Marti. consil. quintodecimo, col. vij. versicu. vj. & eo magis, quia non valet argumentum de prælato tutore, & administratore ciuitatis ad principem perpetuò inuestitum quo ad potestatem obligandi tanquam de minore ad maius negatiuè. glo. in capitu. cum in cunctis. in j. de electio. quia maior est potestas Marchionis talis ad obligandū successorem, quàm prædictorum. imo & quàm sit Papa aut Imperatoris, vt Iason probat in l. prima. ff. de constit. princi. col. secunda. versicu. vltra quatuor modos. quia Papa aut Imperator non habent ius ex successione, sed electione. cap. fundamenta. capitu. venerabilem. de electio. & fuit consideratio Martini de Laud. tracta. de princip. cap. cxxvij. Constantinus Imperator. Et ideo successor in dignitate tali Marchionali regulariter obligatur etiam subdito ex contractu prædecessorum, ideo Campegius Aduocatus consistorialis inter consilia Pruni, consi. secundo. viso themate, col. octaua. & ibidem Bartol. Socin. consi. x. visa quæstione. col. septima. versicu. quinta conclusio.

Ex quibus omnibus est iudicandū pro cōmunitate Federina conuenta, quæ non debeat, cū stante necessitate, cōpelli ad mutuādū, ex quo non habebat à se pecuniā sine interesse, & minus ad donandū pro acquirendo, & recuperando. Abb. in cap. sicut nostris. de iureiurando. & vbi ad donandū seu subueniendū tenebantur pro eorū rata tantum cū reliquo Marchiæ. Salua correctione M. Senatus Marchionalis in facto me melius, & in iure instructissimi.

Ioan. Franciscus Purpuratus.

Argumentum.

An & quando causa delegata per dominū superiorē vasalli debeat remitti iudici ipsius vasalli, & ex quibus inducatur prorogatio iurisdictionis, & nullitas inquisitionis cū forma sententiæ in causa appellationis.

SVMMARIVM.

1 *Iudex superior ex quo causam ad se aduocauit, de ea iudices inferiores cognoscere non possunt.*

2 *Iurisdictio iudicis competentis, licet per exceptionẽ declinare possit, facilius prorogatur, quàm iurisdictio iudicis penitus incompetentis.*

3 *Cui committuntur consequentia uidentur & committi antecedentia.*

4 *Protestatio tollitur per actum contrarium protestantis posteà simpliciter subsecutum.*

5 *Ius quæsitum ex alicuius facto tolli per eum amplius non potest.*

6 *Ratificatio pro parte fieri non potest maximè vbi alterius præiudicium uertitur.*

7 *Iudex qui apposita declinatoria ad vlteriora processit partes assignando, quòd se competentem tacitè pronunciasse videtur.*

8 *Rescriptum licet per falsas preces aut ueri taciturnitatem impetratum sit, non tamen iurisdictionem mero iure tribuere desinit.*

Rescriptum subreptitium iurisdictionem mero iure tribuit.

9 *Pœna etiam pecuniaria antequàm imponatur priùs de impositionis causa liquidissimè constare debet.*

10 *Negatiua probari debet per eum qui se fundat in ea siue agendo siue excipiendo quis negatiuam adstruat.*

11 *Citatio partis cui præiudicium inferri possit, in quocunque actu præiudiciali requiritur.*

12 *Iudicis scripturæ non, nisi testium subscriptionem habeat, creditur.*

13 *Iudex qui se tanquàm pars gerit, suspectus redditur.*

14 *Iudex ad hoc ut possit in pronuntiando se fundare super nonnulla scriptura, oportet quòd illa scriptura in actis producta sit.*

15 *Actore non probante reus & si nihil probauerit, absoluendus est.*

16 *Negatiua instrumenta an fuerint protocolata, qualiter probetur.*

17 *Contumacia ad hoc ut puniatur, inexcusabilis esse debet.*

18 *Sententia lata ob causam neque ueram neque apparentem in appellationis causa retractari debet.*

19 *Scriptura iudicis attestantis se uisitationem in testiũ præsentia fecisse non, nisi à testibus subscripta sit, creditur.*

20 *Officialibus plenissimam potestatem habentibus in alterius præiudicium non creditur.*

21 *Sententia lata super processu inquisitionali non præcedentibus, quæ ad inquisitionem necessaria sunt, est iniusta.*

22 *Iudici non nisi quatenùs ex processu apparet, credendum est.*

23 *Iudex maiorem honorem consequitur si absoluat, quàm si condemnet.*

CONSILIVM XXI.

DIVINO implorato præsidio, in casu ad me transmisso concludendum videtur non debere causã remitti rationibus infrascriptis. Primò quidẽ, quia posito sine veri præiudicio, quòd possint domini de Montroroxio super secunda instantia in causa appellationis cognoscere, &
1 definire, † tamen ex quo superior causam ad se delegando aduocauit, non videtur quòd ipsi domini inferiores possint vlterius se in ea causa intromittere, vt not. Innoc. in c. cùm M. in fi. de consti. Bal. in c. j. §. ad hæc possessio ex præmissis. de pac. iur. fir. Idem Bal. in l. si vt proponis. la j. C. quomo. & quando iud. Pet. de Anchara: in consi. lvij. Circumscriptis. no. Dec. in c. vt nostrum, in prin. de appel. in consilio cxcj. col. penul. ad finem.

Secundò posito, quòd aliàs ipsi domini, seu eorũ procurator potuissent delegatum per excellentiam Marchionatus virtute suorum priuilegiorum declinare, tamen ipsius delegatio iurisditio videtur firmiter approbata, & quo ad præsentem causam dictis priuilegijs renunciatum. Et pro euidentiore demonstratione adduco notata per Alexan. in l. non videtur. in apostil. ad Bartolum ff. de
2 iudicijs. vbi vult, † quòd faciliùs prorogatur iurisditio iudicis competentis, licèt per exceptionem possit declinari, quam iurisdictio iudicis penitùs incompetentis. Et ideo primo casu per solam contumaciã prorogatur iurisdictio, secundo casu non. Adduco etiam notata per Angelum in l. sed & si susceperit. ff. de iudi. vbi per simplicem petionem copiæ libelli prorogatur iurisdictio iudicis competentis, licèt per exceptionem posset declinari, secùs vbi iudex esset ipso iure incompetens. In proposito negari nõ potest, quin delegatus à superiore sit mero iure competens iudex. Et licèt parte dominorum allegetur, ipsum posse declinari virtute exhibitorũ priuilegiorum, tamen eius iurisdictio plusquã sufficienter videtur pro-
3 rogata. † Primò per petitionem copiæ productorum factam per procuratorem dominorum in memoriali tento sub anno 1520. die

die 22. Nouembris. Item in memoriali tenso sub die penultima eiusdē mensis & anni petijt pronuntiari malè appellatū & bene iudicatū, quod facere non posset iudex incompetens. Et si petijt ita pronuntiari per dominū Cōmissariū in necessarium antecedens censetur eius iurisdictio ad probata.l. ad rem mobilē,l.a'd legatū.ff. de procur.no. Ias.in l.si conuenerit.col.vj. circa med.versic. sed aduerte.ff.de iurisd.omniū iudicū. Item in memoriali tēto sub die quarta Decēbris de anno 1529. petijt procurator dominorum copiā actorū sibi expediri corā memorato domino Cōmissario, vnde succedūt not.per Alex.& Ange.in locis prællēg. Item in memoriali tento sub die xiij. eiusdē mensis, & anni petijt sibi dari aliā dilationē ad respondendum positionibus, eo q aduocatus eius esset extra patriā, & sic nō dissensit procedere corā domino cōmissario super meritis cāe principalis, ideo succedunt quæ dixi supra allegando Ias.in d.l.si conuenerit. colum. vj. Itē in alio memorali tento sub die vicesima Decēbris, opposuit nō esse respondendum positionibus tanquā factis contra cōfessionē iuratā ipsius ponentis, & super hoc petijt ordinari & ius dici super meritis causæ, quod facere non posset dominus Cōmissarius, si esset incompetens, prout tamē nō est, nisi iurisdictione eius prorogata.d.l.ad rem mobilem.ff.de procur. cū alijs supra adductis. Item memorali tento sub die octaua. Ianuarij de anno 1530. petijt ordinari non esse respondēdum positionibus, & super meritis iudicij, ergo, &c. & licet vigesimasecunda Ianuarij petierit cām remitti, tū die vigesimaquinta Februarij petijt copiam actorū sibi expediri cū termino deliberādi, & sic censetur recessisse

4 ab eo quod prius petierat, † quia protestatio q non intēdebat consentire in dominū cōmissarium fuit sublata per actū contrarium protestantis postea simpliciter subsequutū c.solicitudinē.in fi.de appella.l.cū in plures. §.locator horrei.ff.loca.cū simi. vt per Mod. in l.nō solū.§.morte.ff.de operi.nou. nuntiat. & in c.cū in cunctis.extra de constitu.& licet procurator postea redierit ad remissionem causę, & super ea institerit, tamen eius incōstantia non habet obesse appellanti seu supplicanti, cui iam erat ius quæsitū.l.in causa.

5 la.ij.ff. de minoribus. † Ius enim quæsitū ex facto alicuius, amplius per eū tolli non potest.l.fi.ff.de pac.no. Dec.in consi. clx.col.fi. circa mediū. Nec obstat si dicatur quādo procurator dominorū talia gessit, nondū erat legitimata eius persona. Quia respondetur, q gesta per eum fuerunt ratificata sub die 25. Februarij anno 1530. vnde perinde est ac si ab initio causæ habuissent mandatū per regul.ratihabitionē.de reg.iur.& in vj.& si dicatur, non fuerunt ratificata gesta inquantum procurator petijt pronunciari per dominū cōmissariū male appellatū, respondetur du-

6 pliciter. Primò † quòd talis ratificatio nō potuit fieri pro parte ex quo erat vnica causa, pro qua procurator cōpatuit. Itē qa vbi vertitur alterius præiudiciū, ratificatio pro parte tantū fieri non potest. secundū Bar.in l.cū debitore.ff.rem ra. habe. & in l. cū quęritur. ff.de adm.tutor. Secundò respondetur, posito sed nō cōcesso, q talis ratificatio potuerit ita fieri, dico q solū fuit exceptus vnus actus ergo in alijs actibus gestis per procuratorē firma manet ratificatio.vt no. Bar.in l.quęsitum.§.denique.ff.de fun.instrum. facit text. in l.tribunus.§.fi.de testam.milit.in c.nonne. de præsump.in l.cū prætor.ff.de iudi. cū sim. Item cū illa exceptio fuerit limitata solū respectu vnius actus; ergo ad illū tantum actū limitatè debet referri.l.in agris. ff.de acquir. rer.dom.l.age.vbi Ias.C.de transact.sed etiā semoto illo actu excepto plures alij legūtur actus gesti per procuratorē & sub ratificatione contenti, quos supra demonstrauimus, ex qbus de prorogatione iurisdictionis plenè & sufficienter apparet.ergo,&c.

Secundò quòd præsens causa nō debeat

7 remitti facit. † Nam opposita declinatoria dominus cōmissarius ad vlteriora processit assignando partē ad respondendū positionibus, & faciēdo assignationes ad ius. Ex quo videtur se competentē tacitè pronunciasse. Et ideo imputandū est parti, quæ ad delegātem non appellauit. & licet de hoc sint opiniones, tamen varietas opinionū pcedit vbi in iudice non erat fundamentū iurisdictionis, secus in casu nostro in quo constat dominum cōmissariū habere iurisdictionē virtute delegationis, licet domini putent se posse declinare. Et ita tenet Imol.& alij doct. relati p Ias.in l.ex quacunque. col. pen.ff.si qs in ius voca. non ier. Et ideo est quia isto casu non militat timor militans processus, tanquā agitati corā iudice incōpetenti. quia, vt sæpe est dictū, adest in dño cōmissario cōpetentia, ex qua processus firmiter sustineatur. Non obstant modo adducta in cōtrarium, quòd Gulielmus Agenexij confessus fuerit

cum iuramento, &c. Et quòd non possit venire contra concessionem iuratam, quia ista videtur leuis opinio. quia posito quòd sit verum, quòd confessus fuit, videlicet posse dominos de Montoroxio deputare commissarios, non tamen sequitur, quòd non potuerint renuntiare eorum priuilegijs, & prorogare iurisdictionem domini commissarij, & quòd nō possit superior, eas ad se, seu ad eius delegatum aduocare, vt in præcedentibus dictum est. Præterea talis confessio non videtur præiudicare, quia videtur esse emissa super eo quod est iuris. quia an domini de Montoroxio possint deputare commissarios necne, istud videtur in iure consistere, quia confessio iuris nihil prorsus nocet. Cū per confessionem partis non possit iuris dispositio immutari. l. ornamentorū. ff. de aur. & argen. lega. not. Barto. in l. j. ff. si cert. petat. sed esto sine veri præiudicio, quòd rescriptū seu commissio esset impetratum per falsas preces, aut per veri taciturnitatem, vt parte dominorū fuit deductum in allegationibus,

8 adhuc istud non obstat. † quia tale rescriptum tribuit iurisdictionem mero iure, ideo opus est exceptione. vt est tex. not. in l. præscrip tu. vbi Barto. in iij. col. & Ias. in ij. not. C. si contra ius vel vtil. publ. Imò plus volunt ibi communiter doct. quòd delegatus per tale rescriptum possit cognoscere de causa principali, non obstante exceptione mendacij, ex quo aperta videtur responsio ad allegata parte dominorum. Et profectò cum in eo doct. non discrepent rescriptū subreptitium tribuere iurisdictionem mero iure, & exceptione esse opus, cū non sit dubium dominum commissarium esse iudicem competentem, & non debere causam remitti. quia licet fuerit opposita exceptio declinatoria, tamen illa fuit tardiùs opposita post prorogatam iurisdictionem, vt supra demonstratum est. Ideo perinde est ac si opposita non fuisset. argu. l. fina. ff. qui sat. cog. facit text. in l. ita demum. cum ibi not. C. de procur. Imò tali exceptioni declinatoriæ apparet fuisse renuntiatum per actus à parte dominorum gestos, vt supra abundè comprobauimus. Non obstat si dicatur, quòd in priuilegijs dominorum prohibentur subditi ipsis contrauenire sub pœna indignationis. Quia respōdetur, quòd facta contra prohibitionem, cui est adiecta pœna, non reduntur nulla, quia sufficiens videtur afflictio pœnæ absque eo quòd actus annulletur. vt not. Card. in c. pependimus. q. xxxv. de sent. excom. & Abb. in capi. si vere. eod. tit. refert & sequitur Dec. in c. intelleximus. col. ij. circa med. extra de iud. Aliter respondetur, quòd illa prohibitio nō est circa substantiam actus, quia non prohibetur quis secundum instantiam inchoare seu causam appellationis agere; sed est circa qualitatem & modum, quia debent subditi dominorum de Montoroxio, vt parte dominorū dicitur, primā appellationis causam corā ipsis aut deputando per eos intentare. Ideo talis prohibitio, quæ est circa modum appellandi, non reddit actū factum contra prohibitionem nullum, vt declarat Ias. in l. non dubium. col. v. circa princip. C. de legib. potest etiā aliter, & tertio responderi, quòd cum ista prohibitio sit in concessione Marchionum, non redditur actus in contrarium factus nullus. vt not. in specie idem Ias. in d. l. non dubium. col. v. ante medium. versic. & per hoc pulchrè infero, &c. Et ex his omnibus pūto satis sufficienter cōprobatum iniustum esse desiderium Mag. dominorum de Montoroxio instātium causam remitti. Venio nunc ad merita causæ; quia est facta assignatio ad ius præcise. Et pro faciliori veritatis demonstratione præmittam aliquas conclusiones, ex quibus inferam ad decisionem totius causæ. Demum subijciam, quę sint partes dñi cōmissarij in pronūtiādo.

9 Prima igitur præmittitur cōclusio, † quòd vbi agitur de imponenda pœna etiam pecuniaria debet prius liquidissimè de causa impositionis constare. l. in testamento. la j. ff. de condit. & demonst. & ita per illum tex. dicit Bald. in l. vni. in tertia oppo. ver. item quō ad commissionem. C. de his, quæ pœn. nomi. in c. j. col. fina. versi. porrò in prædictis. quali. do. feu. propin. fa. quod not. Bald. in l. cum proponas. circa fi. C. de hæredit. instit. not. Alex. ij. vol. in consi. xxxiij. col. j. ante med.

10 Secunda fit conclusio, † quòd negatiua debet probari per eum, qui se fundat in ea siue agendo siue excipiendo quis negatiuam adstruat. vt no. Bart. in l. pen. §. docere. per illum text. ff. ne quis eum, qui in ius voc. ve. & Ias. ff. de verbor. obligat. cum similibus. vt ibi tradit Alexan. & Mod.

11 Tertia fit conclusio, † quòd in quolibet actu præiudiciali requiritur citatio partis cui præiudiciū posset inferri. quod maximè locum habet in criminalibus. l. nam ita diuus. ff. de adop. latissimè per Moder. in l. de vnoquoque. vbi Hyppo. de Mar. in sua rep. ff. de re

re iudic. adeò quòd citatione omissa redditur processus nullus.vt ibi not.

12 Quarta fit conclusio, † q̃ scripturę iudicis nō creditur, nisi habeat testium subscriptionem.c.cum à nobis.extra de testi.no. gl. in c. quoniā cōtra. ver. duos viros. extra de prob.

13 Quinta proponitur conclusio, † quòd iudex qui gerit se tanquam pars, redditur suspectus.vt per glo.not.in c.statutum. in prin. in versi.copia. de rescript. in vj. Abb. in cap. licet.in vj.not. in fin. de regu. not. Decius in c.super literis.col.vij.ante med. de rescrip.

14 Sexta habetur conclusio, † quòd ad hoc vt iudex possit in pronuntiando se fundare super aliqua scriptura, requiritur quod illa sit in actis producta, nec sufficit quòd iudex illam viderit, & legerit, quia illud non concludit iudici vt iudici, sed solum inducit priuatam scientiam.ita Bald. in l. fin. col.xiij.C. de edict.diui. Adria. Tol. cuius dictum pro singulari refert, & sequitur dominus Ias. dicens, quòd frequēter in palatijs allegatur. in l. ait prætor.§. si iudex. col.iiij. ante med. ff.de re iudic.

15 Septima restat conclusio,† quòd licet reus in se assumpserit onus probandi, & nō probet, adhuc tamen debet absolui actore non probante.glo.not.in l.circa.& ibi Barto.ff. de probat.Bald.in l.frustra.C. de proba. & in l.j. C.si aduers.credit.Barto.in l.diuus.col.ij.ff.de re iud.Dec.in consil.iij.col.fin. ad fi. in consil. xliij.colum.j.post princ.& in consil. ccccxxx. col.ij. circa med. Ex istis conclusionibus ita præmissis infero,quòd iniuste fuit Gulielmus Agnetij condēnatus nullo modo probata intentione fisci dominorum de Montroroxio. Nam multa fuerant obiecta crimina, scilicet nulla probatio apparens neque per testes, neque per instrumenta, solum fuit motus dominus consulēs, quia non redegit instrumenta recepta per eum in aliquem librum protocolli authenticum, profectò non debuerat tantus vir mihi maior obseruandus se fundare super ista negatiua, quæ probata non reperitur parte fisci, prout probari debuerat, vt supra in secunda conclusione.non enim sequitur,fuerunt certi papireti dicti Gulielmi per eum recogniti, inquibus aderant quædam instrumenta recepta. ergo illa instrumenta non sunt protocollata. sufficit enim quòd appareant aliqui papireti, & quod instrumenta in eis contēta sint in authen. registrata. vnde ista probatio fisci neque de necessitate neque alio modo concludit.ergo,&c.c. in præsentia. de proba l.nō hoc.C.vnd.legi.cum sim.Prætereà quomodo potuit consulens dicere,quòd nō apparebat instrumenta fuisse protocollata, si protocollum non vidit,vel si vidit, illud non fuit in actis exhibitum. per dicta supra in vj.

16 conclusione. † Nam illa negatiua, non fuisse protocollata instrumenta, debuerat probari per inspectionem illorum instrumentorum & protocolli. vt not.Bart. in l.Titiæ textores. in ij.not.ff.de leg.j.idem Bart.cōsil.lxxx.Martinus.col.j.& not.in l.fin.vbi Bald.in iiij. opp. C.de reb.cred.& idem Bald. in l. cum testamento.in j.C.de manu. testa. Alex. in consil. cxxj.viso puncto.col.j. in fi.lib.iiij. & in consi. lix.viso tit.col.fin.in j.eo.lib. Et si dicatur imputandum est contumaciæ ipsius Gulielmi, qui sæpius assignatus noluit protocollū producere;respondetur, quòd non tenebatur producere, & parare probationes fisco, qui in causis criminalibus nō debet sumere probationes de domo rei,& petere vt sibi edantur instrumenta,iuxta plenè not.per cano.in c.j.de iud.no. Alex.ij.vol. in consi. lxxxiij. visa facti narratione.col.fi.doct. in l.j.C. de eden.

17 cum sim.Præterea ad hoc † vt quis ex contumacia puniatur, illa contumacia debet esse inexcusabilis. vt no.Ias. in l.vni.§.j.col.ij. post primam.ff.si quis ius dicēt.non obtemp. Sed iste Gulielmus incarceratus seu detētus esto sed nō concesso,quòd aliàs teneretur edere protocollum, tamen propter detentionem habuit iustam causam recusandi. iuxta not. per Alex.in l.ij.col.fi. vers. quid de carcerato. ff.si quis cau. ista tamen non videntur necessaria. quia Gulielmus non fuit cōdemnatus ob contumaciam, sed ob crimen, videlicet quia non apparebat ipsum protocolla instrumenta,&c. quę causa non erat sufficiens,nec de ipsa causa apparebat. quia illa negatiua

18 non fuit probata,vt suprà deductū est.† ergo talis sententia lata ob causam non veram & non apparentē debet in causa appellationis retractari in tantum, quòd licèt huiusmodi sententia potuisset ferri ex vera causa, & ex ea iustificari, istud tamen non prodest sententiæ,ex quo causa expressa non extitit probata.ita glo.& Barto.in l.si is ad quem.vbi Ias col.iij.cum pluribus sequen.ff.de acq. hęred. & ex quo talis causa probata non reperitur, perinde est ac si in rei veritate non subesset. l.duo sunt Titij.ff.de testa. tute.& propterea imperator in l.fi.C. de fideicommiss. liberta. dicit quòd fatuus est iudex qui in sententia

causam

causam exprimit,ex alio de iniustitia senten.
tiæ apparet, quia illa videtur fundata super
visitatione scripturarum Gulielmi facta (vt
dicitur) per dominum Cõmissarium primæ
instantiæ, quæ quidẽ visitatio in præiudicium
ipsius Gulielmi fieri non potuit eo nõ citato,
neq; enim de citatione in actis apparet,vnde
succedũt quę scripsimus.s. in iij.conclusione.
Item de illa visitatione legitimè non vide-
rur. constare.quia ipse dominus Commissa-
rius seu iudex delegatus est ille, qui attesta-
tur de illa visitatione, & de præsentia te-
19 stium, † sed eius scripturæ, seu eius attesta-
tioni non creditur, sed erat necessaria sub-
scriptio illorum testium, quos asseruit fuisse
præsentes, vel saltem scriptura alterius no-
tarij cum attestatione quæ conciperet ver-
ba in tertiam personam.s. domini Commis-
sarij per dicta suprà in quarta conclusione.
20 pro quo fortiùs facit, † quia etiã officialibus
habentibus plenissimam potestatẽ non cre-
ditur in alterius præiudicium. vt not. Barto.
in l.diuus.col.ij.ff.de custo. reor. Alexand. in
consil.lxxv. videtur iuxta præsentem consul-
tationẽ.col.fin.lib.v. Dec.in consi.xciiij.col.ij.
circa medium. & maximè ista procedunt,
quia illa qualis qualis visitatio fuit facta pro-
prio motu d. Cõmissarij absq; eo quòd pro-
curator fiscalis super ea facienda institerit,
& sic argumentatur affectio d. Commissa-
rij, qui se vti pars gessit.vnde succedunt not.
suprà in quinta conclusione. Ex quibus ap-
paret,quòd licèt Gulielmus reus in causa ap
pellationis fecerit pro defensione sua quas-
dam positiones, illę tamen non erant neces-
sariæ, nec de earum probatione videtur cu-
randum. cùm ex actis primæ instantiæ non
appareat fundata intentio fisci, nec ex actis
secundæ instantiæ. cùm tamẽ debuisset ante
condemnationem & pœnæ impositionem
liquidissimè de causa. constare iuxta tradita
suprà in prima cõclusione, ideo etiam quòd
in causa appellationis non produxisset reus
aliqua iura, adhuc tamen videtur ex pręmis-
sis absoluendus per scripta suprà in septima
conclusione. Ex alio deprehenditur iniu-
21 stitia dictæ sententiæ. † quia fuit probata su-
per processu inquisitionali non præcedenti-
bus,quę ad inquisitionem sunt necessaria,ad
quam procedi nõ debet, nisi reus inquisitus
infamatus fuerit de tali crimine & fama pu-
blica à personis fide dignis præcedat non se-
mel,sed sæpiùs & sit tãta, quòd generet scan
dalum.c. qualiter, & quando. el.ij.§.j. & in §.
fin.de accusat.c. licet Hely. de simon.c.j. de
accusat.in vj.not. Angel.Are. in tract. malefi.
in ij.car. versic.iiij. principaliter. cum simil.
vt in addit.ibi habetur, quòd secũdùm istam
conclusionem, inquisitionem. formatam fa-
ma publica non præcedente reprobauit Ful
gos.in consil.cxxxvj. in causa criminationis.
col.fin. versic.notissimè verò. & in cons. cvij.
super eod.& Ioan. de Anna. in consi. lix. visa
inquisitione.& de tali fama, quòd processe-
rit non statur assertioni iudicis inquirentis,
si attestetur in ipsa inquisitione, quòd illa for
mata fuit fama publica præcedente sæpè &
sæpiùs.vt not.Fulgos. in terminis dicit in d.
consi.cvij.col.ij. vbi inquit, quòd talis forma
inquisitionis per totam Italiam obseruatur,
& quòd de tali fama constare debet ex pro-
cessu & non creditur assertioni iudicis inqui-
rentis de fama publica præcedente. Nam est
22 regula communis, † quòd iudici non sit cre-
dẽdum, nisi quatenus ex processu appareat.
c.quoniam contra. de probat. & tradit Dec.
in consil.clxx. col.ij.ante med. in cons.clxxv.
col.ij.post princip. & in consil. clxxxix. col.fi.
ante med.in quibus locis etiam reprobat in-
quisitiones aliter quàm suprà dictum est for-
matam referendo & sequendo præallegata
consilia Fely.in casu autẽ nostro nulla pror-
sus neque præcessit neque subsequuta est fa
ma publica inquisitionem formatam contra
Gulielmum Agnexij,solùm fuit examinatus
vnus testis pro habendis informationibus,
qui ne minimum quidem contra eum depo
suit. & tamen ad probationem huiusmodi
famæ requiruntur duo testes.cap. inquisitio-
nis.§.fin.vbi Abb.de accusatio. latè Hyppol.
in l. de minore.§. plurimũ. nu. 101.ff.de quę-
stio.& ex præmissis infertur, quòd cùm nul-
la fama præcesserit, nulla fuit iusta causa in-
quirendi,& quòd propterea debet fiscus in
expensis cõdemnari. iuxta not. per Hyppol.
in l.patre,vel marito.num.19.ff.de quæstio.&
licet sumus in causa appellationis, & fiscus ĩ
prima instantia sententiam pro se obtinue-
rit. Et propterea videtur habuisse iustam
causam litigandi, tamen, ex quo succumbit
ex primis actis,licet appellans superfluo vo-
luerit aliqua de nouo procedere, illa senten-
tia non videtur fisco suffragari quo minùs
expensarum condemnationem pati debeat.
vt not.Ias.in l.properandum.§. sin autem al-
terutra.col. viij. circa med. versicu. sed tu in-
tellige.& multi errãt in hoc.C. de iud. quod
maximè locum obtinet, quia iudex primæ
instan-

instantiæ, qui condemnauit, non obseruauit formam commissionis dominorum de Montoroxio, qui iusserant informationes debitas sumi,& processus validos fieri,vt ex tenore literarum commissionalium apparet. Imputandum est igitur ei, qui mandati formam ad vnguem non obseruauit. l. diligenter.ff.mand. cum similib.quę nota sunt.

23 † Et profectò maiorem honorem fuisset cõsequutus iudex in absoluendo quàm in condemnando, vt per Paul.de Cast.in consilio cxcvij. visa inquisitione, &c. in vltimis verbis.pro quo faciunt dicta per Pet.de Ancha. in consil. xxiij. visa inquisitione. vbi inuehit contra iudices maleficiorum, qui anhelant ad condemnationem, quando per viam inquisitionis procedunt. Et ista ponit Dec. in consilio suo clxxv. col. ix.ad fin. & in consil. clxxxix.col.fin.in princ. & dixit Bald.in consilio suo cccciij.quidam fuit,&c.in finalibus verbis, vol.iij.quòd iustius peccatur in absoluendo quàm in condemnando. vnde in casu nostro maximè procedit tex. in l.non puto.ff.de iure fisc.quòd in dubio cõtra fiscum est iudicãdum.de quo per mod.in l.j.vbi Ias. col.ix.ff. soluto matrimonio. Nec admiretur quispiam, quòd allegationes in consilijs decisiuis nõ necessarias interseruerim. nam agitur de retractione sententiæ latę de consilio viri famigeratissimi, & contra dominos castrorum. Volui itaque demõstrare quibus respõsionibus & causis fuerim motus,ne me aut pręcipitanter aut per sordes consuluisse dicatur. & vt honori domini commissarij, qui ad me causam consulendam transmisit aliqua ex parte satisfacerem, cui vt in modum qui sequitur pronunciet consulo.

Quoniã nulla nobis subest ratio seu causa saltem legitima,præmissis fundamẽtis attentis, propter quam præsens causa remitti debeat,& sententia iudicis à quo confirmari imò potiùs infringi. Ideò ex his, & alijs animum nostrum mouentibus ordinamus causam ipsam esse coram nobis retinendã, & quam retinemus, nosque in ea iudicem cõpetentem esse pronũciamus.& in sequentes assignationem ad ius præcisè per nos factam pronunciamus, & sententiamus malè quidem per iudicem à quo processum & iudicatum,bene autem ad nos appellatum, dictum victori in expensis condẽnantes, ipsarum taxa nobis in posterùm salua, & ita pronũciari debere per vos dominũ commissariũ puto, & consulo ego Aymo Crauetta.

Argumentum.

In causa immunitatis pro domina Ternauaxij contra cõmunitatẽ Carmagnoliæ, vbi plenè in materia, quando valeat cõcessio immunitatis, & ad quæ onera extendatur. De materia huius consilij, vide supra latissimè consi.ij.iij. & iiij.

SVMMARIVM.

1 *Concessio immunitatis à collectis an valet.*
2 *Contractũ suũ quilibet etiã princeps seruare tenet.*
3 *Concessio immunitatis facta ob bene merita valet.*
4 *Meritorum assertioni non, nisi probetur, statur.*
5 *Cõcessio immunitatis à collectis facta ad tempus uita ualet.*
6 *Immunitatẽ habẽs à collectis an teneaĩ ad collectas factas pp homicidiũ ĩ loco à quo immunitatẽ hẽt.*
7 *Communitas seu uniuersitas quando facere dicatur.*

CONSILIVM XXII.

IN hac cõtrouersia de collecta, quæ est inter magnificam dñam Margaritam Ternauaxij & cõmunitatẽ Carmagnoliæ coram magnifico Senatu Marchionali Saluciarũ. Viso instrumento transactionis,& exceptionis celebratę p dictã cõmunitatẽ cũ prędicta domina Margarita interueniente cõsensu Principis,& visis perinde gestis, & oppositis parte dictæ cõitatis,pcedendo breuiter propter angustiã tẽporis, quia instatur missus ab ipsa magnifica dña, cui etiã nõ largiuntur tẽpora, vt ostendunt gesta, duo videnda sunt.Primò,an teneat dicta exceptio. Scdõ, posito ꝙ valeat,an possit dicta magnifica dña Margarita exẽpta propter occurrentẽ casũ & onus dictæ cõmunitati collectari non obstante dicta exceptione.

1 Circa † primũ videbatẽ dicendũ, ꝙ nõ valuit dicta cõcessio.p tex.in l.si vacuatis.C.de decurionib⁹.lib.x.cũ multis cõcordãtib⁹, q̃ ibi traduntẽ post Bar.& Ioã.de Plat.quos p breuitate nõ refero.Tñ his nõ obstantib⁹ cõtrariũ puto ĩ casu nr̃o.moueor primò, qa dicta cõcessio transiuit in cõtractũ,ex quo fuit mediãte pecunia, & sic respectiua vltrò citròq; obligatoria,quo casu nõ solũ communitas

sed

sed etiam Princeps obligatur & etiam irreuocabiliter ex suo contractu. Bald. in c.j. de nat. feud. Soc. in l. ciuitas. col. ij. ff. si cer. peta. & maximè procedit hæc conclusio, quæ reuocari non potest. vbi concluderetur, quòd nec principis rescripto, nec ciuitatis consensu potest concedi talis immunitas ciuium immunium, quia dicta exemptio fuit concessa personæ non subditæ dictæ communitati. vt dicit Archi. xj. quæst. iij. c. cuicunque. & in c. licet canon. de elect. in vj. & cano. sequuntur in cap. nouit. de iudicijs. & tradidit
2 Cyn. in l. digna vox. C. de legib. † quòd quilibet etiam Princeps tenetur seruare suum contractum. & nō negat, imò vult glo. in d. l. vacuatis. in glos. j. ante fin. versic. sed hoc valet concessio immunitatis facta per vniuersitatem quanto ad eius præiudicium, licet secùs quoad præiudicium fisci, & tanto magis in casu nostro in quo interuenerunt voluntas & cōsensus vtriusque, videlicet Principis & communitatis prędictæ, quæ confirmatio Principis validaret concessionē communitatis, vbi non valuisset, quia tunc confirmare esset de nouo dare. per ea, quæ tradidit Bart. in l. more. col. j. ff. de iurisdic. omn. iud. Aret. consil. cxxvij. exuit domine collateralis. col. ij. Dec. consil. lxxxiiij. iurip. & prima finem. & ita in terminis nostris tenet Alex. suo consilio xxx. ponderaris narratis. col. iij. & v. volu. constat enim dictam exemptionē factā fuisse non solùm per consilium generale dictæ cōmunitatis seu electos per illud quòd repræsentāt totam vniuersitatē. glo. in rubr. C. de decurionibus. Alexan. in l. omnibus. ff. ad Trebel. sed etiam fuit cōcessa dicta exemptio per generalem adunātiam, quæ est illi superior. vt dicit Salicet. in l. ij. C. no. vecti. institui nō posse. Secundo mouet
3 me, † quia dicta concessio fuit propter merita collata dictæ communitati per dictam magnificam dominam Margaritam, & sic in remunerationem meritorum, & quæ merita ibi exprimuntur circa euitationem hospitationis armigerorum per quam multum grauabatur ipsa communitas. Et tunc certum est, quòd potest talem exemptionem remuneratoriam facere. secundùm Bar. in l. ambitiosa. col. ij. versicu. quarto vtrum liceat decurionibus aliquo casu donare. ff. de decre. ab ordi. fac. & pręcipuè hoc procedit, q̄a de tali causa remuneratoria cōstat per confessionem dictæ communitatis, quę affirmat assertionem prædictæ magnificæ dominæ Margaritæ de hoc esse veram, vt patet ibi, ac omnia & singula quæ dicta sunt supra esse vera. vnde valet absque alia probatione meritorum. tum quia inter personas non prohibitas nec suspectas, tum etiā & magis quia nominantur & exprimuntur illa merita, & eorum qualitas, quo casu valet etiam inter personas prohibitas, & absque iuramento. secundùm Bal. in l. illud. col. iij. C. de sacros. eccl. versi. in dubio distingue. vbi dicit, quòd quando in instrumento fit mētio certorum meritorum in specie, tunc stabo instrumento. allegat l. Attilius regulus. ff. de donat. secùs quando fit mentio meritorum in genere, quia tunc exigitur probatio. idem tenet Bald. in c. sciscitatus. col. ij. de rescri. vbi idem dicit. & hanc limitationem Bal. ad regulam
4 quæ habet, † quòd non statur assertioni meritorum nisi probaretur, tenet d. Ias. in l. si donatione. col. penult. in j. lib. C. de collat. confirmatur dicta conclusio, quia propter nobilitatem cōceditur immunitas, quæ aliàs non concederetur, nec valeret. vt dicit Bald. in l. non tantùm. ff. de exequut. tutorum.
5 Tertiò monetur, † quia dicta concessio fuit facta ad tempus vitæ dictæ magnificæ dominæ Margaritæ senio confectæ, & cuius hæredes post ipsum tempus remanent obligati erga dictam communitatem concedentem ad onera, & tunc valet concessio, quæ aliàs non valeret. vt firmat Alexand. suo consi. c. quod incipit, Visis instrumentis exemptionis. col. iij. in versic. sed glo. & Barto. in l. vnic. de mulier. in quo loc. & hæc sufficiant circa
6 primum. Circa secundùm quo † quæritur de validitate dictæ exemptionis vtrum reneatur dicta domina Margarita nō obstante dicta exemptione ad collecta, quæ nti per imponuntur pro soluendo pecuniā delicti commissi seu homicidij in dicto loco Carmagnoliæ. & forsam quispiā diceret, quòd
7 sic. quia propter dicta delegata grande periculum imminebat ipsi cōmunitati, ad quod euitandū potest communitas etiam exemptos grauare. per ea quę tradidit Bartol. in l. nullus. quæ est fi. C. de cur. pub. lib. xij. vbi dicit, quòd etiam clerici hoc casu tenentur ad collectas. de quo tamē videndū est quod traditur per Abb. in c. nō minus, maximè in colū. ix. de immunitate ecclesiarū. & in alia quę deduci posset cogi, nec eius exemptio violari. moneor primò, quia delicta prædicta nō fuerunt per cōmunitatē cōmissa, † q̄a tūc dicitur facere cōmunitas seu vniuersitas quando

quando deliberato cõsilio & proposito facit, sed vt in facto proponitur hoc nõ fuit, & tũc dicerẽtur facere seu delinquere singuli.ita dicit Bar.in l.aut facta.§.fin.col.fin.ver. vlterius quarto oẽs homines.ff. de pœn. vbi pro hoc dicit esse casum in l.semper.§. si quis reipub. ff.quod vi aut clam. & illã diuisionẽ Bart. sequuntur cõiter doct.& collegium Papien.& Arch.suo consi.clxv.incip.sic.col.xij.vbi limitat nisi cõmunitas ratũ habuisset tale delictũ. Secundò moueor, quia et quòd essemus in casu quo præiudicaretur toti vniuersitati in pœna pecuniaria postquam corporali pœna puniri non potest,quia corpus non habet verũ sed fictũ.tamen adhuc dicemus ꝙ domina Margarita,quæ non delinquit, non debet in collecta cõtribuere.ita eleganter dicit Bar. in d.l.aut facta.§.delinquẽt.col.pen. versi. dices te.allegat l.iij.circa princip.ff.de magi.cõuenie.& quòd sic videt in quadam sententia diffinitiua Imperatoris Federici. Confirmantur prædicta ex ijs quæ tradidit Bal. suo consil.cxxxv.quod incipit. Lata fuit sententia.colũ.si.ver.venio ad tertiũ versiculum. quis dicatur vrgente guerra in hac parte, vbi dicit, quòd exempti debẽt esse subsidiaria passio, vt eis prosit priuilegium & immunitas. ita quod quatenus aliorũ non suppeterent facultates.ibi etiam subiungit Bald. quòd non putat priuilegiatos & exemptos teneri ad stipendia armigerorum. ibi etiam concludit, quòd putat valere immunitatem concessam à cõmunitate vel à Principe. accedũt ad prędicta,quia in illa exemptione sunt illa verba, regulariter à quibuscunque oneribus. quæ multum important,prout in materia nostra dicit Dec.in consi.cxiij.incip.viso tenore. col. ij.in j. par. Accedit etiam ad prædicta , quod Bal.consi.cevij. quod incipit, in ista quæst. iij. col. in ij. parte, vbi quando quis processit ex delicto,quòd non coguntur exempti . Et ita concludo secundum prædicta in fauorẽ prædictę magnificæ Margaritæ,salua semper correctione & iudicio. magnificorũ dominorũ senatorum , coram quibus procedet huiusmodi cognitio & cuiusuis rectius sententis.

Albertus Robertus.

Aliud consilium in eadem causa.

SVMMARIVM.

1 *Immunitas seu exemptio ualet in præiudicium populi concedentis ipsam exemptionem.*
2 *Immunitas concessa per cõtractũ irreuocabilis. est.*

CONSILIVM XXIII.

Ranseo cũ opinione istorũ magnificorum Iurisconsultorum,qui scripserunt in fauorẽ magnificę dominę Margaritę dñę Ternauaxij. Et primò, per iura per eos allegata. Secũdò,quia in ista cõuentione interuenerunt capita dominorũ, seu adunantia generalis populi. per notata
1 per Bar.in l.ij.ff.de iure immu. Tertiò,†quia valet immunitas, & exemptio quantũ sit in preiudiciũ populi concedentis ipsam exemptionẽ,vt dixit Bart.in l. vacuatis.in fin.C.de decurion.lib.x. Quartò,quia licita est cõpositio super solutione onerum. vt per Bald. & doct.in l.per Bithyniam.C.de immun. nemi.
2 conce.lib.x.†& quia ista immunitas seu excẽptio fuit concessa ipsi magnificę dominę per cõtractũ quo casu redditur irreuocabilis, vt pulchrè determinat dominus Baptista de S. Seuerino,in sua repetitione l. omnes populi.in vij.quęstio.vj.principalis.ff.de iusti.& iur. vbi vult,ꝙ l.si ex toto.ff. de leg.j. procedat in exemptione per priuilegium,& non per cõtractũ.Et quòd immunitas & exemptio quę conceditur per contractum sit irreuocabilis. & quia ista non est proprie immunitas, sed quędam cõuentio beneficiorum receptorum,nec non rerum habitarum & satisfactionis damnorum pręfatam communitatem dictę dominę Margaritę datorum , ita vt iudicandum sit in fauorem ipsius dominę Margaritę. Laus Deo.

Albertus Brunus.

In eadem causa.

SVMMARIVM.

1 *Immunitas concessa à communitate cum consensu generalis adunantiæ & capitum domorum & principis ualet.*
2 *Collectarum omne onus mixtum est non reale.*
3 *Verb. Omnibus & quibuscunque oneribus,etiam onera realia comprehendunt. Item & onera belli. & nume.4.*
5 *Immunis ab omnibus & quibuscunque oneribus, an ad onera, quæ à principe imponuntur, teneatur.*
6 *Forenses ad collectas factas propter delictum hominum communitatis non tenentur.*

CONSILIVM XXIIII.

HÆC quæstio longiorẽ exigeret indaginẽ. verùm de subscriptione requisitus pp accelerationem nuntij adhæreo cõsultationi precedentiũ excellentissimorũ iureconsultorum.
1 † Illã.n. immunitatẽ cũ consensu adunantiæ generalis & capitũ domorũ valere à principe roboratã nemini est ambigendũ, maximè cùm in benemeritorũ remunerationẽ, & mediãte pecunia, facta fuerit, quo casu nũquã reuocari potest, vt dicit Bald. in l. donationes, quas diuus. C. de donatio. inter vir. & vxor. & Alex. in consi. cj. col. ij. ver. ad idẽ in primo volu. & immunitas concessa per vniuersitatẽ tenet in eorum præiudiciũ, secundũ magis cõem opi. quã sequitur glo. in l. vacuatis. C. de decurion. lib. x. & ibi Nicol. de Neapoli, & Alex. in consi. iij. col. iij. versi. præterea. in v. vol. & consi. cxlviij. col. ij. eod. volu. & in d. consil. cj. & Roma. consil. cclij. per decisionẽ. in primo dico. & Ias. in cõs. cj. immunitas. in iiij. vol. vbi adducit Abb. Aud. de Barul. & Ang. sequitẽ gl. in d. l. vacuatis. solùm pro nunc mouebo aliqua contraria, quæ deduxit præstantiss. do. Petrus Bellus, & accõmodabo responsionẽ, quę mihi in præsentiarũ pro ipsa angustia in mentem subeunt. Et primò non obstat quod dicitur, q immunitas non extenditur ad onera realia.
2 † quia collecta non est onus reale sed mixtũ, quia imponitur personę pro rebus, & de his expresse fit mentio in instrumento, ita quòd non sumus in dubio sed in casu claro. præterea illa verba generalia,
3 † omnibus & quibuscunque oneribus cõprehendunt etiã realia. per Bart. in d. l. vacuatis. & quia pręmittit aliquas species ante, videlicet taleas & collectas videntur sequentia cõprehendere omnia onera, quę dinumerari possunt quę alij de Carmagnolia supportarent. l. sed si quis. §. quęsitũ. ff. si quis cautio. Bald. in consi. xcvj. quęritẽ, q intelligatur. col. j. versi. iij. quęritur. iij. vol. secundũ meã impressionẽ. Aliàs. cxij. in j. vol. prout in vltima impressione habetur.

Ad secundam & tertiã oppositionem potest
4 responderi, † quòd illa verba vniuersalia comprehendunt onera guerrarum, secundum Alexan. in d. consi. iij. col. j. & Arc. in d. l. si ex toto. ff. de leg. j. allegat. Itẽ quòd hoc fuit expressum in instrumentis, dũ dicitur à contributionibus quæ imponũtur propter guerras. Itẽ hoc non dici potest insolitũ, cùm antea multò maiora damna contingerunt ipsis de Carmagnolia. quo casu idem dici potest quòd de conductore tẽpore guerræ, qui non potest petere remissionẽ. l. qui bona. §. de illo. ff. de dam. infec. Alex. in consi. cxij. col. fin. in j. vol Ias. in l. j. col. xxiij. in prin. C. de iure
5 emphy. Nec pariter videtur obstare, † quòd talis immunitas nõ cõprehendat onera, quæ imponuntur à Principe & superiore. per ea, quæ dicit Bald. in d. cons. xcvj. alias cxij. Quoniã sanè intelligendũ est dictũ Bal. procedere, quando Princeps imponeret onus exempto, secus in generali impositione facta alicui cõmunitati, quia non est præsumendum voluisse in ea includere personas exẽptas, & derogare priuilegijs singulariũ personarum etiã si singulis fiat dispositio per modũ, & sic pertineat ad publicã, & perpetuã vtilitatem. cap. ij. de constitut. & quia licet personæ exẽptæ comprehendantur in vniuersitate territorij, & populi in ijs, quæ concernunt eorum fauorem, nõn tamen in ijs, quæ concernunt eorum præiudicium, in terminis declarat & decidit Paul. de Castr. in consi. clxxxvij. Notandum est. col. fin. versic. sed tamen ijs non obstantibus. in nouis & pro certo in casu nostro hoc clarum videtur. tum quia ille superior non imposuit aliquam collectam, sed communitas est quæ impenit, & quæ deuenit ad compositionem cum superiore, pro euitandis ergo damnis tum quia hæc solùm fit propter delictum hominum Carmagno-
6 liæ, † ad quem adstringi non debent forenses. secundùm Bart. in l. aut facta. §. nonnunquam. ff. de pœnis. & quare de omnibus oneribus cogitatũ videtur in ipsa immunitatis concessione, & ita ex tempore mihi dicendum videtur, & propterea de subscriptione requisitus cõcurro in sententiam prædictorum consultorum, salua correctione.

Laus Deo. Ludouicus Pelleta.

Argumentum.

In causa Thomæ Peytanni cõtra heredes Bartholomæi Gambaudi, an & quando confessio dotis receptæ facta per maritum probet, & præiudicet.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Confessio dotis receptæ facta in testamento mulierę præsente ualet, ac si facta esset inter uiuos.*

2 *Confessioni dotis factæ in testamento principe præsente testatoris hæres stare tenetur.*

3 *Confessioni dotis standum est, si cum confessione aliā indicia & præsumptiones concurrant.*

CONSILIVM XXV.

Idetur quòd dicta confessio non iuuet neque probet verā dotis numeratione, quia non est iurata, & quia nō est facta in pręsentia mulieris & acceptata. nā aliter parū ptodesset præsentia, secundum Salicet. in l. generaliter. C. de non nume. pecu. in xiij. q. nec notario pro ea stipulāre, vt specialiter firmat Bar. in l. cū quis decedens. §. codicillis. ff. de leg. iij. & ideò talis confessio solū inducit fideicōmissum seu legatū. Sed tamen, præmissis nō obstantibus, videtur, q̄ si probari posset dominā Ludouicā fuisse præsentē tēpore confessio-
1 nis, de qua in primo testamento, † talis confessio illā iuuaret, & haberet eundē effectū, & irreuocabilem, ac si esset facta inter viuos, vt tradit Iac. de Belui. in Auth. de iureiuran. à moriente præstito. in x. quæst. Et ideò nō obstante secundo testamēto talis confessio, quæ habuit vim donationis, censeretur confirmata morte mariti. l. pen. C. de dona. inter vir. & vxor. maxime quia testator nō reuocauit ipsam cōfessionē, quinimò implicitè geminauit illā recognoscendo dotes vxori prout in instrumēto dotali continetur. Et ipsa secunda recognitio declaratur per primā. vt in terminis ista prosequitur Alex. lib. j. consi. xlv. circa primū. de quo quæritur in nono dubio. Secundò, quia non posset probari præsentia dominę Ludouicæ, vel q̄ notarius, aut alius
2 acceptasset pro ea, † tamē quia in patria Marchionali nō attenditur rigor, sed proceditur de æquitate & debet heres stare cōfessioni testatoris, secundùm Bald. in d. l. generaliter. in x. q. per l. si ego. §. j. ff. de iure dotium. & placet Fely. in d. c. si cautio. col. vnic. in tertia declaratione. versi. quintus casus. de fide instru. & istud maxime locū habere debet in proposito, in quo concurrit personæ confessio explicita, quo casu ratione geminationis supplętur defectus præsentiæ patris. Bart. in l. cū scimus. per illū tex. C. de agricolis, & cēsitis. lib. xj. & in confessione dotis tradit Io. Andr. in addit. Specu. in tit. de donat. inter virum & vxorem. & clarè Felyn. in d. cap. si cautio. col. xiij. versic. fallit vltimo. Tertiò multum cōfert probare extitisse instrumentū dotis, & illud casu esse perditum, puta incendio, seu rapina bellica. iuxta ea, quæ habentur per Bar. & doct. maxime per Alexā. in l. si quis ex argentarijs. §. pen. ff. de edendo. & in faciendo diligentiā auctoritate superioris apud notarios loci in quo contractū est matrimoniū, & de tēpore matrimonij existente de reperiendo instrumentū dotale. iuxta dicta Bart. in l. si is porest. col. pen. ibi, sed opinio est. ff. de acquir. hæred. & Aret. in c. fin. in iij. notab. de prob. & quamuis Bal. in l. si quidem. §. fina. quod metus causa, dicāt q̄ cum quædā mulier haberet instrumentū dotale, quod perierat incendio. Respondit in facto, oportere vt probaret non solū incendio ipsum amisisse, sed et quantitatē dotis per testes deponētes de tenore instrumēti, tamē si probaret amissionē præsumptiuè & per testes, & non magnæ peritię de tenore instrumenti, etiam q̄ non probaret de veritate, insurgeret semiplena probatio, quæ sufficiet cum iuramēto suppletiuo. l. sicut iniquū. cūm glo. C. de fide instru. & ibi Bar. & Fely. in c. sicut. de re iudic. colū. ij. versi. vbi scriptura est de substantia. & dixi in l. j. ff. si cert. pet. colū. xxij. versic. limitat tamen Bart. quinimò ista semiplena probatio videtur fieri plena, ex quo alia semiplena resultat ex confessione mariti. de qua in primo testamento per dicta in d. c. si cautio. & & confirmat Corne. tit. j. consi. cxiij. circa primū cōsultationis articulū. col. ij. versi. & licèt dicta confessio. & maxime hoc locum habet in cōfessione de dote recepta. per ea, quæ tradit Bart. consi. cxxviij. Titius & Seius venerunt ad diuisionē. cū simi. vt latè dixi in l. admonendi. ff. de iur. iur. colum. xxxvj. versic. Tertiò limitatur. & etiam quia talis confessio est verisimilis quia domina Ludouica nō nupsit sine dote, vt etiam maritus in secundo testamento fatetur. vnde propter verisimilitudinem purgatur suspicio, quę aliàs resultaret ex confessione facta per virum in fauorem vxoris. Saly. in l. si mater. C. de contra hen. empt. & confirmat Alexan. lib. iij. consi. xviij. circa primū quęsitū. col. j. & quia negari nō porest per hęredes scriptos in secundo testamento, quia aliqua dos soluta fuerit

stāte recognitione de qua in ipso secundo testamēto, vnde requiritur ꝙ cōfessio de qua in ipso probatur pro parte vera. igitur præsumitur in totum vera. & hoc modo arguit Socy. lib.iij.cōs.lxxxij.super quæstionibus.col.j.ver.
3 confirmo.† & quia quādo cū confessione cōcurrūt alia indicia & præsumptiones, tūc stādū est cōfessioni, cui aliàs nō staretur. Bald.in rub.de priuileg.dotis.col.iij.ver. vnde quæritur. Pone gratia exempli secundùm eū quādo maritus lōgo tēpore retinuit vxorē, & illi alimēta præstitit tanquā dotatæ. & ita in terminis tradit Deci.consi.dxxxvj. in causa quæ agitatur Mantuæ.col.iij.ver.iiij. instrumento cōfessionis, & cōcurrentibus omnibus super scriptis negari non potest, ꝙ animus iudicare debētis aliter informari possit, nisi quòd vera sit illa prima dotis recognitio. Omnes enim probationes arbitrariæ sunt. Bald.in l.fi. in princ. C. comminationes vel epistolas. & propterea dicit Paul.de Cast.in d.l.admonēdi.col.pen.quòd an aliquid probatum sit ex mero indicis officio pendet. l.iij.§.j.ff.de testi. vbi tu magis poteris videre.

Ioan.Francisc. Purpuratus.

Argumentum.

In causa domini Ludouici de Valgrana cōtra Franciscum Anselmum, de probatione instrumenti mutui, & materia exceptionis non numeratæ pecuniæ.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum est probatio probata ulterius non probanda.*

2 *Exceptionem non numeratæ pecuniæ qui mutuum habuisse confessus est opponere potest, licet dictæ exceptioni renunciatum sit.*

3 *Debitor qui pecuniam mutuam accepisse confessus est, an post biennium onus probandi negatiuam in se assumere possit.*

4 *Tempus probare tenetur, qui in eo se fundat.*

5 *Testis, qui alternatiuè loquitur, nullam fidem facit.*

6 *Negligentia non opponendi exceptionem non numeratæ pecuniæ, quæ fuit in secūdo anno, tēpus primi anni etiā si impedimentum contigisset, corrodet.*

7 *Restitutio aduersus lapsum biennij propter impedimentum facti peti potest per tantum tempus quantum læsio durat.*

8 *Exceptioni non numeratæ pecuniæ locus est effectualiter, cùm quis mutuum recepisse fatetur nulla obligationis causa prius subsistente, secus si alia causa subsistat, quæ in causam mutui conuersa sit.*

9 *Contrahens proprio nomine tenetur.*

CONSILIVM XXVI.

Redemptoris nostri Iesv Christi crucifixi nomine inuocato, magnifici domini Ludouici de Salucijs condomini Valgranę est iustificata intentio per publicum instrumentum, in quo nobilis Franciscus Anselmi confitetur ab eo habuisse in pręsentia testium & notarij per manus Antonij Luysoti præsentis & exbursantis summā florenorū triū millium & sexcentum ex causa mutui, quos dictus Franciscus dixit velle exponere in seruitium, & vtilitatem illustrissimi Ioannis Ludouici Marchionis Saluciarū, & debitum propriū faciendo ac se principalē constituendo cum renunciatione de principali prius conueniendo soluere pro misit dicto domino Ludouico per totū mensem Ianuarij. 1531. † Est enim instrumentum
1 probatio probata. l.cùm precibus.C. de proba.vlterius non probanda.Bal.in l.ij.C. quando fiscus, vel priuatus faciēs rem notoriam. Bald.in l.j.in princ.ff.de no.oper.nunc. in j.q. & dicitur veritas apparens, quæ non indiget discussione fori, Bald. in l. Imperator la j.ff. de statu. hom. per quod oriuntur duæ præsumptiones, scilicet, quòd sit verum, & quòd sit solenne. Bald. in c.j.§. si instrumentum de notis feud. in quo non pręsumuntur fraus neque simulatio. Bald. in cap. illud. circa fin. de pręsump. Sola difficultas causæ consistit in exceptionibus, quæ fiunt per ipsum conuentū. Primò enim opponitur de non numerata tota dicta pecunia, sed ꝙ tantū tempore instrumenti fuerunt numerati 1634. floreni & grossi sex. & post dictū instrumentum habiti fuerūt floreni 848. & gros.6. à Ioan. Fe-
2 ruzi & alijs nominatis in positionibus. † Nā cōfessus habuisse hoc mutuū potest talē exceptionē opponere. l.in contractib. in princ. C.de non nume.pec. non obstante, quòd in instrumento sit renunciatū tali exceptioni, quia ea facilitate, qua debitor inducitur ad confitendum, eadem mouetur ad renunciandum. argumento. l. doli mali exceptio. versi.diuersum.ff. de nouatio. & quia per talem renunciationē videtur tolli dolus futurus. cont.l. si vnus.§. illud.ff.de pact. & ita firmant, &c. Bald.Bart. & Salyce. in l. si ex cautione. C. de non numerata pecunia. nec videtur obstare, quod talis oppositio debuerit fieri intra biennium, ideo non prosit in pro-

in proposito casu, quia facta fuit post triennium. d.l. in contractibus. quia non est simile vero, quòd indebitè confessus tacuisset tanto tempore. quia ipsi Frãciscus ante lapsum biennij stetit absens à patria Marchionali propter illustrissimum Marchionem Franciscum & in Gallia detentus, dum solicitaret pro illustrissimo domino Ioan. Ludouico, ideo videtur quòd tempus opponendi huiusmodi exceptionem ei non cucurrerit. argu. l. j. in fin. C. de anna. excep. Et dato,
3 quod tempus opponendi lapsum esset, † tamen debet audiri Franciscus debitor, qui adsumpsit onus probandi negatiuam, quòd integra numeratio non fuit facta, licet enim lapsus biennij regulariter excludat confitentem ab huiusmodi exceptione quo ad hoc vt creditor cogatur probare veram numerationem, non tamen excludit, quin debitor possit onus probandi negatiuam in se assumere. Cyn. Bal. Ang. & Saly. in d. l. si ex cautione. C. de non nume. pecu. Et est communis opinio, vt per Aret. Institu. de literarum oblig. & quamuis dubitet de hoc Felin. in c. si cautio. de fide instrumen. col. xxj, versi. Amplia tertio. tamen subdit, quòd saltem de æquitate auditur debitor post Dy. in regula locupletari de regu. iur. libr. vj. & talis æquitas etiam in foro ciuili attendi debet. Decius in l. iure nostrum. ff. de regul. iur. Ad hanc primam difficultatem respondetur primo quòd lapsum est biennium 16. Iulij 1531. quod incipit à die confessionis. d. l. in contractibus. & l. si intra. C. de non num. pec. & declarat Angel. in §. j. institu. de exceptio. col. ij. versic. & veniamus ad primũ. Ideo intentio magistri dñi Ludouici ex solo instrumento remanet iustificata. Et ad hoc non obstat allegata absentia & detẽtio, quia nõ fuit probatum concludenter, quòd intra illud biennium fuerit absens, & detentus, & vt ꝑpter illud impedimentum non potuerit durante biennio illo exceptionem opponere, prout probandum erat adhoc vt impedimentum iuuaret. l. qui commeatus. in princip. ff. de re milit. Bar. & Alexand. in l. ij. §. quod diximus ff. si quis cautio. & tradit Philippus Perux. de carcerato. in cap. ex ratione. de appel. & Feli. in cap. ex transmissa. de præscript. Quod autem nõ fuerit probatum, patet, quia duo primi testes Ioannes Soloma, & Thomas Bernabelli solum deponunt quòd tempore quo illustrissimus Marchio Franciscus obsidebat Salucias nobilis Frãciscus accessit villam inde Costiglolias, mox intellecto ingressu Marchionis profectus est in Franciam, vbi stetit per tres aut quatuor annos. Inde reuersus est Pinerolium, nec de anno recor
4 datur. † Et tamen qui fundat in certo, & determinato tempore debet illud probare, alias succumbit siue agat, siue excipiat. l. matrem. C. de probat. l. cum actum. cum glo. ff. de nego. gestis. cum similibus signatis. per Felin. in cap. auditis. de præscript. col. penul. versi. ij. conclusio. & Ias. post Barb. in rubric. C. qui admitti. col. ij. Quartus verò & quintus in ordine testes dominus Thomas de Costiglolijs Antonius Guiglachi non iuuãt, quia dominus Thomas deponit, quòd anno 1529. siue 1530. de mense Septembris, Franciscus fuit arrestatus Ambasiæ & inde ductus Logesiũ stetit detẽtus spacio ferè anni, & tàm ante quã post relaxatus stetit triẽnio, tàm in Gallia quàm in loco villæ, nõ audens venire Salucias, ad quam patriam Marchionalem nõ venit, quòd sciat tristis. Antonius autem solum deponit, quòd anno sequenti ingressũ domini Francisci Marchionis Franciscus Anselmi fuit detentus in Gallia, vbi vidit detentũ ac vigilijs temporum mensis Septembris, vsque ad festum S. Michaelis. Ecce quòd neuter probat de tẽpore certo, limitato & concludenti, vt requiritur secundũm prædicta. Et tradit Bar. in l. non solum. §. sed vt probari. ff. de noui. ope. nuntia. & est text. qui loquitur de excipienti. in c. in præ-
5 sentia. de probatio. cum concord. vt ibi latè ponit Dec. in xij. not. † nam dominus Thomas alternatiuè loquitur de anno 1529. siue 1530. ideo nõ probat ratione incertitudinis. l. vbi antè non apparet. §. qui illud, aut illud. ff. de verb. obli. quia probatio non concludit in vtraque parte alternatiuæ, vt si detentus esset de anno 1529. & ita Alex. lib. v. consilio clij. viso processu causæ. Marchionalis. col. j. & maxime quia non deponit quòd per annum integrum detentio durauerit. Et secundũm opinionem Antonij alterius testis detentio fuit circa annum 1528. Præterea cum ante finitum bienniũ fuerit relaxatus, & redierit in partes Pedemontium, vt sui testes dicũt, imputandum est ei cur biennio adhuc durante nõ proposuerit
6 exceptionem, † negligentia opponendi, quę fuit in secũdo anno, corrodit tempus primi anni, etiam si in primo contigisset impedimentum. Abb. in cap. ex ratione. de app. q. v. cuius opinio communis est. vt ibi per Innoc.

& posteriores quam tenet Ang. consi.cccix.
in proposita quæstione,& maximè quia esto
quòd relaxatus non auderet accedere in pa
triam Marchionalem, poterat tamē ex villa
Sallitorum ad quam redierat Marchionatui
cohærenti mittere procuratorem cum man
dato,qui denuntiaret in scriptis exceptionē
creditori etiam extraiudicialiter. iuxta l.in
contractibus.§.fi.C.de non nume. pecun. &
à tali missione non excusat locus non tutus
mittendi.l.Papinianus exuli ff.de mino. qui
loquitur in fortioribus terminis. vt Felin.tra
dit in cap.accedens.el ij.versic.iij.concl.extra
vt lit. non contestata. Insuper etiam quòd
probasset concludenter, quòd toto biennio
durante à die celebrati cōtractus fuit ita im
peditus,quòd nec per se nec per aliū potuit
exceptionem proponere, tamen biennium
cucurrit cum sit continuum.d.l.in contracti-
bus.in princ.& tex.rationem assignat.in §.fi.
Instit.de lit.oblig.& speciale sit in minore,vt
ei confitenti mutuam pecuniam ipso iure
non currat.l.fin.C. quando restitutio non sit
7 necessaria. † Vnde erat petenda restitutio
in integrum aduersus lapsum biēnij ex quo
istud est impedimentum facti & non iuris,
l.j. in princi.l. succurritur. & l. ab hostibus.§.
sed quod simpliciter.ff.ex quibus causis ma-
iores.Et talis restitutio in integrum erat pe-
tenda non vsque ad quadriēnium sed infra
tantum tempus quantum tempus læsionis
fuisset.glo.in l. diuus. ff.de in integ.restit.tit.
generali. & ita in proposito intra tantum tē
pus quantum durauit absentia & detentio.
Et rationem ponit Salyc. in l.superuacuam.
C.de tempore in integ. rest. pet. quia tēpus
infra quod quis negligit petere restitutionē
post perfectam læsionem .& sublatum impe
dimentum corrodit tempus quo erat resti-
tuendum. Et sic per indirectum excluditur
ante quadriēnium,& si petita fuisset tempo
re opportuno, restitutio non fuisset data ad
totū biennium,sed solum pro tanto tēpore
quanto durauit impedimentum secundùm
opinionem Bulgari.in d.§.sed quod simplici
ter.quæ est communis, vt tradit Ias.in §.rur-
sus.insti.de actio.col.ix. & moder.Taurinen.
tracta.præscript. parte vj. col.xj.in xxij.casu.
Et ideo cùm nulla sit petita & minus data re
stitutio aduersus cursum biēnij patet quòd
exceptio quæ post fuit opposita ad effectum
onerandi dominum Ludouicum onere pro
bādi nō iuuat.Sed plus est, quòd si exceptio
talis fuisset opportuno tempore opposita
per acta & producta constat de pecunia nu-
merata sufficienter, ita vt non sit locus exce
ptioni,vt infra demonstrabo.

Non obstat ergo quod supra dixi etiam
post biennium audiri debitorē assumentem
onus probandi pecuniam non fuisse nume
ratam,quoniam ad hoc in quo pondus præ
sentis causæ maximè consistit respondetur,
quòd debitor nedum non probauit negati-
uam concludenter,prout exigitur in propo-
sito probare, quòd loco, & tempore rogati
instrumenti non fuit exbursata aut nume-
rata pecunia confessata, nec exbursari aut
numerari potuisset, quin testes ipsi exami-
nati vidissent & intellexissent. Iuxta tradita
in l.actor quod asseuerat. C.de probat. & in
terminis nostris tradunt Bart. Bald. & alij in
d.l.si ex cautione. Ang.in d.§.j.inst.de excep.
col.v. versi.sed est dubium.& colum. penul.
Quinimo est probata veritas causæ pecuniæ
confessatæ considerando, primo quòd in-
strumentum non continet nisi confessionē
non obstantibus illis verbis,confessus est ha
buisse in præsentia testium & mei notarij à
magnifico dño Ludouico,& illis per manus
Antonij Luyloti præsentis & exbursantis,
cum ista omnia sint verba confessionis. Et il-
lud participiū,exbursantis, non probet nu-
merationē. Tum quia verbum, exbursauit,
non probat realem numerationem, per d.
Barto.in l.singularia. col.penult.ff.si cer.pet.
tum quia illud participium est coniunctum
confessioni, vt in specie Bald.declarat in d.l.
si cū in cautione.in iiij.quæst.& in l. vnic.col.
ix. C. de confess. Secundò considerando
quòd debitor confitetur in positionibus habuis
se tempore instrumēti florenos 1634.& gros
sos sex. & post a Ioanne Feruzi, Dominico
Iapella, & alijs nominatis florenos 848. &
grossos sex. Tertiò quòd dñs Ludouicus per
speciale mādatum in actis deducit florenos
590. ita vt controuersia remaneat in sexcen-
tum & decem septem florenos,quos dicunt
estimo negare debitores descripti in pe-
de cedulæ incipiente non est taliter accele-
randum. Quartò diligenter aduertendum
est quòd ex depositionibus tertij, & quarti
testium in præcedēti causa examinatorum,
ac ex depositione magistri domini Ludouici
producta & in hoc approbata. iuxta l. cum
precum. C.de liber.caus.& ibi Bald. versicu.
extra quæro.Bart.in l.post legatum.ff.de his
quibus vt indignis.quæ facta fuit in alia cau-
sa,quæ erat inter ipsum Franciscū. Anselmū
hinc

hinc, & bona dicti domini Ioannis Ludouici inde corã œconomis apostolica auctoritate deputatis constat, q cùm reuerendus & illustrissimus dominus Io. Ludouicus accessisset in Galliã transalpinam, & esset satisfaciendũ militibus, qui erant Saluçijs pro statu cõseruando ipsi dño Io. Ludouico. Et dictus Franciscus Anselmi thesaurarius diceret nõ habere modum soluendi propter carẽtiam pecuniarũ, euocarunt dictũ Luysotũ, qui primo mutuauit magnifico dño Ludouico florenos 1634. grossos sex. deinde cessit illi debitores, ita vt his simul cõctis dominus Ludouicus confessus fuit se debitorẽ Luysoti de florenis 3600. erga quẽ fidẽ suam obstrinxit constante instrumento recepto per Sebastianũ Marabotũ, quo rogato dominus Ludouicus illos florenos 1634. & grossos sex mutuauit Francisco conuento, eique cessit & remisit summas debitas per dictos debitores remissos per Luysotũ quos Franciscus supra se acceptauit exigendos, prout dñs Ludouicus acceptauerat rogato instrumento in causa producto recepto per Franciscum Alphacij.

8 † Nam exceptio non numeratæ pecuniæ locũ habet effectualiter quando quis cõfitetur mutuũ recepisse nulla obligationis cã prius subsistente; secus si alia causa subsistat conuersa in causam mutui, vt est text. in l. aduersus. C. de non numer. pecu. & tradit Ang. in d. §. j. col. xx. versic. & prædicta procedunt qñ quis confitetur. & Fel. in d. c. si cautio. col. xix. versi. fallit, vij. tunc enim agi potest ac si verè & realiter tota summa confessata foret numerata maximè, quia in instrumento interuenit stipulatio per verbum promisit. l. secũdum naturã. ff. de verb. oblig. quo casu succedit tex. in l. si ex pretio. C. si cert. pet. vbi debitum ex causa venditionis conuertitur in causam mutui media stipulatione, vt tradit Alexan. lib. iij. consi. ij. Ex narratis in themate. in ij. dubio. col. pen. versi. præterea. Et est mutuũ non simpliciter ciuile, sed cui natura cooperatur, vt declaraui in d. l. singularia. col. xxiij. versi. fallit primò. Et in proposito nostro fuit mutuum partim merè naturale propter partẽ pecuniæ actualiter numeratæ, & partim ciuile, cui natura cooperatur propter stipulationem vestitam causa venditionis & cessionis nominum debitorum. Secundò principaliter opponitur per partem conuentam, q summam habitam implicauit soluendo diuersis personis iussu domini Ludouici tunc gubernatoris Marchionatus, sed hęc est oppositio friuola, præsertim stantibus depositionibus testiũ quarti & vltimi existimo productorũ deponentium, q cũ nobilis Franciscus esset thesaurarius illustrissimi do. Io. Ludouici, & esset soluendum militibus, & ipse Franciscus iussus à domino Ludouico de soluendo illis se excusaret in carentia pecuniæ, transmiserunt ad Luysotum, à quo fuit habita pecunia, modo quo supra narratũ est. Et in instrumento secundo in causa producto Franciscus protestatur se exposituram pecuniã in seruitiũ & vtilitatẽ illustrissimi domini Ioan. Ludouici, & debitũ propriũ facit, ideo non potest se excusare, quòd soluerit eo modo ad quem erat pecunia quæsita & destinata. Et cùm fidem suam astrinxerit de soluẽdo domino Ludouico, proculdubio tenetur etiam quòd contraxisset vt thesaurarius vel procurator magnifici domini Io. Ludouici. l. procurator, qui pro euictione. in versi. fidem suam astrinxit. & ibi, pro domino vinculum

9 obligationis suscepit. ff. de procura. † multo ergo magis hoc casu in quo contraxit nomine proprio, & nulla officij facta in instrumẽto mentione, obligando expresè se proprio nomine bona & hæredes, quæ omnia excedunt notissimos terminos officij. l. cuius bonis. §. j. ff. de cura. furio. & in claris nõ est opus coniectura. l. continuus. §. cùm ita. ff. de verb. obliga. & contractus ex conuentione legem accipiunt. l. j. §. si conueniat. ff. depo. & ita latè prosequitur in fortioribus terminis eius qui pecunia mutuo accepit procuratorio nomine & ad vtilitatem alterius. Socin. in ij. parte consi. cliiij. consultationem præsentis difficultatis. & in ij. c. nobilis Franciscus planè fatetur quòd obligatus fuit nomine proprio.

Tertiò opponebatur, quòd à debitoribus cessit per Luysotum & per dominum Ludouicum Francisco assignatis, dominus Ludouicus aliquas pecunias exegit. sed hoc non fuit probatum, nisi id quod dominus Ludouicus confessus est in dicto speciali mãdato. Et ideo cùm etiam non sit probatum, quòd vltimo dicebatur de negatione debitorum, est fienda condemnatio ad petita & contenta in instrumento saluis confessatis & deductis per dominum Ludouicũ. quia postquã intentionem suam probauit publico instrumento, debet obtinere, ex quo reus conuentus talem intentionem clarè & concludenter non elidit. vt est tex. in. d. c. in præsentia. de probatio. vbi Abb. dicit non prodesse reo q reddiderit dubiam intentionem agentis, & vt di-

vt dicunt ibi Moder. in xj. notando quando intentio actorum est plenè probata, nõ elidītur in aliquo ex imperfecta rei improbatione. Bar. in l. admonendi. col. pen. ff. de iure iurando. Franciscus de Ecclesia I.V.D.

Argumentum.

In causa de Innunciatis contra communitatem Versolij an & quando prædia obuenta à principe censeri debeant immunia à collectis, & libera à solutione onerum, & quanto tempore ac quibus modis præscribatur talis immunitas.

Vide etiam consilio sequenti.

Vdonicus Salutiarũ Marchio perillustrissimus anno redẽpti orbis nonagesimosecundo supra millesimum quadringentesimum, vendidit præstantissimo Alberto Innunciato consiliario suo petiam terræ & prati cũ ædificijs in finibus Versolio ad prata noua quam ipse Marchio habuerat à permutatione, à Cartusiensibus, qui incolunt montem Brachum, in liberum & francum allodium ac liberam & expeditam ab omni seruitute, onere & census seu fictus præstatione pro ducatis duob⁹ millibus debitis, quia dñs Albertus retroactis annis quib⁹ bella Marchioni per illustrissimum Carolum Sabaudiæ ducem mota fuerunt, suis sumptibus Marchioni seruiuit, ac quoniam dominæ Ioannæ de Monteferrato eius consorti oratorio munere functus ad Marchionẽ Montisferrati, duces Mediolani, Barri & Ferrariæ auxilia præstans Marchionissæ, Reuelli & Ioan. Iacobo Marchioni fratri Baudiserij, & nuncios destinans ad Marchionem in Galliam existentẽ rem emptã, tam emptor quàm hęredes nulla facta registratione in catastro communis hactenus possederunt. propterea arbitrantur se non teneri ad onera cõmunitatis ferẽda etiam quæ propter insolitas guerras contigerunt. ideo quæritur quid iuris.

SVMMARIVM.

1 *Successor fisci eisdem prærogatiuis atque fiscus ipse gaudere debet.*

2 *Fundum qui per quadraginta annos absque onerum solutione possedit immunitatem in posterum non soluendi onera præscripsisse uidetur.*

3 *Collecta iuxta facultates & patrimonij quantitatem imponi debent.*

4 *Priuilegium personale mutata persona extinguitur.*

5 *Verb. Liberam ab omni onere intellectus, & nu. 7.*

6 *Qui per contractus uiam contrahit, in dubio secundũ ius commune contrahere uidetur.*

8 *Res à persona eruditionem sumit non econtra.*

9 *Immunitas à collectis quadraginta annorum cursu non, nisi titulus præcedat, præscribitur.*

10 *Immunis à collectis ab onere refectionis uiarum, pontium, aquæductuum, & murorum non excusatur.*

CONSILIVM XXVII.

Edemptoris nostri IESV CHRISTI crucifixi nomine inuocato, primo motu videret̃ intētio hęredũ fundari, quia res fuerunt primo ecclesiæ, deinde principis, qui illas immunes sẽper possederunt à solutione collectarũ. ideo videtur ipsos quoque immunes esse debere per regulam, ꝙ subrogatum sapit naturã eius cuius loco subrogatur. l. si eum. §. qui iniuriarũ.

1 ff. si quis cautio. & in specie de succedente in locũ fisci, tradit Bal. ĩ l. j. §. editiones. ff. de edẽ. col. vlt. & dicit tex. in l. dolia. §. j. ff. de cõtrahẽ. empt. ꝙ qui in locũ emptoris successit, eisdẽ defensionibus vti potest. Et dicit in terminis Alexan. lib. ij. consi. cxciij. Ex themate pmisso de pluribus dubitari cõtingit. in j. dubio. vers. quinimo. ꝙ immunitas transit ad quẽcũque transit res. c. cũm venissent. de instit.

Secũdò pro hæredibus facit, quia illustrissimus Marchio rem vendidit nedum in liberũ, & francũ allodiũ, sed liberã & expeditam ab omni seruitute, onere, & cẽsus pstatione. ex quibus duo insurgunt, primò ꝙ nedum vẽdidit, sed exemit ab onere collectarũ. quia cũ dixerit esse frãci, & liberi allodij, præsupposuit, ꝙ nec feudalis, nec emphyteutica foret. Et dũ dixit, liberã ab omni seruitute, denotauit ꝙ nec realẽ seruitutem deberet, nec alicui in ea cõpeteret personalis. Et dũ subdit, à censu, seu fictus pstatione, præsuppo suit, ꝙ nec censualis esset, licèt hæc qualitas sit cõpatibilis cũ allodio. c. constitutus. de religios. domibus. & tradit Iaso in l. j. C. de iure emphyteutic. col. xj. vers. quarto quæro. dum ergo dixit, simul ab omni onere, intellexit de onere collectarum. quia qui omne dicit, nihil exclu-

excludit.l.Iulianus.ff.de leg.iij.l.omnia.& ibi pulchrè mod.ff.si cert.pet. maximè quia verba nō videntur posse verificari in alio quàm collectarum onere. Ideo succedit regula.l. fundus qui locatus. ff.de fund.instruct.

Tertiò etiam quòd res non fuisset immunis de se, nec per contractum Principis con-
2 cessa immunitas, † tamen ex quo acquisitor & hæredes possederunt tanto tempore sine registratione, & solutione, videntur præscripsisse libertatem non soluendi collectas, vt per Alex.lib.v.consil. iij. ponderans narratis. in v.dubio,dicens, quòd sufficit tempus quadraginta annorum, si durante dicto tempore fuerunt impositæ collectæ generales,& non fuit aliquid solutum per prætendentes immunitatem,quia tanto tempore tuti sunt. l.omnes.C.de præscript.trigin.ann.l.fin.cum gl.in verb. adempto canone. C. de fund.patrimo.lib. xj. & ita quòd sufficiat cursus quadraginta annorum quando interuenit titulus etiam inualidus concurrente eo quòd dicto tempore fuerit aliquando collecta generaliter imposita. & nunquam soluta. ita firmant Moder.Taurinen.in tract. præscriptionum,parte v.iiij.liij.q.vij.& dicit Barto.consil. cxxv.commune Spoleti. prout refert Corn. lib.ij.consilio xliij.in hac consultatione.col.j. versicu.nec videtur refragari, quòd qui stetit per quadraginta annos, quòd non soluit collectas, est tutus etiam à futuris collectis. & istud idem firmat idem Cor.qui inaduertenter allegatur esse sibi contrarius. Respondeo ad ea quę in contrarium adduci possunt libr.iiij.consilio cclxviij.in hac consultatione. in fine primi dubij.col. vij. versicu. ex quibus potest pluribus modis.adducens Rom. cōsi. ccviij.non est dubium determinātem. per d. l.fina.quòd qui allegat concessionem sibi factam de nō soluenda collecta concursa quadraginta annorum, obtinere debet vt nulla ei nouiter imponatur. Tamen pręmissis non obstantibus intentio communitatis fundata
3 videtur † vt onera & collectæ omnibus imponantur per æs & libram, hoc est, secundū facultates & quantitatem patrimonij.Innoc. in c.grauem.de sententia excommunicationis.Bart. in l.iiij. §.j. ff.de re iudi.etiam forensibus possidentibus in territorio ex generali consuetudine,vt not.Bart.per illum text.in l. vnic. C.de auro corona. lib. x. à qua non est recedendum.l.minimè.ff.de legib. quæ cum similibus in proposito Deci.adducit consilio ccclvij.placet mihi.in j.dubio.& talis consuetudo est generalis,vt Bartol.ibi dicit,& Bald. in l.etiam.col.fin.C.de execu.rei iudi.dicens, quòd generalis cōsuetudo obseruat,vt quòd vbi quis possidet,ibi collectam patiatur,aliàs res & fructus sibi auferuntur.Et talis consuetudo probatur assertione doctorum, vt nouissimè firmat Deci.consil.dcxlix. pro resolutione.in primo dubio.quinimò attentat probare quòd cessante statuto,& consuetudine collectę possint imponi forensibus, post Andræam de Isernia,in tit.quæ sint regalia . col. fin.versic.item collectæ. Nec obstant allegata in contrarium. Et primò, quòd dominus Albertus habuerit causam à Principe, qui habebat causam ab ecclesia,& sic tam immediatus auctor, quàm mediatus erant immunes à collectis, quia priuilegium non soluen
4 di collectas,quod erat in ecclesia,† & si quod erat in excellentissimo Marchione mutatū, & extinctum fuit mutata persona, quæ erat causa priuilegij.l.Paulus.in fi.aliàs incipit per procuratorem. ff.de acquiren. here.l.j. C. de impo.lucra.descriptione.lib.x. & ita Bald. in rubr. de vsuris. in iiij.qō. & dicit Specu. in tit.de immun.eccles.in fi.quòd emens bona ecclesiastica non est exemptus à soluendis collectis. non erat ecclesia.iuxta c. non minus.de immunit.eccles.per text. in l.licitatio. aliàs incipit,locatio.§.fin. versic. mercatores. ff.de publican. & vec. vbi licet fiscus sit immunis à solutione vectigalium, tamen exēptio non transit ad singulares successores habentes causam à fisco. & ita contra.emptorem notant illū text.Di.Bart. Albe.& Rom. & ad d.l.dolia.§.j.respondent,quòd loquitur de iuribus coherentibus rei, secus in iuribus vel priuilegijs, quæ cohęrent personæ, quæ non transeunt in emptorem. Ex quibus habetur, quòd siue quis habeat causam ab ecclesia,siue a Principe, neutro casu potest pręrendere immunitatē ex hoc à collectis, quæ imponuntur post venditionem à sic priuilegiatis consummatam.& cum Specu. tenet Federic. de Senis, consi. iij. quæstio talis est. vt Geminianus in cap. quamquam .in vlti. col.de censi.in lib.vj.Ioan.de Platea in l.sena torum.C.de dignita. lib.xij. Secundò non
5 obstant illa verba, † liberam ab omni onere.quia nullum titulum immunitatis cōcludit à futuris collectis, cùm possint intelligi de alio onere, quàm collectarum. vt puta, hypothecæ,quæ dicitur onus.§.item Seruiana.institu. de actio. adeo vt per hæc verba, si res fuisset obligata, & sub conditione alicui

compe-

cōpetijsset emptori actio ad interesse, quāto scilicet minus res valeret propter tale onus hypothecæ. Angel. in l.j.§. si hæres. per illum tex. ff. ad Trebel. & Alexan. lib. iij. consi. lxvij. fortificatur prædicta cōclusio. Et pariter intelligi possunt de omni onere collectarum præcedentium, à quibus res asserebatur libera, ne aliàs emptor queri posset earum ratione, iuxta ea, quæ scribit dominus Parp. in l. placet. C. de sacrosanct. eccles. col. xv. post glo. in l. honorem. ff. de muner. & hono. & vltra eum Areti. consil. cxv. in causa magnifici Antonij de Pettucijs. per tradita in l. fina. C. sine cen. vel reli. venditionem celebrari non posse, non autem illa verba important quòd Princeps voluerit concedere immunitatem
6 à futuris collectis. † Primò, quia contrahebant, vt priuatus per viam contractus, quo casu intelligitur in dubio velle cōtrahere de iure communi, & non priuilegiatiuè. Bald. in l. ex imperfecto. ad fin. C. de testa. tradunt Mod. in cap. j. per illū tex. in j. notab. de probat. nec vti priuilegio, vel plenitudine potestatis. Innoc. in cap. innotuit. de electione. vbi Abb. in fi. & not. Bald. in l. si testamentum. in princ. C. de testa. & Alex. in l. quāquam. C. de testamen. militar. & libr. ij. consil. lxxxvij. visis
7 col. iij. Secundò, quia illa verba, † libertam ab omni itinere intelliguntur scilicet præsenti, non autem trahuntur ad futurum. l. si quis ita. ff. de auro, & argento legato. l. si mandauero. §. is cuius. ff. manda. l. si ita stipulatus fuerim. §. cum stipulamur. ff. de verb. oblig. l. Rutilia Polla. ff. de contrahen. emptio. & ideo si partes intellexissent per illa verba, ab omni onere, comprehēdere futuras collectas, hoc exprimere debuissent. & hoc astringitur fateri Alex. consulens pro immunitate latiore, quæ dicebat sine cēsu, aliquo seruitio, homagio, pensione vel mercede vel alicuius rei donatione vel solutione, vt non comprehenderet futura onera, nisi additum fuisset fiendis dictis dominis vel pacto communi, vt clarius dicitur in casu posito ante consilium Alexand. libr. ij. consilio cxciij. ex themate in iij. dub. col. iiij. ponderās illud participium passiuum, fiendis, quod est futuri temporis. & per alias rationes quæ ad casum nostrū nōn possunt adaptari. Tertio, quia stat quòd res vendita fuerit libera ab omni onere, & tamen quòd post imponatur collecta possidendi rem, quia obligatio formatur tēpore, quo collecta imponit, & pro onere emerso post venditionem, & tunc collecta incipit habere suam formam, & produci in esse cum imponitur. Bald. in d. l. fin. C. sine censu. & tradit Fely. in c. ecclesia sanctæ Mariæ. de constitut. colum. xxviij. versicu. quintò quæro. & in hoc magis attenditur persona, quàm res
8 † quia res sumit conditionem à persona non econtra. d. l. j. C. de impo. lucra. descrip. & ita tradit Isernia in d. c. j. quæ sint regalia. super verbo plaustrorum. quem sequitur & comprobat Alex. lib. j. consil. cj. visis instrumentis exemptionis. col. penult. versic. & dicit And. de Isernia. Et verè videtur, quòd si partes voluissent talem immunitatem facere, doctissimus dominus Albertus emptor nō ignarus eorū quæ necessaria & vtilia sunt in tali immunitate, de quibus in l. euacuatis. C. de decu. lib. x. & per repetentes in d. l. placet. in penult. col. expressisset de oneribus prærteritis & futuris patrimonialibus & mistis. l. vni. §. sin autem ad deficientes. C. de cad. tollend. Et per hoc respondetur ad tertium princi-
9 pale fundamentum de præscriptione. † quia cùm nullus præcedat titulus immunitatis, etiam inualidus, cursus quadraginta annorum etiam quòd fuissent impositę generaliter collectæ, & per dominum Albertum nō solutæ, non sufficit ad pręscriptionem, sed requirebantur quatuor alia quæ in processu probari oportet, vt scribit Alexan. lib. ij. cōsil. cxxxvj. in causa & lite vertente. inter Iacobum. col. penult. & fin. versicu. item ad hoc vt præscriberetur libertas. Primò, quòd pręten dens præscriptionem probet se fuisse aliquo tempore requisitum, vt collectas solueret, aliàs nunquam præscribit immunitatē non soluendi. l. cùm sumus. C. de agri. & censi. lib. xj. Secundò requiritur aliquod factū præscribentis, id est, quòd ipsi allegantes pręscriptionem requisiti soluere recusarint. l. hæc autē iura. ff. de serui. vrba. prædi. Tertiò exigitur bona fides in præscribente. cap. fina. de præscript. quæ fortè in proposito non potest allegari attenta qualitate emptoris & successorū scientiū dispositionē iuris ex verbis dicti contractus resultantis. Quartò requiritur, quòd probetur scientia, & patiētia cōmunitatis, ꝯ sic requisiti & cōtradicentes non fuerint exacti. ꝑ l. ij. vbi Bar. de serui. & aqua. & licèt Alex. videatur ibi loqui de consuetudine, tamen loquitur largè & abusiuè. quia per consuetudinem acquiritur vniuersis & cuilibet de populo, nō autē particulari personę sed per pręscriptionem. Abb. in c. cum dilectus. col. fi. de cōsuetudine, & ita Alex. declarat &

rat & cõprobat Io.Frãc. Ripa de S. Nazario. lib.ij.responsorũ.c.iiij. si supremus dominus. col.fi.versi. præterea animaduerrat cõmunitas an sit bene probata præscriptio. Et non solùm sufficeret probare prædicta quatuor, cum vno primo loco posito, sed exigerent & quintò probare tẽpus impositæ alicuius collectæ, & exigi tentatæ postquã lapsi fuerunt ante motã litem xl. anni, vt dicunt pręsentes Moder. Taurinen.in d.vij.quæstio. allegantes not.per glo.& canon.in cap. cùm ecclesia sutrina. de causa positionis & proprietatis. Ita vt possint simpliciter metiri tempus à data instrumenti exemptionis.quia qui se fundat in tempore à lege diffinito, debet ipsum tẽpus probare concludenter. l. matrem. C. de probat.& in terminis declarat Bart. in l.Celsus.ff.de vsuca.& Bal.in l.fin.in xv. oppositio. C.de edic.diui Adri.tollen. Et cum prædicta requisita nõ proponãtur interuenisse, nõ expedit disputare an tempus nõ cucurrerit quoad fuit in seculo præstãtiss. dominus Albertus consiliarius Marchionis fortè prætendẽs immunitatẽ soluẽdi ex psona & nõ ex tenore instrumẽti. Et pariter an aduersus præscriptionẽ restituẽda esset cõitas, presertim qa arbitrabatur fortè pp facultatẽ recatandi quæ Marchioni cõpetebat nõ esse locũ exactioni & pariter et dato, q immunitas cõpeteret ex
10 cõtractu vel prescriptione,† teneantur saltem sic immunes ad onera refectionis viarũ, pontiũ, aquęductuũ & murorũ.iuxta l. ad instructionẽ.C.de sacro.eccles. & l. reparationẽ.C. de aquęduct.lib.xj.vbi Io.de Plat.& de collecta, quæ imponitur tẽpore belli vel pro redimenda vexatione hostiũ.Bart.in l. nullus. C. de cursu publico.lib.xij.vel pro conseruando vel liberãdo loco à pestilentia.vt prosequitur pręallegatus de Ripa, in suo tract. de peste. quia postquam immunitas non competit in his & similibus non videtur laborandum.

Ioan. Franciscus Purpuratus.

Argumentum.

In causa immunitatis pro dominis de Innũciatis contra cõmunitatem Verzolij, & de virtute verborum, libera ab omni seruitute, onere & census, seu fictus pręstatione, an per hęc censeãtur immunia à collectis. Vide supra Consilio pręcedenti.

SVMMARIVM.

1 *Verba generalia generaliter intelligenda sunt.*
Verb. Ab omni seruitute, onere & census seu fictus prestatione qualiter accipiantur. & nu. 2. 3.
2 *Causam disconunuam habere uidetur id omne quod hominis factum requirit.*
3 *Intellectus uer. preterea. consi. Alex. 193. lib. ij.*
4 *Collecta & si personis imponatur, imponitur tamen rerum ratione.*
5 *Concessionem factam de non soluenda collecta allegan ti cum annorum quadraginta concursu nihil noui imponi debet.*
6 *Concessio ab omni seruitute, onere & census seu fictus prestatione, facta tempore belli, intelligitur facta non nedum solum de collectis præsentibus, sed & de futuris imponendis ratione belli.*
7 *Collecta facta non seruatis requisitis à iure nulla est.*
8 *Doctores legentes & non legentes nedum à collectis sed et ab oneribus patrimonialibus immunes sunt.*

CONSILIVM XXVIII.



IN causa & lite, quę vertitur inter magnificã cõmunitatem Verzolij & nobiles Patricios Alexandrinos dominũ Ludouicũ & Thomã Iurisconsult. de Innunciatis dicam absens à mea chartacia suppellectili id quod mihi in hoc negotio de iure verius videtur, saluo iure solidius respondendi, dum ero Padue. Et pro fundamento cõsiderãdũ est, q ex tenore contractus aliàs initi inter illustrissimũ Marchionẽ Saluciarũ, & magnificũ dominũ Albertum Innunciatum satis apparet fuisse concessam immunitatẽ dicto domino Alberto, & hęredibus suis, nec aliud possunt importare illa
1 verba,† Ab omni seruitute, onere & census seu fictus pręstatione quę sunt vniuersalia, & per consequens vniuersaliter intelligenda. l. Iulianus.ff.de leg.iij.& c.j.de feud.nõ habẽte propriã naturã feud. l.j.§. quid autẽ. de aleat. nec sunt restringẽda ad collectas eo tempore debitas vel ius hypothecę, imò cõprehendunt immunitatẽ et à futuris collectis. tum quia dicta cõditio magis sapit remunerationem, & beneficiũ, quàm purũ contractum venditionis. Quandoquidem illa possessio Verzolij fuit tradita præfato magnifico domino Alberto ob eius ingentia seruitia pręstita pręfato illustriss. Marchioni Saluciarũ, quo casu verba d.concessionis videntur largissimè interpretanda. C. ex parte. el iij. de decim.

communitas Verzolij non est usa consuetudine collectandi vel priuilegio, si quod habuit, videtur illud perdidisse spacio decē annorum, vt dicunt Bart. Ang. Imol. & Paul. de Castro in l. licitatio. §. earum rerum. ff. de public. & tradit idem Bart. in l. si publicanus. de publica. & dominus Abb. in c. super quibusdam. §. præterea. de verb. signific. attento maximè, quia de iure communi communitati Verzolij non competit ius collectandi forēses. d. l. ex rescripto. §. fin. sed potius ex quadā consuetudine, quod ius vti speciale & cōtra ius commune facilè tollitur. l. eius militis. §. militia missus. ff. de milit. testamē. Et talis interpretatio, quæ reducit nos ad ius commune videtur fauorabilis. l. si vnus. §. pactus ne peteret. versicu. quod in specie. ff. de pact. c. ij. de decim. Et si dicatur, ex quo collectæ de tempore in tempus imponūtur, ante quàm inducantur, non debentur. ergo præscriptio nō potest inchoari ante ortum obligationis, quia priuatio præsupponit habitum. l. decē. ff. de verbor. obliga. & l. non potest videri. de regu. iur. respondetur, ꝙ nō præscribitur aduersus obligationem oriūdam & in esse deducendam, sed aduersus ius collectandi. & ita respondet Corne. in dicto consi. cclxviij. colum. xj. in versicu. non obstat quarta ratio. vbi etiam dicit, quòd est potius quædam cōsuetudo quàm præscriptio, & ideo non videtur danda restitutio in integrum, quia esset iniqua talis restitutio, & diceretur contra ius commune, quo cauetur forenses non posse collectari.

6 Quarta coniectura est, quia illa † concessio facta ab illustrissimo Marchione Saluciarum, vt dicta prædia essent libera, & expedita ab omni seruitute & onere, fuit facta eo tempore quo vigebat bellum inter illustrissimū Allobrogum ducem & pdictū illustrissimum Marchionem, adeo quòd videtur in genere cogitatum nedum de collectis præsentibus, sed etiam de futuris imponendis ratione belli. facit l. iure militari. de milit. testamen. nec possunt dici huiusmodi collectæ insolitæ. iuxta l. fistulas. §. si frumenta. de contrahen. empt. quia constat pluries fuisse impositas similes collectas temporibus nostris, quia inter illustrissimos Marchiones Saluciarum semper fuit bellū, adeò vt nobis obijci non possit id quod dicitur in l. si ex toto, de legat. primo.

Quinta coniectura est ad probandum, ꝙ
7 non teneantur, † quia non fuerunt seruata requisita à iure, quia non fuerunt citati hæredes prædicti domini Alberti, dum dicta collecta imponeretur, minus fuit excussa bursa communis, imo fuit imposita collecta excedens onera vltra fructus & reditus, contra notata per Bartol. in l. his verbis. §. idem testator. de leg. tertio.

Sexta coniectura est, quia dicta concessio
8 fuit facta domino Alberto iurecōsulto, † qui de iure communi est immunis à collectis, & verba intelliguntur secundùm qualitatem personæ de quo proferuntur. l. plenū. §. equitij. de vsufruc. & hab. Item pro se & hæredib. qui omnes fuerunt doctores legentes, qui nedum à collectis sed ab oneribus patrimonialibus sunt immunes. l. medicos. vbi gloss. Bart. & communiter interpretes. C. de professo. & medic. lib. x. imo plerique tenent ēt alios doctores non legentes immunes fore, quos citat mihi tanquā frater honorañ. dñs Ioannes de Neuizanis in suo subtilissimo cōsilio edito de anno 1535. & in materia collectarum. & per prædicta concludo non teneri ad registrandum nec ad collectas.

Ego Ioannes Antonius Rubeus Alexandrinus Paduæ legens, & in fidem me subsignaui cū appositione parui sigilli, saluo vt s.

Quoniam adiectione plenitudo non indiget, visis & perlectis suprascriptis elegantissimis fundamentis illustrissimi magnifici domini Ioannis Antonij Rubei, ducalis collateralis, aliàs in hac nostra Thaurineñ. academia in prima cathedra de sero legentis, sagatiusque consideratis in illius sententiam & opinionem concurro ego Ioānes de Neuizanis iurisconsultorum minimus, in quorum testimoniū hic me propria manu subscripsi Ioannes de Neuizanis.

Argumentum.

In causa Brethæ & litisconsortum contra homines Costiglodiarum an, & quādo subscriptio notarij reddat scripturam authenticam, & fidem faciat, & de comparatione literarum, & materia excussionis.

Vide infra consilio xxxij. & consilio xxxix.

SVMMARIVM.

1 *Scriptura carens testibus, rogitu, & alijs solenitatibus ad publicam scripturam requisitis, licèt subscripta sit à notario, se notarium non appellans, ꝙ tanquam scriptura priuata habenda sit.*

2 *Scriptura carens testibus quæ iudicialia nec officium concernit, licèt subscripta sit, & sigillum habeat tanquam priuata habetur, nec contra tertium fidem facit.*

3 *Literis sigillatis extra iudicialem contractum continentibus non creditur.*

4 *Scriptura priuata etiam multa & simul iuncta non probant.*

5 *Scriptura priuata licèt recognita sit per eos, qui scripturæ recognitæ præsentes non fuerunt, fidem non facit.*

6 *Literarum comparatio contra tertios possessores semiplenam probationem facit, licèt secus sit contra scribentem.*

7 *Datio in solutum uenditioni æquiparatur.*

8 *Scriptura in qua pondus causæ consistit, si locum non continet, contra tertium non probat, etiam si uno teste notata esset.*

9 *Scriptura quando absolutè priuata non est; sed ob testes subscriptos uel alio modo ad publicam accedit, ut publica reputatur, locum expostulat.*

10 *Iuramentum suppletiuum neque hæredi, neque ei qui uerisimiliter ueritatem ignorat, deferri solet.*

11 *Actio personalis contra tertios possessores non datur.*

12 *Legatum dicitur donatio.*

13 *Hypothecaria pro legato specifico uel propriè sumpto non datur, si ex testamento hæreditas adita non sit. Item & si adita esset hæreditas ex testamento, & legatum factum esset specificè creditori. & nume. 14.*

15 *Excussio necessaria est antequàm ad tertios possessores deueniatur.*

16 *Excussio ordinem procedendi respicit.*

17 *Excussionis exceptio tertio possessori competit.*

18 *Excussionis exceptio apud Allobrogos admittitur nedum quæ opponitur à tertio possessore, sed etiam quæ à fideiussore obijcitur.*

19 *Recognitio imo & comparatio nihil iuuant quando scriptura recognita nihil operatur.*

CONSILIVM XXIX.

Pronuntiandum omnino videtur in fauorē communitatis Costigloliarum contra dominum Ioannem Brethę mercatorem argentariæ regiæ ex eo fundamento, quòd eius intentio non possit iustificari ex assertis scripturis per eum productis, etiam quòd recognoscerentur iuxta requisita die vigesimaquarta Decembris. Quia considerandū est, quòd ipsæ scripturæ sunt priuatæ esto quòd illa longissima parrolla habeat subscriptio-
1 nem per hęc verba, Gamb audi. † & probaretur quòd illa sit subscriptio domini Gambaudi notarij & Marcialis secretarij: ex quo ibidem non appellat se notarium, & illa scriptura caret testibus, rogitu; & alijs solemnitatibus ad publicam scripturam requisitis de quibus in capit. primo de fide instrumen. nec etiam est scripta manu ipsius Gambaudi, qui nec de hoc in sua asserta signatura fecit mentionem. iuxta glo. & doctores in c. cùm P. tabellio. de fide instrument. & ita in terminis prosequitur Maria. in consilio xxiiij. Visis ac diligenter. columna vij. in fin. versic. secundo principaliter. & dicit in indiuiduo Bal. in l. scripturas. C. qui potiores in pignore habeantur. per illum text. cum glo. in verbo, notarij. quòd si vnus ex testibus subscriptis in priuata scriptura esset tabellio etiam apostolicus, illa scriptura propter hoc non plus operatur quàm si esset alius simplex testis, qui non scribit vt tabellio, vt comprobat Fely. post eundem Bald. in capitulo secūdo columna secunda de fide instru. versi. quarta declaratio.

Esto pariter quòd illæ literæ, quæ dicuntur illustrissimi domini Michaelis Antonij probarentur habere eius sigillum, & ab eo subscriptæ, quia carent testibus tam subscri-
2 ptis, quàm inscriptis, † nec concernunt iudicialia vel officium Marchionale, sed contractum in quo scribens quilibet considera tur vt priuatus, etiam Princeps. l. secunda §. primo. ff. ne quid in loco publico, per quam dicit Bartol. in l. in fraudem. §. neque. ff. de iure fisci, quòd quando ciuitas etiam habens iura Principis facit actum cum priuato subscribens se censetur sicut scriptura priuati. & comprobat Fely. in capitu. primo de probat. colum. ij. versic. & prædicta confirmātur pulchrè. Et ideo isto casu sigillum, & subscriptio domini Michaelis Antonij licet probaret post legitimam recognitionem contra sigillantem. l. secunda. C. de rebus alien. non alienan. vel contra subscribentem. l. cū antiquitas. §. finali. & ibi Bald. & Paulus de Castro. C. de testamentis. tamen contra tertium non probant, quia auctoritas sigilli restringitur ad vsum, ad quem fuit designatum sigillum, vt sunt iurisdictionalia. capitulo significauit. de appellationibus, quia re-
3 sponsione † non creditur literis sigillatis cōtinentibus contractum extraiudicialem, secundùm Nicolaum de Matarellis & Ioan. And. in additio. Specul. tit. de instru. aditione. §. nunc videndum. in additione magna. in versi. secundùm supplementum. & istam partem sequitur Aret. in c. post cessionem

de probatio.colum.ij.cum seq. in glo.j. posita super verbo, ordinati. & in versic. iij. conclusio. & colum.iiij.ibi, adde in præmissis. & sequitur ibidem Felyn. colum.ij.versi.x.conclusio. Et ab hac opinione nemo discrepat in terminis, in quibus est apocha, de qua agimus, quando scilicet nulli sunt subscripti testes, licèt quando testes essent subscripti sit contentio Abb.& Aret.

4 †Esto etiam, quòd essent multæ priuatæ scripturæ, quia etiam simul iunctæ non probant etiam si essent mille. Bald. in rubrica de controuersia inuestituræ. colum.ij. versi. sed quid si sunt duæ.& Felyn.in d.c.ij. de fide instrumen.colum.vj. versi. adde etiam Bald.& Socy. lib.x.consil.xxxiij. prosequendo ordinem. primo dubio. versicu. ij. conclusio. & consi.xlj. exactis.colum.v. versic. non obstat quintum argumentum. & hoc maxime locum habet in apochis, de quibus agitur, quę non sunt factæ à præsente præsenti, sed in fauorem absentum, quia præsentia in dubio non præsumitur.l.ij.C.de statuis & imaginibus. Paulus de Castro in l. latia. ff. de verborum oblig.& talis apocha facta in absentia partis sine testibus nullam fidem facit.glo.in §.j.& ibi Angel. in Auth. de instrumentorum cautela & fide. Baldus in authē. sed nouo iure. colum.j. in fine. C. si certum petatur. modo si recognoscantur per illos testes iuratos vigesima quarta Decembris, etiam affirmatiuè, vt quia dicant domini Gambaudi subscripsisse illas percellas dominos Michaelem Antonium & Franciscum signasse assertas apochas & sigillum de quo in ea quæ legitur facta vigesima secunda Maij esse sigillum domini Michaelis Antonij, tamen eorum recognitio non iuuaret

5 partem. †Primò, quia ex quo recognoscētes non fuerunt præsentes scripturæ recognitæ non probant etiam semiplenè, vt est de mente Bartol.& communis opinionis in l.admonendi.ff.de iureiuran.vt ibi ponderaui.colum.xxvij.versicu.iij. Bartol. concludit. adducendo etiam Alexan.lib.j. consi. cxxiij. discussis hæsitationibus. colum.iij.versi. quia in casibus. & lib. iij. consi. lxxvj. ponderatis, in primo dubio. & ratio est manifesta. quia plus non debet operari recognitio testium, quàm ipsæ scripturæ recognitæ seu iustificatæ, quòd sint signatæ manu eorum, qui in eis leguntur. Sed ipsæ scripturæ non probant contra tertium. Ergo nec illarum recognitio per testes facta, & hoc clarius demonstratur. quia aliud est deponere de veritate scripturę, & aliud est loqui de veritate contentorum in scriptura, cùm ista essentialiter differant. Bald. & doctor. in l. Labeo.ff.de pact. vnde quando testes recognoscunt hodie, quòd talis scriptura est signata à domino Michaële Antonio, possunt in aliquo probare, quòd dominus Gambaudi, vel alius signauit scripturam, sed non probant, quòd illam signauerit tempore de quo scriptura loquitur, ex quo non fuerunt præsentes signationi & scripturæ præcedenti, nec minus probabunt veritatem assertarum venditionum & traditionum, quibus non fuerunt præsentes.

Secundò considerandum est, quòd text. in d.l.scripturas.in versi.sin autem ius pignoris.expressè vult non esse iudicandum contra hos de Cōstiglolijs, quos constat habere instrumentum publicum cum promissione defensionis, & pro euictione cum expressa hypotheca bonorū ex assertis scripturis excēplo productis, nisi illæ nunc comprobentur per tres viros optimę opinionis, qui præsentes fuerunt, & ideo testes qui recognoscerent tantùm ex quo ipsi non sunt subscripti, non iuuarent etiam si suæ recognitionis causas adducerent, vt subtiliter & latè prosequitur Areti. consi. lxiiij. diligenter & maturè, in toto primo dubio. & latius Socyn. lib.ij. consi.cclxxiiij. in causa Lisę contra quā agit hypothecaria Balsradellus per totum. Quinimò si nedum simpliciter recognoscerentur, sed etiam si fieret comparatio literarum. iuxta l. comparationes. C. de fide instrumen. quę fortior est, & solennior quàm recognitio postulata per testes, qui nec sub-

6 scripserunt nec interfuerunt scripturę, † tamen talis comparatio non faceret semiplenam probationem contra hos tertios possessores, licèt illam faceret contra scribentem, vt in specie firmat & probat Corn. libro j. consilio cxxxviij. visis scripturis. colū.j. versicu. ad euidentiam. & quamuis in casu præsenti non sit quæstio inter prætendentes hypothecam ex apochis anterioribus, & inter prętendentes hypothecam ex instrumento posteriori publico, & authentico. vt loquitur rubrica & text. d.l. scripturas. quia homines Costigliolarum non agunt hypothecaria, sed solùm fit probatio iudicij, vt ea conueniatur, tamen hoc casu militat eadem ratio, ne priuatæ scripturæ publico instrumento præferantur. Ergo idem ius

esse debet. l. illud. ff. ad legem Aquil. c. translato. de constit. imò maior est ratio in præsenti casu quàm vbi est concursus agentium vnius ex priuata scriptura anteriori, & alterius ex publico instrumento posteriori ad eandem rem hypothecam, cùm fauorabilior sit causa possessoris habentis instrumentum publicum, & nedum hypothecam sed dominium. l. fauorabiliores. ff. de regu. iur. & quia faciliùs competit exceptio & retentio quàm detur actio. l. per retentionem. C. de vsur. cum similibus, quæ nota sunt, & in specie, quòd d. l. scripturas. locū habeat hoc casu, adduco Anchar. consi. xxvij. rationes inductæ contra B. conuentum hypothecariâ ita determinatam pro eo qui habebat instru
7 mentum publicum dationis insolutū, † quæ æquiparatur venditioni, de qua in casu nostro l. eleganter. in princi. & ibi notat Paulus de Castro. ff. de pigiorati. actio. l. si prædium. C. de euictio. in fine, ibi. Huiusmodi contractus vicem venditionis obtinet. diligenter aduertendum est, quòd assertæ scri-
8 pturæ † maxime illa, quæ adscribitur domino Michaeli Antonio, in qua pondus causæ consistit, nullum continet locum, ideo nullo modo probat contra tertium, etiam si esset trino teste notata. iuxta ea quæ habentur in dicta l. scripturas. in secundo responso, & recognosceretur per testes in ea subscriptos, quia licèt sit dubium, an in scriptura priuata requiratur locus & locus loci in quo Ioannes Andræas in cap. Abbatem. de re iudic. libro vj. tenuit, quòd non, sicut nec requiritur dies neque consul. l. cùm tabernam. §. penulti. ff. de pignor. Roman. vero in l. admonendi. ff. de iureiuran. dicat, quòd imò requiritur, per canon. quoties cordis oculus, prima quæstione septima. & ita passus sit dispu
9 tabilis. † Tamen quando scriptura non est absolutè priuata, sed propter testes subscriptos vel alio respectu accedit ad publicā, velut publica reputatur, tunc exigit locum, vt est text. in §. illud. in Authen. quibus modis naturales efficiantur legitimi. & ita sentit Alexand. respondendo ad illum textum, in l. de pupillo. §. qui nunciat. ff. de no. oper. nuncia. colum. iij. versic. vtrum autem sit verum, quòd in priuata scriptura, &c. Et ratio hoc suggerit, quia si scriptura priuata debet assumere robur publici instrumenti, congruit vt habeat annum, diem & locum, sicut publicum instrumentum habere decet. iuxta tradita in dicto §. qui nunciat. per Bartol. & Bal. in dicta l. comparationes. vt plenè Felyn. in d. cap. si scripturam. quod est in ordine primum. de fide instrumentorum. & maxime vt pateat facultas tertio contra quem producitur, se defendendi, sicut competeret contra publicum instrumentum. iuxta l. optimā. C. de contrahen. & committenda stipulatione. & in terminis terminantibus hoc vult Bald. in dicta l. scripturas. in ij. colū. in versi. & hæc lex optimè facit ad hoc an ista scriptura. dicens, quòd debet continere nedum tempus sed locum, & alias concomitantias, de quibus in dicta l. optimam. Ex his itaque infertur, quòd superuacuo postulatur recognitio, & successiuè excussio, quarum euentus nihil operatus est l. hæc stipulatio. §. diuus. ff. vt legatorum nomine caueatur. & eo magis, quia si facta recognitione resultare posset aliqua probatio, etiam semiplena, non deffer-
10 retur iuramentum suppletiuum, † quod non defertur hæredi, aut ei qui verisimiliter veritatem ignorat. Bald. & doct. in. l. in bonæ fidei iudicijs. C. de rebus creditis, tum quia non defertur in causis magnis, vt dicit ibi glossa magna circa finem, & in dicta l. admonendi, & in cap. fina. de iureiurando, & dicit Alber. de Rosa. in dicta l. in bonæ fidei, columna finali. quòd causa ducentorum ducatorum dicitur magna inter duos ciues, multo magis ista vltra duo millia ducatorum. Et ideo magnificus dominus delegatus sicut non admisisset probationem impertinentē, iuxta l. ad probationem, la prima. in secundo notabili. C. de probationi. ita non debet procedere ad examen testium iuratorum super materia impertinenti, quia nedum re integra ante examen, sed etiam post probationes factas posset reuocare admissionem, Cardinalis in clementi. sæpe. §. & quia, in tertio notabili. de verborum significatio. Deci. in cap. dilecti. in quarto notabili. de exceptionibus.

Secundò principaliter hoc verum esse demonstratur. quia etiam si assertæ scripturę plenè probarent, prout non probant, contra hos tertios possessores, tamen ex eis nulla potest resultare actio contra ipsos tertios de Castiglolijs, ex quo nullam continent hypothecam.

11 † Et actio personalis, si quę resultaret, non datur contra tertios possessores. l. fin. §. fina. ff. de contrahen. emptio. l. prima. §. si hęres. ff. ad Trebel. Et pulchrè prosequitur Alexā. in j. consil. xcij. perspectis quę in themate, col.

col.iiij.ver. secundò respondeo. & istud fundamentum non potest negare clarissimus dominus Aduocatus partis, sed dicit dominum Michaelem Antoniū testamento iussisse eius debita solui per dominum Franciscum eius hæredem sed de tali testamento hactenus non apparet, ideo non sufficit ita dicere nisi probetur. l. j. cum glo. in versi. dicatur, si quadrupes pauperiem fecisse dicatur. l. si emancipati. C. de collationibus. & de testamento tradit Bar. in l. j. §. si quis in duobus. ff. de bonor. possess. secundùm tabulas. Et hoc locum habet etiam quòd iudicium sit valde summarium. l. fina. C. de edicto. diui Adriani tollendo. & ratio est secundùm modernos in d. l. si emancipati, quia facta nō præsumuntur, vt ibi, & l. in bello. §. factæ. ff. de captiuis & postliminio reuersis. Sed testamentum est facti, & ideo non præsumitur, nec hoc probatur ex instrumēto venditionis exhibito, quia ibi de testamento verbum nullum, & minus de tali iussu soluendi creditoribus, & ideo alleganti incumbit probatio testamenti. Bart. in l. his potest. ff. de acquiren. hæredit. col. vij. versi. Quintò d. glo. Verùm demus citra veri præiudicium aut confessionem, quæ nocere possit, illustrissimum Michaelem Antonium ita iussisse, ex hoc hypotheca nō resultat ex tribus, primò quia ex tali iussu generali non resultat legatum, ex quo nulla summa vel persona exprimitur,
12 & † legatum dicitur donatio. Instituta de legatis. in princ. vnde si non continet donationem, iuxta l. j. ff. de donat. non potest dici legatum. Et istam rationem facit in fortioribus terminis Ang. Aretin. in loco statim allegando. Secundò ex asserto testamento nō reperitur adita hæreditas, quæ licèt adeatur per verba enunciatiua maxime prolata per modum causæ. Bart. in l. gerit. ff. de acq. hæred. col. iij. versi. circa secundum. & ver. sequenti. tamen non potuit in proposito adiri per dominum Franciscum ex testamento, qui erat de venientibus ab intestato, non habita prius notitia testamenti, quam non præsumebatur habere, quia factum in partibus longinquis. glo. Bar. & reliqui in l. potest.
13 ff. de acquir. hær. † Et si ex testamento non sit adita hæreditas, non daretur pro legato specifico & proprie sumpto hypothecaria, vt latè firmat Alexand. in l. j. ff. de leg. j. colū. xvj. versic. item nota, quòd licèt pro legato & fideicommisso particulari competat hypo-
14 thecaria. † Tertiò etiam si esset legatum specificè factum creditori & ex testamento foret adita hæreditas, tamen non competeret hypothecaria. vt est glo. ordinaria in §. si quis debitore. in versi. è contrario. super verbo, amplius. Institu. de lega. quam ibi cōprobat Ang. Aret. col. ij. Et alijs rationibus corroborat idem Ang. in suo testamento in glo. Item reliquit Titio Lucio centum. in quibus confitetur se teneri. circa finem in versi. an saltē. nec obstat quod Bartol. in l. si creditori. in fi. ff. de leg. j. teneat contrarium, quia Angel. Imol. Comensis. Paul. de Cast. & Alexan. ibi col. ij. tenent contra Bartol. & subdit ibi Alexan. quòd ista opinio est verior. tum propter rationes prædictorum, tum propter dictum §. ex contrario. Et ibi circa finem idem tenet Ias. dicens omnes modernos communiter ibi tenere. vnde ab hac communi non est iudicando recedendum. Barto. in l. j. C. de pœna iudicis qui malè iudicauit. Et ita prætensi mercatores non sunt audiendi, ex quo de facto experiuntur. l. si pupilli. §. videamus. ff. de nego. gest. sed debent ex officio repelli, etiam si ipsi de Costiglolijs vexati non opponerent. glo. in l. vbi pactum. C. de transactionibus. Et militante altero ex dictis duobus principalibus fundamentis, prout verè militat vtrunque, superuacuum videtur aggredi tertium principale de excussione, in qua quis auditur, cùm constat ei actionem competere mero iure, vt sic iudicium præparetur. Et ne talis actio exceptione elidatur. §. sed neque. in Authenti de fideiussoribus. authentica hoc si debitor. C. de pignoribus. Et minus videtur cōcedenda de nouo, postquam taliter qualiter facta reperitur & publicata, propter rationem authenticæ, at qui semel. C. de proba. & cap. fraternitatis. de testibus. Verùm vt respondeatur ad fundamēta partis dicentis excussionem non esse necessariam, præsupponendum est pro regula
15 præallegata, † quòd excussio necessaria est antequam perueniatur ad tertios possessores. vt etiam tradit Bald. in l. ij. C. commu. diuid. plenè Aret. & Alexan. in l. decem. ff. de verb. oblig. Et ideo dicitur res esse certa pro illo, qui haberet regulam pro se. Bartol. in l. quoties. ff. si quis cautionibus. Solùm restat respondere ad considerationem partis dicentis causam esse mercatoriam, & propterea non exigi excussionem, attenta etiā forma rescriptorum mandantium procedi sola facti veritate inspecta, & absque inuolutione scripturarum. Et ista videntur iustifi-

cari ex scriptis per Iaso.in l.si constante. ff.so- luto matrimonio.col.xxxiiij. versic. circa ter- tiam partem principalē. ibi, confirmo vltra eum. dicentis. quòd ex quo in causa merca- torum proceditur de bono & æquo non at- tentis apicibus iuris. Barto.in l.si fideiussor.§. quædā. ff.mandati, non requiritur excussio, quæ dicitur de apicibus iuris. Bald.in l.si mā- cipiū. §.j. ff. de euictionibus in apostillis suis. dicit quoque ibi Iason, quòd si ex forma sta- tuti vel rescripti proceditur summariè & de plano sine strepitu & figura iudicij, vel secun dum æquitatem, non requiritur excussio al- legando Marianū consil. xxiiij. visis & dilige- ter.colum.fin. versicu. in super de iure com- muni.& Aretin.consil.cxxvij. In causa domi- næ Antoniæ.versi. Ad secundum dico. Sed ad primum respōdetur, quòd hæc causa nō est mercatoria, cum non agatur inter mer- catores, & minus agiterur in causa mercato- rum, prout considerat Bart. in d.§. quædam. Et dicit in terminis nostris Ias. in §. item si quis in fraudem.col.xviij.versic. quarto limi- tatur.Instit.de act. quòd ista dicta sunt intel- ligenda sanè vt intelliguntur.per Bartol.in d. §.quædam. & ratio in proposito est in prom-

16 ptu, quia † excussio respicit ordinem pro- cedendi, & in talibus attenditur curia iudi- cis, coram quo proceditur, & non causa me- ritorum procedendi. glo. & Abb. in c. quòd clericis.de foro competenti. Ad secundum respondetur non esse veram decisionem, quod per talia verba rescripti censeatur sub-

17 lata exceptio excussionis, † quę competit tertio possessori habenti maximè titulum onerosum, quia eius priuilegium est funda- tum in æquitate, vt prius scilicet conueniā- tur qui debet, & excutiantur bona eius so- luta & disbrigata, quàm perueniatur ad pos- sessorem bonæ fidei titulatum titu.oneroso, qui ita tractat de damno euitando sicut agēs poterat allegare. l. Moschis. cum sua gloss. quę optimè probat hoc dictum, ad cuius ta- men conclusionis verā declarationem, vide notata per Anton. de Fano.in tracta. de pig. & hypoth. in parte viij. in primo membro & nume.28. vsque ad numerum 32. Imò in casu nostro multum plus nec hoc voluit gloss. & Bart.in d.l. si mancipium. licet quando ordo esset de causa ad causam non posset opponi exceptio ordinis, vbi causa est ita commissa reiectis apicibus iuris. Sed ibi ordo est de persona ad personam, vt in proposito, & ma- ximè ad personam nullo modo ex suo facto obligatam secus est, quia priuilegiū eius est fundatum in æquitate. Et propterea Bald. in l.fin.§.sed & si quis. C.communia de legatis. dicit, quòd quando agitur hyppothecaria contra tertium possessorem, arbitrator qui procedit de æquitate non potest reijcere ex- ceptionem excussionis. Et confert quod tra- dit Bart. in extrauagandi ad reprimendum, super glo.in verbo videtur.circa finem.quòd quæcunque clausula apponatur in commis- sione sub quacunque verborum forma, non potest iudex auferre exceptionem adquisi- tam parti, etiā si esset de rigore iuris inducta, nec Maria.& Areti.in præallegatis consulta- tionibus contrarium precise firmant, sed ad alia fundamenta euitandæ excutionis recur- runt maxime ad notoriū, quòd excutiendus alia bona non habebat.iuxta glos.in l.nisi.ff. de pactis Et quòd mulieres debitrices erant rusticæ & pauperes, ita vt iudex posset per- pēdere illas non habuisse alia bona, & quod in instrumento dotis erat cōstitutum, quod tollit necessitatem excussionis. vt per Ange. in l.fin.C.de acquir. possess. & quia alienatio erat facta lite pendente, quo casu non requi ritur excussio. Bart.in authen.hoc si debitor. & Aretin. tandem dicit, quòd posset adhuc fieri excussio iudicio pendente, & nouit ma- gnificus dominus delegatus quòd in patria ducalis Sabaudiæ, in qua ex statuto & com-

18 missionibus sic proceditur, † tamen admitti- tur exceptio excussionis nedum quæ oppo- nitur à tertio possessore, qui est fauorabilior, sed etiam quæ obijcitur à fideiussore, qui ex proprio facto obligatur, & minor fauor illi debetur. Et istam partem latè tenet doctissi- mus legendo & iudicando Georgius Natta in repetitione clementinæ sæpè. de verbor. significa.in prin.col.lxxxviij.versi.& prædicta faciunt ad quæstionē.dicens se ita obtinuisse de facto. Et ista opinio in casu nostro indubi- tanter procedit ex duobus. primo quia illu- strissimus Marchio narrato sibi die 15. Decē- bris sicut procedebatur contra hæredes, & bona tenentes illustrissimorū dominorum Marchionum via excussionis, & supputato vt mandaretur procedi apicibus iuris non consideratis, de quibus est excussio, non re scripsit simpliciter procedi secundum sup- putata, sed vt vocatis vocandis ad excussio- nem bonorum incohatam, & sic non intelli- git reijcere exceptionem excussionis, licet velit in ea procedi summariè inspecta sola veritate facti, & absque inuolutione scriptu-

rarum

rarum. Et satis est vt istæ clausulę aliquid operentur absque eo quòd in totum tollant huiusmodi exceptionem pauperibus & oneratis subditis necessariam. cap. cùm dilectus. de consuetudine. cap. filius. & ibi Abb. in iiij. nota. de testamentis. facit regula. l. ij. §. meritò. ff. ne quid in loco publico. & maxime qa excutiendo nedum in hac patria sed in Gallia mercatores ipsi bona repetient disbrigata maxime dotes maternas illustrissimi domini Francisci, & excussio fienda est etiam in alieno dominio, vt per Signorol. consi. lvij. creditor. in vltimo dubio. Et maxime in terminis istis nostris in quibus territorium non est simpliciter alienum sed domini superioris omnium partium, & per hoc nõ expedit disputare an illustrissimus dominus Marchio potuerit committere causam taliter vt tollerentur actiones competentes de iure communi, in quo videretur dicendum quòd non. ex glo. in cap. fin. de hæreticis. lib. sexto. quam latè prosequitur. Alexã. in l. nemo potest in naturalibus. ff. de legat. j. quia non est quærendum de potestate, postquam de voluntate non apparet. Secundò quia sic pars aduersa nullam prætendit hypothecam expressam & cõuentionalem, sed satagit inuenire tacitam legalem, quam etiam si haberet, requireretur excussio etiam vbi aliàs nõ requireretur ex dispositione d. §. sed neque. & dictæ authen. hoc si debitor. quæ loquuntur de expressa & conuentionali, nam ante illa iura noua in tacita hypotheca legali exigebatur discusio etiam de iure digestorum. & C. l. Moschis. ff. de iure fisci. & in hac cessant specialia Bald. in l. cum eorum. C. de sententijs & interloquutionibus omnium iudicum. Et ideo habet etiam locum contra mulierem agentem hypothecaria pro dote ex tacita hypotheca, quæ datur à lege vt tandem fatetur & concludit Ias. in d. l. si constante. col. xxxv. versi. tenendo istam partem contra communem. Et ita omni respectu est pronunciandum non esse deueniendum ad recognitionem postulatam tanquam superflua alio saltem non apparente. Et ipsos de Costiglolijs liberandos ab obseruatione iudicij iuxta requisite, quia vt dicit Salyc. in dicta l. comparationes. colum. iiij. versi. ad quin
6 tam quæstio. †Recognitio quinimo comparatio non iuuat quando scriptura recognita nihil operatur. Et dicit ibi in vj. colum. versicu. nunc videamus de septimo. quòd licet fides scripturæ comprobetur respectu personæ conficientis, non propterea contenta in scriptura habentur pro veris nisi occasionaliter.

Ioan. Franciscus Purpuratus.

Argumentum.

An & quando æstimatio fundi dotalis facultatem tribuat marito restituendi dotem in pecunia & non in fundo.

SVMMARIVM.

1 *Aestimatio bonorũ in cõtractu dotis emptionẽ facit.*
2 *Prædia æstimata data in dote, quæ partes voluerũt obtinere, idem ius in alienando seu contrahẽdo maritus neque alienare neque de eis disponere põt.*
3 *Fundi dotalis dati inæstimati natura est, ut per maritum alienari non possit.*
4 *Contractus denominatio in effectu non attenditur, si effectus & natura contractus in alium contractum sonant.*
5 *In uerbis clarè significantibus non cadit interpretatiõ sermonis, nec coniectura uoluntatis.*
6 *Verba in contractibus & dispositionibus interpretari debent ut actus magis ualeat quàm pereat.*

CONSILIVM XXX.



Iso & diligenter percunctato instrumento dotis quondam Margaritæ vxoris quõdam Ioan. Francisci Payrani de Villafalletorũ, & auditis his quę in facto mihi præsupponũtur, ꝙ heredes ipsius Margaritę, & ab ipsis cãm habẽtes tuti esse debeãt de iure aduersus hęredes ꝑ pręnominatũ Io. Frãcis. eius quõdã maritũ institutos vel substitutos probatur clarè ex paucis instãdicendis. Nã licet sonus verborũ primę partis ipsius instrumẽti indicet sicuti bona immobilia ibidem designata fuerint in dotẽ data facta eorũ ęsti
1 matione ad florenos 4000. † quæ æstimatio regulariter facit emptionẽ in cõtractu dotis l. ij. vbi gl. & doct. C. de iure dot. l. si inter. & l. quotiẽs. vbi Bar. eo. tit. de quo ꝑ glo. no. in c. Raynutius. in verbo, vsucapio. de testam. in quibus locis cõcluditur propterea maritum nec hæredes eius teneri ad restituendũ ipsa prædia vel bona, sed solã æstimationẽ, & consequenter videatur dicẽdum primo aspectu dictum quõdam Ioan. Franciscum maritum

potuisse de ipsis bonis in suo testamento disponere, & non ipsam quondã Margaritam. Nihilominus re vera habita consideratione ad verba clausulæ postea sequẽtis ibi, Quasquidẽ
2 † domos, ayralia, possessiones ac bona supradicta voluerunt ipsæ partes obtinere idem ius in alienando seu cõtrahendo sicut si essent inæstimata, & pro fundo dotali. &c. manifestè dicere debemus etiam sine vlla dubitatione ipsas partes habuisse expressè mentem & intentionem, quòd dicta prædia & bona quæcunque remanerẽt dotalia, & pro fundo dotali data, ac habere vim & effectum ac robur fundorum dotalium inæstimatorum dicta præcedenti æstimatione non obstante, & consequenter non potuisse per prænominatum quondam maritum disponi, prout disponere voluisse videtur. Ille namque actus in dubio censetur à partibus celebratus, cui naturaliter vel essentialiter conuenit qualitas specificata, & cui cõuenit natura actus, ei cõuenit & eius species; sicq; valet argumẽtum à natura actus, vt sic actus ille in dubio celebratus videatur cui naturaliter & essentialiter qualitates conueniunt. text. est not. in hac materia. in l. cum dotem. vbi Bald. not. C. de iure dot. dat exemplum. Pone natura emptionis & venditionis est, vt ad emptorem transeat omne periculum perfecto contractu. Vbi igitur sumus in tali natura, sumus & in tali contractus specie.
3 modo in proposito dico, † quòd de natura fundi dotalis inæstimati dati est, vt non possit per maritũ alienari. l. j. §. & cùm lex. C. de iure dotis. & Instit. qui. alien. licet vel non. in princ. & l. cùm vir. ff. de vsucap. cum si igitur &c. facit regula vulgaris, cui verba legis conueniunt, conuenit & dispositio. l. iiij. §. totiẽs. ff. de dam. infect. l. quod constitutum. vbi Bartol. ff. de testam. milit. Et quia magis attenditur effectus verborum quàm sonus, pro quo etiam vltimo videatur Ias. in l. si prius. colum. xij. ff. de oper. no. nunciat. & Philip. Decius in regula, semper in stipulationibus. ca p. princ.
4 com. ff. de reg. iur. ad idem facit. † quia quotiens à contrahentibus ponitur nomẽ vnius cõtractus, & tamen re vera effectus alterius contractus inducatur forte ex verbis præcedentibus vel sequentibus, stamus tunc effectui & non nomini. pro quo do text. in simil. in l. Lucius. ff. de dona. vbi si dixero, commodo tibi habitationem talis domus quamdiu voluero habitare, censetur precarium. Et ita illum text. ponderat ad id Bal. in l. ij. C. commo. & faciunt in hoc proposito quæ eleganter adducuntur per Geor. Nattã in sua repe tit. clem. sepe. col. iij. vers. xiij. & sequentibus. de verb. signi. ad idem quòd non attendatur denominatio contractus in effectu, quando effectus & natura contractus sonãt in alium contractum. Est casus expressus in l. vbi ita donatur. & ibi not. ff. de dona. causa mor. no. Bart. in l. j. §. quibus. ff. quod cuiusque vniuer. no. & in l. si olei. C. loca. Bald. in l. non codicillum. in princi. in ij. oppo. C. de testam. & in l. si tam angusti. ff. de seruitu. Bar. in l. quotiẽs ferro. §. qui maximè. ff. de publica. & in sua disputat. incipi. publicanus quidam. &c. cum alijs infinitis, quæ ad istud propositum allegari possent. Et quia præmissa procedunt etiam quando sumus in dubio. ergo multò magis in casu nostro, vbi verba dictæ sequentis clausulæ sunt adeo clara vt non sit opus coniecturæ vel interpretationis. l. continuus. §. cum ita. ff. de verbor. oblig. l. ille aut ille. §. j. ff. de leg. iij. & hic dicit Soc. filius in consi. xiij. col. x. in primo vol.
5 † quòd in verbis clarè significantibus non cadit interpretatio sermonis nec coniectura voluntatis. Nec obstat ergo si dicatur, quòd attenta contrarietate adinuicem, & repugnantia dictarum clausularum, & dictorum verborum quòd sint bona pro æstimatis in dotem data, & quod per inde sit quo ad effectum, & si non forent æstimata ipse contractus reddi debeat in totum nullus. l. vbi repugnantia. ff. de regu. iur. de quo per Socin. filium consi. xuj. colum. ij. versi. probari videtur. Et quia adinuicẽ contrarium seu contradictionem implicantia non possunt stare &c. vel aliàs dicendum videtur, quòd altera ex clausulis prædictis esset superflua. Nam ad hoc respõdetur quòd hic nulla est repugnantia vel contradictio. Aut enim simul quòd prędicta prædia fuerint æstimata, & tamen habeant vim & robur ac effectum fundi dotalis inæstimati, nec propterea reddetur superflua æstimatio, quę apparet magis fuisse facta ad pompam, & vt sciretur quantum valere poterat patrimonium ipsius filiæ, & ad hoc vt socer ac maritus ei redderentur magis obligati quàm vt ipsa æstimatio faceret emptionẽ. quia quòd non faceret emptionem fuit postea expresse satis cautum ex sequenti clausula, de qua supra, per quam declarantur præcedentia. l. talis scriptura. §. fin. ff. de leg. primo. Bart. & Moder. in l. pretor. §. si initium. in notabili-
6 bus. ff. de edendo. † Debent namque verba

in contractibus & dispositionibus taliter interpretari vt actus magis valeat quàm pereat.c.Abbate.de ver.signi. Et verba sunt taliter intelligenda, ne dispositio reddatur illusoria,cap.si Romanorum.xix.dist.l.si quando.ff.de leg.j.de quo per Cur. nepotem melius quàm per alium in suo consilio vlt.col. penul.per Felin. in cap. Rodulphus. colū.ij. de rescript.cū alijs quę breuitatis causa omittuntur. Præterea dato sed nō admisso, quòd imò dicta æstimatio fecisset emptionem, & consequenter, quòd ipsa prædia non haberent vim nec effectum fundorum dotaliū, non ne tamen ipsi hæredes Margaritæ vel ipsorum bonorum detentores ac ab ipsis hęredibus causam habentes essent tuti in ipsis bonis ratione tam amplæ tamque prægnantis hypothecæ de qua in finalibus verbis ipsius instrumenti, vt saltem iure pignoris possent ipsa bona per eos retineri, donec dicta dos integraliter in pecunia per assertos hæredes dicti Ioan. Francisci mariti soluta foret ad quod pro nunc non me extēdo, quia præmissa sufficiunt. Laus Deo.

Francisc.de Ecclesia March.Consil.

Argumentum.

Promissio de releuando Titium si lata fuerit contra eum sententia, verificatur statim atque per acta de ipsa sententia apparet etiā quod non fuerit appellatum, & pulchra in materia excussionis,reconuentionis,& obligationis sub conditione.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum publicum est probatio probata ulterius non probanda.*
2 *In conditione, Casu quo quis sententiam obtineat, sola facti existentia sufficit.*
3 *Conditio, Casu quo Capella sententiam obtineat, de prima sententia intelligenda est.*
4 *Emptor qui causam defendere tenetur, & litem uenditori denuntiare prima sententia lata de cautione agere potest,*
5 *Stipulator indemnitatis ad interesse agere potest, quoquomodo res euincatur.*
6 *Promissio ac obligatio conditionalis conditione purificata pura remanet,ac si à principio dispositio simplex fuisset.*
7 *Conditiones duę si sint adiectæ,utraque impleri debet.*
8 *Verb. Casu quo Thomas aliunde non esset releuatus, conditionem suspensiuam non important,sed resolutinam obligationis inducta per prima conditionis euentum,*
9 *Quantitas certa si in instrumento promissa fuerit adiecta conditione, quòd si facto calculo de minore quantitate appareat, illa minor quantitas tantùm deberetur,non reddit promissionem conditionalem.*
10 *Reus exceptionem probare tenetur.*
11 *Releuationem seu indemnitatem habens contra promittentem agere non potest,si alium habeat à quo releuari debeat & possit.*
12 *Persona in contractibus non subauditur.*
13 *Extensionis exceptioni renuntiatum uidetur per uerba hæc. Cum omni & qualibet iuris & facti renuntiatione necessaria & opportuna.*
14 *Potentes propter conueniendi difficultatem non soluendo dicuntur.*
15 *Reconuentio continens obscuritatem reijci debet.*
16 *Libellus generalis uel obscurus non procedit,*
17 *Participia tenente goldiente in ablatiuo posita conditionem important.*
18 *Obligatio copulatiuè concepta ad hoc ut dispositio locum habeat, utramque conditionem impleri necessum est.*
19 *Actio sine obligatione non datur.*
20 *Conditionis natura est ita dispositionem suspendere, ut ante eius euentum nullus resultet effectus.*
21 *Conditio in contractu apposita si deficiat, perinde est acsi contractus nunquam celebratus fuisset.*

CONSILIVM XXXI.

OBIITIS Thomas Laurentius Saluciensis debet obtinere sententiā cōdemnatoriam ad petita sua,contra nobilem Petrum Georgium Gambaudum,& sententiam absolutoriam in causa reconuentionis à Gambaudo facta. Primū mōstratur,quia intentio Thomę agentis iustificatur ex publico instrumēto exhibito rogato egregij testatoris de anno 1531. die 2. Martij,in quo Petrus Georgius habitis florenis duodecim centū in saccis quadraginta quatuor grani barbariati & saccis centū & sex siliginis ex causa assignationis de qua infra promisit Thomæ quòd casu quo Ioan. Anto.Capalla litigās cōtra Thomā obtineret sententiā releuaret eundē Thomā vsque ad dictā summā,& ideò cū per sententias producta appareat conditionē extitisse, debet Petrus Georgius iuxta petita condemnari. De promissione enim cōstat publico instru-
1 mento,† quę est probatio probata vlterius non pro-

probanda Bal.in l.ij.C.quando fiscus, vel priuatus.cum simi.quæ nota sunt, & de euentu cōditionis,scilicet quòd Ioan. Antonius Capalla obtinuerit sententiā probatur ex actis productis,quæ faciunt notorium. l. gesta.C. de re iudic.cum simi.vt ad saturitatem deductum est per clarissimum dominum consulētē in primo dubio,vltra quem bene facit in proposito quod vult Bart.in l.ij. C. de eden. volens quòd si fuerit mihi legatum sub conditione,si Titius obtinuerit in curia Romana,acta in quibus sententiam obtinuit probabunt conditionem impletam in fauorem mei legatarij, & contra hæredem legantis quantumcunque neuter nostrum interuenerit in illa causa. quia in tali conditione implenda non quæritur nisi de facto,an scilicet obtentum sit, vt declarauí in d.l.ij. colū. xvj. versi.iij.Bartol.infert.quæ decisio multo magis procedit in casu nostro, in quo partes cōtrahentes habebant notitiā de lite, & quam prosequutus est stipulator omnimoda defensione, ita vt etiam si quæreretur non solum de facto,vt quæritur,sed etiam de effectu, vt iure sententiæ haberet præiudicare Petro Georgio per doctrinā Bal.& Saliceti in l.j.C. de periculo & commodo rei venditæ.& maximè quia Petrus Georgius nihil rationabile allegat,neque ostendit,aliquid contra sententias productas. per ea quæ tradit Imol. in cap.fina.ad fin.de emptio. & vendit.& Alex. in l.non solum.§. morte.col.penulti. versicu. puto concludendum.ff.de no.oper. nuncia. Ex quibus apparet vanam esse obiectionē, quæ fit executio, quòd nobilis Thomas acquieuerit secundæ sententiæ, quia etsi hoc verum non sit, tamen non obstaret, si verum foret.

2 † Primò,quia in conditione,casu quo Capalla obtineat sententiā, &c. sicut & in reliquis conditionalibus sufficit sola facti existētia.l.qui hæredi.& l.melius.ff. de conditionibus & demonstrationib. l.quidam cum filiū. ff.de verb.oblig.& in terminis conditionis de obtinenda sententia vult Barto.in d.l.ij.cum quo posteriores transeunt.& in terminis sententiæ idem vult Bald.j.lib.consil.ccxv. quatuor fuerunt principaliter obligati.

Secundò,quia nobilis Petrus Georgius nihil adducit quod suggerat vel concludat illas sententias malè latas.

3 Tertiò,quia illa conditio casu quo Capalla obtineat sententiam, intelligitur de prima. per l.boues.§.hoc sermone.ff.de verb.signifi. cum simili.positis per Ias.in l.duobus.§.si el qui.ff.de iureiurand.col.j. & ante Fely. capit. innouamus.de treuga & pace.& in proposito satis,quia verba hominis intelliguntur de primo actu etiam inualido, quamuis secus esset in dispositione legis. l. hæc conditio. ff. de conditionibus & demonstrationib. & ibi declarat Socin. in vltimo notando, & in specie,quòd verba contrahentium intelligūtur de sententia prima & primi iudicis etiā prolata dispositiuè & non conditionaliter tantùm,vt hic videtur tex.in l. penult. ff. iudicatum solui.& tradit Socin.in l.multa testamēto.ff. de conditionibus & demonstrat. col. ij. versi.circa primam.

4 Quartò † etiā emptor qui tenetur causam defendere & litē venditori denuntiare,tamē lata sentētia prima agere potest de cautione, & in dubio non tenetur appellare,quia præsumitur pro sententia.l. Herennius.in princ. & ibi glo.& clarius Barto.ff.de euictionibus. multo ergo minus tenebatur nob. Thomas qui ap[illegible]auit à prima appellare à secunda con[illegible]māte, pro qua magis præsumitur Bal. in authen.sed si quis.C.de episcopali audientia.& eo magis quia etiam in casu in quo emptor tenetur appellare, vt quia constaret sententiam esse iniustam, non tamen de emptore posset fieri illatio ad casum nostrum, in quo Thomas soluēdo id ad quod nō erat effectualiter obligatus, vt dicetur in ij. dubio, stipulatus est indemnitatem sibi præstari per Petrum Georgium,si Capalla obtineret sententiam . & ita etiam si iniustam, quia sat est conditionem impleri de facto, vt prædictum
5 est . Et quia stipulator indemnitatis † potest agere quoquomodo res euincatur ad interesse.l. stipulatio ista.§.quæsitum. ff.de verbo. obligatio.& tradit Abb.lib.j.consil.xliij. quidam Antonius, & nouissimè Deci. consilio cccxxiij.cùm sit quòd nobilis.colum.penult. versicu.ij. & tamen non ita posset agere emptor ex natura contractus emptionis & venditionis.l.si dictum.§. si compromissero. ff.de euictionibus.

6 Secūdò principaliter infertur, † quòd promissio & obligatio Petri Georgij remanet pura purificata prædicta conditione, & perinde habetur ac si à principio dispositiuè fuisset simplex.l.fina.§.j.vbi Ang.not. ff. de vulg. & pupil. & tradit Bald. in l.cùm testamento. C.de manumissis testamento.& est text.in l. si pupillus.in fi.ff.de conditio.institutionum. ibi, Conditione expleta pro eo est quasi pure,&c.

tè,&c.& est text.in l.fi.§.cùm mihi.ff.de verborum obligatio.versi.sed rursus.& ibi not. Aret.& in l.sed & si de sua.§.fin. ff.de acquir. hæred. & tradit Deci. consil.lxxix. viso puncto.col.ij.versicu.sed in casu isto tempore diuisionis,&c.&c.& ita benè agit nobilis Thomas vt Petrus Georgius condemnetur ad formam instrumenti, est enim fundata intentio eius qui petit similem cōdemnationem, quia dicitur probare incontinenti.Bal.in l.ij. C.de edicto diui Adria. tollen. Nec ad hoc obstat quòd in instrumento post promissionem releuationis sit altera conditio.ibi casu quo idem Thomas aliundè non esset releuatus. & ita videatur quòd incumbat Thomæ onus probandi, quòd non fuerit releuatus.
7 aliundè.† Quia quando sunt duæ conditiones adiectæ, non sufficit vnam tantùm verificari, sed vtraque debet impleri.l. si hæredi plures.ff.de conditio. institutionum. Et quia quando negatiua est fundamentum intentionis alicuius, debet ab eo probari. Bartol. in l.hoc iure.ff.de verborum obligationibus. col.ij.versic.do regulam.cum similibus.vt ibi scribit Alexan. qui legit illam legem hoc iure.cum l.in illa.col.ij. & concordantes ponit nouissimè Dec.consil.dcxxix. in concurrenti casu.colum.j. versicu. & cùm ista conditio sit negatiua.Quia considerandum est,quòd Petrus Georgius promisit primò sub conditione,si Capalla,obtineret sententiam,releuaret Thomam erga eundem Ioan. Antonium.& ista prima conditio dicitur suspensiua, quæ euenit quando fuit lata sententia pro Capalla, & tunc fuit nata actio ipsi no: Thomæ cōtra Petrum Georgium.§.ex conditionali.institu.de verborum obligationib. & obligatio remansit pura.vt supra tractatū est. & tradit Alexand.in d.l.in illa.colum.iij. versic.vltimò nota.ex lege, hoc iure.Illa autem verba posita post promissionem de re-
8 leuando. ibi,† casu quo idem Thomas aliundè non esset releuatus non important conditionem suspensiuam,sed resolutiuam obligationis inductæ per euentum conditionis primæ, adeo vt promissio, obligatio & actio dicantur puræ, licet resoluendæ adueniente illa conditione, quòd Thomas fuisset aliundè releuatus.l.ij.& ibi gl.subtilis ac communiter approbata in l.ij.ff. de in diem adiectione. quam sequitur Socin. in rubr. ff.de conditionibus & demonstrationibus.& est text. in l.obligationum ferè.§.cōditio. ff.de actionib.& obligationib.est enim longa differentia inter conditionem suspensiuam,& resolutiuam, vt tradit Raphael Comensis consil.xcviij. supposito tenore. in primo dubio. Et in hoc est differentia inter contractus in quibus prædicta locum habent,& inter vltimas voluntates in quibus conditio resolutiua suspendit.l.quibus diebus.§. quidam Titio.ff.de conditionibus & demonstrationib. Et inter sententias iudicum, quę æquiparantur vltimis voluntatibus.c.præterea requisiuisti de appellatio.vbi glo.& Imol.& in præcepto iudicis tradit Alexā. in l. de pupillo.§. meminisse.ff.de no.oper.nuncia.col.penult. & in laudo arbitri.Aretin.consil.cxxxvij.clarissimè domine collateralis.in vltimo dubio. & per ea quæ dicit Socin.d.§. quidam Titio.
9 in vltimo notabili,† quòd si in instrumento fuerit promissa certa quantitas adiecta conditioni,quòd si facto calculo apparet de minore quantitate, illa minor quantitas tātùm deberetur, per hoc non redditur promissio conditionalis. Et licet possit resolui ex calculo ad minorem quantitatem,tamen interim antequam calculus sit factus,per quem constat de minori quantitate. dicit Socin. quòd instrumentum habebit executionem in tota quantitate promissa, & quòd ita fuit consultum & idem repetit Socin.in l.pecuniam quàm.ff.si certum peta.& ibi sequitur & defendit Philippus. Deci.in inj.norand.& ideo in proposito nobilis Thomæ obligatio contra Petrum Georgium purificata per sentētiam latam in fauorem Capallę,debet habere effectum,si non doceatur de resolutione,
10 hoc est, quòd aliundè fuerit releuatus, † Et probatio huius affirmatiuæ, per quam induceretur resolutio incumbit Petro Georgio, quia respicit eius fauorem, & est fundamentum suę exceptionis.l.in exceptionibus.ff.de probatio. & l.ei qui dicit.illo eodem titul.& tradit Alexan.lib.ij.consil.xxiiij.animaduersis.col.ij. & libr. v.consil.lxxij.viso processu. col.j.non autem pertinet probatio negatiuę ad nobilem Thomam, quia ipse non se fundat in hac conditione resolutiua. & quia talis negatiua esset improbabilis.l.actor quod asseuerat. C.de probat. cum impersonaliter sit concepta, affirmatiua autem, cuius probatio incumbit Petro Georgio, facilis esset probationis, si verum esset quòd ab aliquo fuisset Thomas releuatus. Nec istis refragatur quod opponitur Thomam debuisse quærere releuationem ab illustrissima domina Marchione, à qua conductionem habebat

bat de eisdem rebus, pro quibus molestaba
11 tur à Capella.† Nam ille cui promissa est re-
leuatio seu indemnitas non potest agere cō
tra promittentem, si habet alium à quo re-
leuari debeat, & releuari possit. Bartol.in l.
quæro. in princ. ff. de solut.& liber.per l.j.C.
de magistratibus conueniendis. cum simili-
bus, vt tradit Alexand.lib. tertio.consil. cxv.
super eo quod quæritur. versiculo secundo.

Quia ad hoc respōdetur, quòd Thomas
soluēs Petro Georgio adiecto solutioni per
dominum Marchionem, stipulatus est pro-
missionē releuationis propter dubiū causæ
motæ per Capallam, nec voluit suam stipu
lationem suspendi per conditionem releua
tionis, licet ea contingente potuisset resolui,
& ad hoc est verisimilitudo, quia non tene-
batur Thomas exbursare illam pecuniam
Petro Georgio, ex quo patiebatur contro-
uersiam à Capalla ratione rerū pro quibus
pecuniam promiserat dominæ Marchio-
næ soluere Petro Georgio adiecto solutio-
ni.l.si quis stipulatus fuerit decē.§.j.ff. de so-
lutioni. & cum quo non poterat dici facta
nouatio.l.delegare. ff.de nouation.vbi Paul.
de Cast. & dixi in l. singularia. ff. si cert.peta.
vnde potius ad Petrum Georgiū spectabat
procurare, quòd releuaretur à domina Mar
chione, cuius ipse erat creditor, & sic resol-
ueretur obligatio, quam facit erga nobilem
Thomam. Bart.in d.l.quærò.loquitur quan-
do vnus est principalis promittens, & alter
fideiubens pro releuatione, vt clarius expli-
cat.Bald.in l.j.C.de his quæ in fraudem cre-
ditorum.col.j.versi. modò quæro. hic autem
solus Petrus Georgius promisisset, & illu-
strissima domina Marchio non tenebatur
ad releuationem ratione litis motæ per Ca-
pallam quæ sibi non fuerat intimata. l.j. C.
de periculo & commodo rei vendire. Ex
quibus apparet opponi inepte exceptionē
excussionis non factæ contra illustrissimam
dominā seu eius bona & hæreditatē. quia si
dicatur hoc exigi ex natura conditionis vlti-
mo oppositæ in cōtractu, hoc est falsum per
supradicta.& vltra quia persona illustrissimę
12 dominæ nō est sibi expressa. † Et in contra-
ctibus persona non subauditur.l. stipulatus.
§.Grisogonus.ff.de verb.obli.si verò dicatur
hoc esse ex dispositione iuris quando aliquis
agit vt releuetur, & tunc tali exceptioni lo-
cus esse non potest, ex tribus, primo quia
nulla est persona principalis quæ teneatur
ad talem releuationē, vt probatum est, ideo
isto casu promissor releuationis non habet
beneficium opponendi de excussione non
facta, etiam si nulla pecunia ad eum perue
nisset glo.in auth.de fideiussoribus.in princ.
13 Secundò † quia tali exceptioni excussionis
diceretur renuntiatum per illa verba instru-
menti, cum omni, & qualibet iuris & facti re
nuntiatione necessaria & opportuna, per
ea quæ scribit Bald. in l.j.C. de conueniēdis
fisci debitoribus. Et in specie de promissione
indemnitatis tradit Alex.lib. iiij.consi.xxxij.
in causa exceptionis.co. iij.ver.ij.& maximè,
quia nedum est opportuna sed consueta ta-
lis renunciatio ordinis. Bartol.in l.si frauda-
tor.ff.de his quæ in fraudem creditorū. Feli.
in c.cū M.Ferrariensis.de constitutionibus.

Tertiò respondetur notorium esse illu-
strissimam dominam aut eius filios excellē-
tissimos non posse executi de facto ratione
eorum potentiæ. per id quod in simili dicit
glo.& doct. in l.ij.ff.qui satisdare cogantur.
14 † Nam tales propter difficultatem conue-
niendi reputantur non soluendo. & idē vo-
luit Bart.& posteriores.in l.fina. in princ.ff.si
certum petar.vbi Ias. in iiij. notab.& col.viij.
dicit hæc locum habere ex ratione Bart.siue
principalis sit iustus siue iniustus. & ponde-
rādum est quòd Bart.& posteriores loquun
tur nedum quādo est promissa releuatio ab
vno, imò & in casu fortiori quando est pro-
missa alicui pro Principe, patet hoc coniun-
gēdo dicta eorum cum terminis dictæ legis
finalis, & cum dictis ibi per Ang. & Ias.col.j.
circa summarium legis. Et cùm talis impo-
tentia subesset tempore rogati instrumenti,
non est præsumendum quòd partes cogita-
uerint de releuatione consideranda per viā
talis excussionis. Barto.in l.si quis sub condi-
tione.ff.de conditionibus institutionum. &
maximè non est verisimile, quòd Thomas
voluerit pecuniam suam exponere tali peri
culo. l.cùm de indebito.in princip.ff.de pro
batio. quam poterat retinere stante dicta li-
te mota, sed solū videntur partes cogitasse,
quòd si Thomas reperiretur aliundè releua
tus, vt pote procurante Petro Georgio ex
bona gratia dominæ Marchionis aut hære-
dum, tunc cessaret & resolueretur stipulatio
commissa per sententiam latam in fauorē
Capallæ. Et ita, remotis omnibus, quæ ob-
stare videbantur, ferenda est sentētia in cau-
sa conuentionali per ipsum Thomam, cum
victoria expensarum. l. properandum. § sin
autem alterutra. C. de iudicijs.

Circa

Circa secundum articulum de reconuen-
15 tione primò aduertendum est, † quòd recõuentio contineat obscuritatem, dum deducit omnem aliam quę legitimè soluta fuisse apparebit, maximè cùm agatur de facto pro
16 prio ipsius reconuentionis, & libellus generalis aut obscurus non procedit. l. fina. vbi gl. C. de annali exceptione, etiam quòd habeat clausulam, ius & iustitiam ministrari. Specu. tit. de lib. conceptio. §. nunc dicendum. versi. item talis iustitia. & Alexã. lib. j. consi. cxxj. viso processu. col. iiij. Et etiam dato quòd causa sit commissa summariè, &c. Alex. d. consi. xxxij. col. iiij. & Corn. lib. iij. consi. ccxxiij. visis. colũ. j. & de hoc fuit facta oportuna oppositio in scedula nobilis Thomæ, incip. Non confert ad terminos, in qua dictum fuit de qualitate, & obscuritate, & petitum reconuentionem reijci. iuxta doct. Spec. in tit. de libelli conceptione. §. fi. ver. sis tam cautus, quam sequitur Ias. in l. si per errorem. ff. de iurisd. omn. iudi. col. fin. ver. addo pro ista cautela. & Deci. in cap. significante. de appellationibus. Secundò, vbi reconuentio esset clara, & admittenda, tamen male agitur ex illo secundo instrumento recepto per Gambaudi, ad scuta quatuor centum. quia ex eo instrumento nobilis Thomas non se obligauit pure, sed conditionaliter, ipso tamen tenente & goldiente reditus, & fru-
17 ctus, & aliàs noluit teneri. † Nam illa participia, tenente & goldiente, maxime in ablatiuo posita important conditionem, & exponuntur, id est, si Thomas tenuerit res locatas, & perceperit fructus ac reditus & gauisus fuerit ipsis fructibus; & reditibus. qđ & clarius exprimitur in altero instrumento, ad quod in hoc secundo fit relatio, & quòd censetur pars eiusdem, Bald. in l. petens. C. de pactis, cum pluribus concordantibus quos signi. in l. legem. illo eodem tit. colum. ij. & dicit Bal. lib. v. consi. dxl. Secundùm ea quæ proponuntur, conductor non tenetur, quòd quando sunt duo contractus, & vnus venit in exemptione alterius, non reputatur nisi vnus contractus, quia secundus per se est sicut quoddam pactum quod est pars contractus. natura enim participiorum est importare conditionem. Bart. in l. j. ff. de conditionib. & demonst. colum. fina. versi. vij. & Alexan. lib. iiij. consi. ij. ex narratis in themate. in iij. dubio. & pariter natura ablatiuorum est importare conditionem. l. euictis. ff. euictio. Bartol. in l. ab emptione. in princi. ff. de pact. Calderin. consi. j. in tit. de verb. significat. & dicitur conditio expressa. Bartol. in dicta l. j. col. fina. & plene tradunt Ias. & doct. in rubr. ff. solu. matrimo. & ideo Petro Georgio incumbit onus probandi, quòd Thomas tenuerit res locatas, & fructus & reditus perceperit, & quòd eis gauisus fuerit, quia quando aliquid conditionale deducitur in iudicio, debet liquidari quòd conditio sit impleta. Bald. in l. si quidem. colum. fi. C. de exceptio. per illum tex. & est tex. in d. l. hoc iure. & in l. ita stipulatus. §. quod si ab initio. ff. de verbo. oblig. & dicit idem Bal. lib. ij. consi. xxxiiij. in causa ista. quòd quãdo stipulatio est conditionalis, libellus debet facere mentionem de existentia conditionis, aliàs est ineptus. & idem Bald. lib. iij. consi. cxxij. vtrum dictus processus. dicit quòd omnis conditio est de substantia probationis, & liquidari debet. Et si dicatur, ex forma instrumenti cauetur quòd pro rata temporis, quo frueretur & fructus pciperet, tenebatur soluere seruato ordine assignationis, & assignatio disponebat, quòd Petro Georgio soluerentur in primo anno scuti tricentum, & in secundo anno scuti centum & vnus, & ipse Thomas confessus videtur in actis, ꝙ percepit fructus duorum annorum, & ita videtur omnino teneri ad quantitatem petitam. Respondetur quòd obligatio fuit contracta sub triplici cõditione, si tenuerit res locatas. Secundò, si fructus, & reditus perceperit. Tertiò, si gauisus fuerit fructibus & reditibus perceptis. Vnde licèt Thomas confessus fuerit perceptionem, tamen dixit, quòd fuit damnosa perceptio, ex quo fuit cõdemnatus ad fructus restituendos Capallæ. Et non sufficit Petro Georgio iustificare perceptionẽ, quæ est ipsa separatio à solo, vel exactio debendi reditus, vt declarat Bart. in l. ex diuerso. ff. de rei vendica. Ex quo constat, quòd Thomas non habuit gaudium ex fructibus, quinimò tristitiam & damnum ex eo quòd illustrissima domina Locatrix, ex cuius persona, & mandato agit Petrus Georgius, non habebat ius locandi, vt sententiatũ est,
18 † ex quo obligatio fuit concepta copulatiue, si perciperet & si gauderet. Et propterea exigebatur quòd vtraque conditio impleretur, aliàs dispositio locum nõ habet. l. si hæredes plures. ff. de condi. instit. l. si is qui ducenta. §. vtrum. ff. de reb. dubijs. l. si quis ita stipula-

tus fuerit decem. ff. de verb. obliga. & in terminis Roman. consi. cxlvj. viso diligenter. column. ij. plene Felin. in cap. ij. de rescrip. col. x. versi. copula. & Corn. lib. iij. consi. lxxv. circa quod. versi. & ibi plura in conditione. Et Decius consi. lxxxix. col. ij. versi. & clarius. & in terminis duarum conditionum importatarum per participia & ablatiuos, de quibus in contractu tradit Ias. lib. iiij. consi. cxlix. circa primum. in ij. dubio. versic. ij.

Et verè esset iniquissimum, quòd nobilis Thomas restitueret ex duabus sententijs fructus, & quòd ratione illorum cogeretur soluere quatuor centum & vltra Petro Georgio. vnde cùm non constet de euentu omnium conuentionum promissionis de soluendo, quinimò de defectu potissimæ conditionis, si gauderet & frueretur, sine qua aliæ duę tentionis & perceptionis nihil iuuant, dicendum est cessare obligationem. l. cedere diem. ff. de verborum obligatio. l. hæc venditio. ff. de contrahen. emptio. l. necessario. ff. de periculo & commodo rei venditæ. & non purificatis conditionibus agi non potest; quia sine actione nemo experitur. l. si pupilli. §. videamus. ff. de negor. gest. † Actio autem

19 non datur sine obligatione l. licet. §. ea obligatio ff. de procurat. & obligatio non oritur pendente conditione. l. quod si pendente. ff. de conditio. indebit. & ita Corn. lib. j. consi. cxij. viso themate & perfunctoriè. vnde text. in l. faciunt. §. si in iudicio. ff. ex quibus causis in possessionem eatur, dicit quòd nihil interest, an quis non sit debitor vel sit sub conditione, quia debitum sub cōditione non dicitur propriè debitum. l. debitor. ff. de verborum signifi. l. legata. & ibi Socin. notat. ff.

20 de conditio. & demonstra. † quia natura conditionis est ita suspendere dispositionem, vt ante eius euentum nullus resultet effectus l. sub conditione. ff. de condict. indebit. l. j. ff. de regula Catoniana. & tradit Corn. lib. iiij. consi. ccxxvij. in primo consultationis articu-

21 lo. † Et quando deficit conditio apposita in contractu, perinde est ac si nunquam contractus ille fuisset celebratus. l. pecuniam. in versic. perinde est enim. ff. si certum petat. & d. l. necessario. in princi. & ita Paul. Alexand. & alij notant in d. l. pecuniam. & Iaso. lib. iij. consil. ccxlviij. totus iste contractus fuit conditionalis. colum. j. defectus enim conditionis semper habet oculos retro vsque ad tempus dispositionis. Signor. cōsi. ccxxvij. in quæstione nullitatis. colū. penult. Et cùm nobilis Thomæ, ti soluisset, compereret repetitio et circunscripta conditione, ex quo non potuit frui. l. habitatores. ff. locati. & quia Petrus Georgius venit ex persona locantis. l. ex qua persona. ff. de reg. iur. & hoc per d. l. sub conditione. de conditione indebiti. multo magis deber ei permitti retentio, quæ facilius conceditur quàm repetitio. l. per retentionem. C. de vsur. cum similib. quæ nota sunt. & ita absoluendus est à reconuentione cum victoria expensis l. eum, quem temere. ff. de iudicijs, &c.

Franciscus Purpuratus.

Argumentum.

Citatio de aliquo facta, si sua putauerit interesse, vel aliter, quando constituat eum legitimum cōtradictorem, & quomodo exceptiones per talē allegatæ maxime excussionis sint admittendæ, & de curatore dato hæreditati iacenti.

Vide supra de materia huius consilij, consil. xxix. & infra consi. xxxix.

SVMMARIVM.

1 *Ex contractu competit actio personalis, quæ in contrahentis hæredem transit. Item hæreditati iacenti de curatore prouideri potest, ut hæreditaria bona, excuti possint, & excussio ualida fieri possit.*

2 *Reis fallis necessarijs à parte & iudice opponi non potest, quod iudicium eos non tangat, & quòd in exceptionibus oppositis audiendi non sint.*

3 *Citati si qui fuerint sub conditione, si sua putauerint interesse, an per hoc tollatur, quin eorum persona sint ad probata, ex quo specialiter citati fuerunt.*

4 *Paria sunt dispositionem puram esse, uel conditionalem conditione purificatam.*

5 *Excussio præambulam est ad adsertam hypothecariam, unde in omni tali excussione citatio tanquā necessaria exigitur.*

6 *Instrumentorum pronuntiatio & mandatum de testibus recipiendis in causa excussionis differenda sunt in tempus dati legitimi curatoris, & eo præsente aut moniito.*

7 *Instrumentis de locis longè distantibus in causa magnæ quantitatis credendum non est.*

8 *Nullitas quando actum uniformiter respicit, & est impurgabilis, tunc iudex super tali nullitate in aliud tempus pronūtiationem reseruare nō debet.*

9 *Sententia quæ super omnibus, super quibus pronunciandum fuerat, non iudicat, est nulla.*

CON-

CONSILIVM XXXII.

Espondendo motiuis magnifici domini vicarij Marchionalis admitto iuris esse, † q̃ ex cõtractu cõpetit actio personalis quæ transit in hæredẽ contrahẽtis, & q̃ hæreditati iacenti posset
1
prouideri de curatore, vt bona hæreditaria excuti possint, & valida excussio fieri. vt i terminis tradit Iaco. de Beluis. in §. sed neque. in Authẽ. de fideiuss. in vj. quæst. allegando l. j. & ij. ff. de cur. bo. dan. & latè deducit Alex. lib. v. consil. 100. discussis his omnibus. col. iij. versi. dico etiã q̃ nõ vr̃ legitimè factã esse excussionẽ, sed subsisto dum magnificus vicarius dicit hęreditatẽ iacere ex respõsione negatiua, data per illustrissimũ dñm dominũ Marchionẽ Modernũ, q̃ nolit esse hæres illustrissimorũ dominorũ Michaelis Antonij, & Francisci. Ex quo per acta constat superesse reuerendissimũ dñm Ludouicũ Comitẽ fratrẽ, cui pariter fuit delata hęreditas, qui propterea erat interrogandus, & eius responsio expectanda, antequã talis curator daretur. vt traditur in d. l. j. & ij. per Alex. in rubr. C. de succe. edict. vbi Deci. col. ij. versic. & sumpta occasione. Secundò subsistendum est, dicitur correlariè, q̃ excussioni tali iure non se opponunt illi de Costiglolijs, quos iudiciũ non tangit in eos nullo modo intentatum, quãdo quidem ex actis appareat sub die iiij. Februarij 1538. esse ordinatum citandos esse prætẽdentes habere ius in bonis tam immediatè q̃ mediate possessis per d. illustrissimũ dominũ Michaelẽ Antoniũ, & eorũ excussionem esse fiendã. Et pariter fuit ordinatũ quò ad bona illustrissimi dñi Francisci sub die sexta Aprilis, & cõcessę literæ commissionales ad effectũ vtriusque excussionis, quarum vigore per Franciscum Alsacium commissariũ subdelegatum die xxiij. Decembr. mandatũ fuit Syndicos Costigloliarũ citari ad videndum publicari testes & excussionẽ, & recipiendũ iustitiæ complementũ. Et per literas Marchionales obtentas xxiij. dicti mensis Decembris fuerunt citati ipsi Syndici simpliciter recogniturí quandam apocham, vel ad dicendum causam, quare fieri non deberet talis recognitio, dieque xxiiij. eiusdem mẽsis fuit per partẽ agentẽ accusata asserta cõtumacia Syndicorũ Costigloliarum, exibitaq́; asserta excussio, & petita publicari, & pronunciari legitimè facta. Comparuerunt ipsi Syndici, protestationes quorum fuerunt admissæ, & assignati ad præsentanda interrogatoria fienda testibus. Constat quoque ex literis insertis in processu datis ij Ianuar. partẽ aduersam aspirare ad bona quę ipsi de Costiglolijs tenẽt, ipsosq́; sub die xxvij. Ianuarij admissos ad opponendũ, & partem sub die xxviij. eiusdem requisiuisse, vt causa contra ipsos de Costiglolijs retineretur. Et in schedula incipiente, impar est congressus, producta die penultima Ianuarij requisiuisse, vt excussio pronunciaretur legitimè facta, & declararetur via aperta agendi contra tertios possessores producẽtes simul instrũm vendirionis factæ per dñm Marchionem Franciscum communitati Costigloliarum, petitũ quoque vt si opus esset prouideretur de curatore hæreditati iacenti, vocatis maximè cõitate, & hominibus Costigloliarũ. Sed quid immoror? nõne ipse dñs delegatus in interloquutoria à qua reclamatur, retinuit causam, & aduersus ipsos de Costiglolijs pronunciauit instrumenta pro publicis, & testes examinandos? quæ omnia non possunt dici facta nisi ad pręiudicium ipsorũ de Costiglolijs non autem curatoris dandi. quã nõ entis nullę sunt qualitates. l. eius qui in prouincia. ff. si cer. pet. in prin. vnde difficultas, & præsuppositum in v. solùm posset adaptari, si tantùm iudex à quo ordinasset curatorem
2 hæreditati iacenti dandum. † Sed eùm & pars multipliciter, & iudex fecerint ipsos de Costiglolijs reos necessarios, nõ potest ipsis opponi, quòd iudicium non tangat eos, & quòd non forent audiendi in exceptionibus oppositis. vt per Bart. in l. cùm mulier. col. ij. ff. soluto matrimonio. Bald. & Angel. in l. si suspecta. in princip. col. j. ff. de inoffic. testam. cum similibus, vt tradit Ias. in l. dé pupillo. §. si seruo. versicu. iij. notabilis conclusio. ff. de no. oper. nuncia. & ad hoc non refragatur, si diceretur, quòd citatio facta per Alsacium subdelegatum, est facta cum clausula, si sua putauerint interesse, quo casu prædicta non videntur procedere, vt Ias. ibi scribit versi. ij. limita. post Paul. de Castr. in l. libertus à patrono. ff. de in ius vocan. & ideò Barthol. Veron. cautela cxvij. si petens. admonet, vt quis sit cautus, vt nunquam faciat citari aduersarium

rium

tium purè & simpliciter sed conditionaliter, si sua putet interesse. quia impetratio citationis, & mandatum seu ordinatio domini delegati de citando sunt simplicia & sine conditione, & illa debent attendi non executio, quæ nihil potuit addere formæ ordinationis præcedentis. l. diligenter. ff. manda. & latè Felyn. in c. cùm dilecta. de rescrip. versic. gesta contra formam. & maxime quia magis debet attendi petitio partis, ex qua insurgit dicta approbatio personæ citatæ, & ordinatio iudicis, quam nudum ministeriū executorum. Bartol. in l. iiij. §. prætor ait col. ij. ff. de damn. infect.

Secundò hic concurrūt multa secuta simpliciter, de quibus prædixi summatim referendo processum, ex quibus apparet & partem & iudicem approbasse personas ipsorum de Castiglolijs, & nos longe esse à terminis dictæ limitationis Paul. de Cast.

Tertiò etiam si esset à iudice ordinatum
3 semel tantùm, & à parte petitum, † quòd illi de Costiglolijs citarentur sub dicta conditione, si eorum putauerint interesse. per hoc non tollitur quin eorum personæ sint approbatæ, ex quo specialiter citati sunt. quia cùm interesse excipiatur, in alijs persona videtur approbata. argu. l. quæsitum. §. idem respondet. ff. de fun. instru. & ita declarat Deci. post Bald. in l. fina. C. de edict. diui Adria. tollen. col. xv. versi. in secundo casu principali.

Vltimò omnis difficultas remouetur ex eo quòd etiam ex productis per agentes maxime instrumento venditionis factæ communitati Costiglolliarum per Marchionem Franciscum constat de interesse communitatis prædictæ, quo casu conditio est purificata, & sic perinde est ac si purè citati essent.
4 vt Alexan. dicit in dicto. §. seruo. † Paria enim sūnt quòd dispositio sit pura vel conditionalis conditione purificata l. fina. §. j. vbi Ang. ff. de vulga. & pupil. & nemo qui consideret processum huius causę negabit quin scopus in quem finaliter dirigitur intentio agentiū non sit ad bona per communitatem à dicto domino Marchione quæsita. ad hoc enim requisitum est, quòd vocarentur ad causam ad excussionem publicandam, & rite factam pronunciandam, & cum visa fuit pendente iam processu necessaria datio curatorum hęreditati iacenti, qui condemnaretur & exequeretur, petitum maxime fuit & simpliciter syndicos dictæ communitatis vocari. Igitur audiri debent in oppositionibus ne alias

5 gesta eis noceant, quibus præparatur † excussio præambulum ad assertam hypothecariam, & ea ratione in omni excussione tali exigitur vt est necessaria citatio. Bartol. in l. decem. ff. de verborum oblig. & secundùm Baldum & Angel. ibi, ex quo processus excussionis ordinatur principaliter cōtra possessores bonorum, & in eorum perniciem, vt possit contra eos peruenire magis quàm contra principalem debitorem dicunt nominatim. l. prima. §. penult. ff. de ven. inspi. §. sancimus. cum gloss. in verbo, agentes. in authen. de hære. & falci. & hoc est indubitatum in casu isto, vbi communitas Costiglodiarum possessor nec ignorabatur nec ignorari poterat, vt dicunt Pet. de Anchar. & Dominicus de sancto Geminiano. in cap. fin. ad fin. de electione in vj. & ita in terminis considerat Alexan. lib. vij. consi. cxl. viso summario iurium. colum. fina. versic. nec etiam obstat. Et quòd tali casu exigatur citatio in excussione firmat Alexan. in l. de vno quoque. col. fi. ff. de re iudic.

Tertiò principaliter etiam quo ad dationem curatorum hæreditati iacenti, qui condemnaretur in actione personali procedi potuisset non vocatis aut non auditis ipsis de Costiglolijs, vt motiuat vestra magnificentia. & vt dicit Bald. in l. in causæ. §. interdum. ff. de minor. quòd in condemnatione ipsius debitoris principalis non oportet quòd citetur possessor rei hypothecatæ, cùm sit diuersa persona, & principaliter non lædatur. tamen non debebat iudex à quo super hoc tantum interloqui reliquis requisitis ex parte agente reseruatis, donec ipso curatore dato iudicium haberet suam formam. iuxta. cap. forus. de verborum significationib. quia vt prætactum fuit, est impossibile de iure, quòd curatori nondum dato præiudicet alia quæ continentur in asserta interloquutoria, vltra quòd præallegata decisio. Bald. non caret difficultate, vt patet ex dictis Iaso. in d. l. decem. col. x. versic. successiuè. Ex quo
6 infertur, † quòd pronunciatio instrumentorum & mandatū de recipiendis testibus erāt differēda in tempus dari legitimi curatoris, & eo præsente aut monito. & de instrumentis est decisio. Paul. de Cast. in l. fin. C. de fide instr. & de testibus est tex. in cap. 2. vbi Abb. & ordinate Felin. de testib. Et propterea negari non potest quin sit pronunciandū male iudicatum in alijs partibus non concernentibus dationem curatorum fiendam.

Quartò

Quartò illa pronuntiatio instrumẽtorum seu iurium parte agente productorum habentium solennia pro publicis quo ad formam extrinsecam, videtur & est indiscreta & generalis stantibus oppositionibus factis in processu & quò ad scripturas priuatas quę ascribuntur illustrissimis Marchionalibus latè hoc deduxi in priore consilio; quo uerò ad asserta instrumenta, quæ à notarijs vltra montanis cõfecta leguntur, est decisio Card. in clemen.j. in iij quest. de procuratoribus,
7 quòd † talibus instrumentis de longinquo delatis in tali causa magnę quantitatis non est credendum. Et idem firmant Bald. & Salicet. in d.l. comparationes. col. pen. C. de fide instrum. dicentes hanc communem opinionem. Et tradit Lanfran. in cap. quoniam contra falsam. de probat. versi. instrumentorum productiones. Et maximè quia non adsunt literæ testimoniales magistratus publici pro fide talium instrumentorum vt tradit Paul. de Castr. consi. ccxxxiiij. Videndum est in secundo dubio versic. sed nunc. & ita nec post datum curatorem talis pronuntiatio fienda fuisset; multò ergo minus antequam datus fuisset. Quartò considerandum est, quòd pars obtinuit ordinationem à iudice à quo sub die 15. Februarij 1538. vt excussio bonorum fierent quondam d. Michaelis Antonij. Et successiuè idẽ obtinuit ordinari respectu bonorum illustrissimi domini Francisci, sub die 6. Aprilis, ad quam taliter qualiter fuit processum, quæ fuit producta 24. Decẽbris eiusdem anni, & petita publicari, & ritè facta pronũciari, & publicata die 7. Ianuatij 1539. Et super nullitate oppositũ & disceptatum; & tamẽ super tali nullitate non fuit pronuntiatum in ordinatione, à qua appellatum est; prout tamen erat pronuntiandum, quia de nullitate apparet, ex quo primo & ante omnia requirebatur, quòd daretur curator seruatis seruãdis hæreditatibus, quæ probarentur iacentes assertorum debitorum principalium, qui condemnaretur facta post talem dationẽ legitima fide de debito. Et deinde fieret excussio bonorum, si quæ essent vocatis ipsis de Costiglolijs tertijs possessoribus secundũ cõmunes decisiones, maximè Alexand. supenùs allegatas. Et tamen neutrum ipsorum factum fuit, quia assertam excussionem productam executio, & publicatam nõ præcessit datio alicuius curatoris; nec ad eam fieri videndum, non dico publicari, fuerunt citati ipsi de Costiglolijs, & tamen debebat iudex à quo super hoc pronunciare, per regulã l. quare. ff. de iud. Et condemnare partem agentem in expẽsis in quibus sunt damnificati ipsi de Costiglolijs, ex talis productione excussionis, & temeraria instãtia, vt pronuntiaretur pro legitima. l. eum quem temerè. ff. de iudi. & Bald. in l. sancimus. C. eod. tit. Iustæ enim sunt expensæ retardati processus quarum maior ratio est habenda, vt Barto. in d.l. eum quem temerè. cum similib. vt Ias. tradit in l. properandum. §. sin autem alterutra. in iij. quæst. C. de iudicijs. Nec iuuat reseruatio reliquorum in aliud tempus, ex quo ista nullitas non potest purgari per dationem curatorum, & citationem, quæ fieret in futurum, quin semper remaneet nulla. sed opus est & datione curatoris temerè fienda, & condemnationis ipsius aut principalis debitoris & excussione bonorũ si quæ reperiri poterint, ad quam vocetur communitas & tandẽ pronuntiatione iudicis quòd excussio fuerit legitime facta. Et per Bart. in l. stipulatio. §. habet. ff. de nou. op. nunciat. cuius opinionem dicit veram, & defendit vt communem Ias. ibi col. ij. & iij. versic. quærit Barto.
8 Et † quando nullitas respicit vniformiter actum, & est inpurgabilis vt in proposito; tunc iudex non debet super tali nullitate reseruare in aliud tempus pronuntiationẽ. vt in simili Abb. dicit. in c. dilecti. per illum text. de empt. & vendi. mod. in rub. extra de app. col. vj. & Alexan. lib. ij. consi. lxxix. Perspectis verbis. & ratio suadet. quia superfluis non est vtendum. l. stipulatio. §. diuus. ff. vt lega. no.
9 caue. † Quinimò talis sententia, quæ non iudicat super omnibus, super quibus pronũtiandum fuerat, est nulla. vt per præpositum in c. dilecto. de appel. Ex præmissis sequitur responsio ad aliud correlariũ. in v. quòd ipsi de Costigloglijs nõ possint impedire recognitionem apocharum, quæ ipsos nõ tangit; cùm petatur ad effectum probãdi debitum contra hæreditatem iacentem. quia imò ex actitatis & intentione iudicantis tendebat ad præiudicium ipsius communitatis, qui ante curatorem decretum non erat ordinandum, vt fieret talis recognitio. Et si tantum respectu curatorum hoc fuisset ordinatum, esset inepta ordinatio & nulla tãquam continẽs peruersionẽ ordinis sui ipsius ad se ipsam. l. j. cum ibi notatis. C. de appell. l. cùm hic. §. si prætor. ff. de transact. tradit Barto. & posteriores in l. ij. §. prius. ff. de vulg. & pupilla. Et per hoc non insisto in eo quòd vlti-

mate dicitur, quòd hic poterat esse locus iuramento suppletiuo. quia cùm causa sit magna, vt in motiuo dicitur, illi non esset locus secundùm communes conclusiones, quæ habentur in l. admonendi. & per Alexand. lib. v. consi. xxxix. Vertitur lis. colum. fi. Et ita pronuntiandum est male iudicatum, & bene appellatum. Et faciendo quod ipse iudex à quo facere debebat, pronuntiandum est excussionem antea factam fore nullam ex causis supra allegatis. Et ad dationem curatoris postulatam etiam deueniendum, seruatis tamen prius seruandis, de quibus in l. j. & ij. ff. de cura. bon. dan. vbi Bartol. & Angel. pronuntiationem iurium pro publicis & testium examinationem seruando in iudicio contra talem curatorem intentando declarando, quod tale iudicium & eius executiua non præiudicet communitati Costigloliarũ, nisi prius legitimè citatæ, si voluerit audiri in suis exceptionibus, condemnando partem appellatam in expensis, prout in causa appellationis etiam fieri debet. vt per Bart. in l. tutores. §. curatores. ff. de admin. tuto. maxime quia pars succumbit ex eisdem actis. vt Ias. declarat in d. §. sin autem alterutra. in fin. primi notandi. in nona & vltima quæst. Et aliàs magna remaneret iniquitas. quia gesta nulla & iniqua præiudicarentur communitati citatæ, & quæ interuenit in ea. per tradita in l. sępè. ff. de re iudica. Et isto modo intelligendo potest motiuum magnificẽtiæ vestræ adaptari, salua eius correctione, &c.

Ioan. Franciscus Purpuratus.

Argumentum.

Filiatio qualiter probetur, & possessio, & an & quando competat remedium ca. Reintegranda. iij. quæst. Vide infra consilio xxiiij. & xxv.

SVMMARIVM.

1 *Filiationem probari sufficit ex coniecturis, & quòd pro filio tractatus fuerit.*

2 *Possidens bona communia respectu portionis aliorum iure familiaritatis possidere censetur.*

3 *Exceptio dominij seu proprietatis in remedio, capit. Reintegranda. licet non admittatur regulariter, fallit tamen quando causa commissa est sola facti veritate inspecta.*

4 *Canonis Reintegranda, remedium fouentibus malam fidem non competit.*

5 *Canonis Reintegranda, remedium contra bonæ fidei possessores titulatos dandum non est.*

CONSILIVM XXXIII.

N causa, & lite vertẽte per & inter iugales de Beaufort agentes ex vna, & filios ac hęredes Iacobi Baudrani cõuẽtos ex altera in remedio possessorij redintegrãda, arbitror prætermissa allegationũ põpa partẽ de Baudranis ius souere & debere obtinere in ipsa cã de iure. Et primo pro fundamẽto psuppono fuisse pbatũ, q dñę Pelegrina & Catherineta, à qbus cãm habẽt ipsi de Baudranis, erãt aut saltẽ reputanẽ filiæ legitimę, & naturales nũc quõdam Iacobi Philippi, & Catherinę iugalium de Ysuardis ac sorores vtriusq; cõiunctæ ipsius dñę Leònorę aduersantis. Istud.n. deponũt clare quinq; testes examinati ad instãtiã ipsorũ de Baudranis, vt ex eorũ lectura mani-
1 festius apparet. Sufficit.n. pbare filiationẽ ex coniecturis, & q fuerit tractatus p filio. vt hẽ p Bar. & scrib. in l. filiũ definimus. ff. de ijs, q sunt sui. & in l. si vicinus. C. de nupt. gl. in c. Michael. de fil. presb. ponũt Cano. plenè i c. p tuas. de prob. & pulchre loquiẽ Barb. i cõs. xxvij. col. ij. i j. vol. Et licèt deponãt ipsi testes de quatuor filiabus, tñ duo ex ipsis testibus scilicet Antoninus caligarius & Franciscus muratoris deponũt, q Benẽnina vna ex ipsis quatuor decessit post prẽm. probaẽ ẽt ipsa filiatio ex testamẽto ipsius dñę Catherinæ matris in actis producto. in quo apparet, q ipsas filias hęredes vniuersales istituit. Ex tali.n. actu arguiẽ, q mater eas tractauit vt filias, vt dicit signãter Bart. in l. quidã cũ filiũ. col. fi. ff. de verb. obl. in ver. quid si eũ ex modico. sequitur & d. not. Barb. d. cõsi. xxvij. in iij. col. Secũdò præsuppono fuisse ẽr plenè probatũ, q bona, de quibus cõtenditur, sunt hæreditaria patris ipsarũ filiarũ, vt deponũt clare oẽs quinque testes examinati ad instãtiã ipsorũ de Baudranis, quorũ dicta nõ expedit recensere & denigrare papyrum post quã ex lectura attestationũ satis deprehenditur. Et istud nedũ probatur per testes partis Baudranæ, sed etiã idem deponunt aliqui ex testibus partis aduersæ. Nã in primis egregius Antonius de Clinco notarius deponit quòd ipsa bona, & alia erant commu-

nia

nia inter ipsum dominum Iacobum Philippum & quondam dominum Franciscũ eius patruum, & quòd in diuisione inter eos facta ipsi domino Iacobo Philippo peruenerunt in partẽ bona, de quibus agitur, quę ex post tenuit & possedit vsque ad eius mortẽ dictus dominus Iacobus Philippus.

Confert etiã in fauorem ipsorum de Baudranis illud quod deponunt ferè omnes testes partis aduersæ, quòd domina Catherina mater ipsarum sororum nominatarum in actis post mortem mariti semper vsque ad mortem & tempore vitæ & mortis tenuit & possedit ipsa bona, prout etiam idém deponunt quàm plures ex testibus examinatis pro parte Baudrana, quia non facio vim, an ipsa bona fuerint hæreditaria domini Iacobi Philippi patris siue dominæ Catherinæ matris. quia vtroque casu habet intentum pars de Baudranis, saltem pro duabus partibus ex tribus, postquam apparet ex testamento producto in actis, quòd ipsa domina Catherina instituit ipsas omnes tres filias ęqualiter, cuius dispositio est conformis dispositioni iuris communis. l. ij. C. qui admitt. l. j. C. vnde lib. auth. in successione. C. de suis & legit.

Tertiò est aduertendum, quòd licèt testes examinati ad instantiam iugalium de Beaufort pro maiori parte solùm deponant de possessorio bonorum supplicatorum, de quibus contenditur. Tamen omnes testes examinati parte ipsorũ de Baudranis deponunt de omnibus bonis in ipsis listis contentis. Et per consequens nedum de bonis in partem peruentis in diuisione ipsis dominæ Pelegrinæ & Catherinetæ quàm etiam de illis quæ peruenerunt in partẽ ipsi dominę Leonoræ. Et istud pondero ad effectum, vt appareat, quòd etiam si non esset standum diuisioni factæ, adeo quòd bona, de quibus contenditur, dici possent spectare pro tertio ipsi dominæ Leonoræ, quòd pariter viceuersa esset dicendum de alijs bonis, quæ possidet domina Leonora, ꝙ proptijs duabus suis sororibus deberentur duæ partes ex tribus, siue dicamus ipsa bona fuisse paterna vel materna. quia militat eadem ratio, ergò idem ius. vulgata. l. illud. ff. ad leg. Aquiliam. Infertur ex præmissis etiam data nullitate factæ diuisionis, primò quòd nedum bona, de quibus cõtenditur, sed etiam ea, quæ in partem peruenerunt ipsi dominæ Leonoræ, vt per listas spectabant ipsis Pelegrinæ, & Catherinetę sororibus pro duabus partibus ex tribus tan quã hæredibus patris & matris, & nunc ipsis de Baudranis habentibus causam ab eis ex titu. emptionis. §. venditæ. Institu. de re. diuisi. l. traditionibus. de pact. l. quod vendidi. de contrahend. empt. l. quod meo. vbi Bartol. in nostra constitutio. de acquir. poss. & hær. in l. falso. C. com. re. alien. & per totum titulum.

Quartò infertur, quòd si diuisio nõ esset facta, de nouo fienda esset, cum nemo cogatur stare in communione. l. fin. C. com. diuid. quinimo apparet ex actis primo loco agitatis tempore factarum diuisionum, est in processu nostro folio 41. sicuti ipsamet domina Leonora ingenuè est confessa fore iustum & iuridicum, quòd ad ipsam diuisionem deueniatur, ad quod multum debet aduertere habens iudicare. Infertur & tertiò, quòd si qua possessio fuit penes dominam Leonoram, & viuente matre & post matris mortem etiam ante diuisionem factam, † quòd
2 censetur iure quodam familiaritatis possedisse respectu portionis suarum sororum. l. qui iure. ff. de acquir. poss. per quem tex. licèt Alexan. in consil. ccxxxiiij. circa fin. in iiij. vol. & consi. clij. col. ij. in vij. volum. quòd quando apparet cuius est res, alius cum eo possidens censetur iure familiaritatis possidere, non autem vt possessionem fratris vel alterius ius habentis cum eo vsurpet. facit regula l. merito. ff. pro socio. nam prout deponit Iacobus de Ferrarijs publicus testis examinatus ad instantiã partis Baudranæ, ipsæ omnes tres filiæ tempore mortis patris stabant simul in domo cum domina Catherina earũ matre, & communiter possidebant hereditatem paternam, licèt ex post ipsas dicta earũ matre collocauerit cum affinibus Pelegrinam, & Catherinã. Idemmet deponit secũdus testis. Et si quispiam diceret, quòd bona ipsa erant materna non autẽ paterna, licèt posset istud denegari, quia contrarium probatur ex testibus vtriusque partis. Tamen in hoc non est fienda vis, quia etiam si essent bona materna, & tempore mortis matris ipsæ Pelegrina & Catherina non cohabitarent cum matre, adeò quòd possessio sola fuerit penes ipsos iugales, tamen cui dubium quòd si non possiderent, ipsis competeret remedium possessorium beneficio l. fina. C. de edict. diui. cum sint hæredes ex testamento matris non ab intestato, quod apparet in actis productum, ad quod non dici possent ipsi iugales de Beaufort legitimi contradictores. vt habetur plenè in d. l. fin. per scribentes. Et illud est etiam

summarissimum & non minus priuilegiatū quàm remedium c. Reintegranda. infertur & quartò quòd ipsis iugalibus de Beaufort obstat notorius defectus proprietatis, quo ad portiones existentes penes sorores ante venditionem, & nunc penes Baudranos ab ipsis causam habentes, quo casu ipsis iugalibus non cōpetit ipsum remedium recuperandę possessionis, vt concludit Socin. pulchre post alios in l.rem, quæ nobis. in ix. q.ff. de acquir. poss. Et si fortè dicatur, † quòd in
3 remedio.c. Reintegranda.j.q.iij. non admittitur exceptio dominij seu proprietatis, potest responderi quòd ex quo in casu de quo agitur fuit per excellentiam Marchionalem ad instantiam ipsorum iugalium ipsa causa commissa sola facti veritate inspecta, vt legitur in folio tertio ipsius processus, tunc talis exceptio bene admittitur, prout signanter concludit Dec. consi. cccclxix. col. iij. & col. fi. quem refert, & sequitur do. Ioan. Antonius de Rubeis in consi. iiij. col. penult. per talem enim clausulam tollitur omnis ordo iudiciarius. vt pulchre Angel. Aretin. in §. in bonæ fidei. col. fin. Instit. de actio. & Dec. consi. prę allegato. & not. Dec. in cap. quoniam contra falsam. col. iij. de proba. vbi dicit, quòd stante hac clausula debet iudex vt Deus iudicare, & potest procedi manu regia. vt habetur per Ias. in l. certi condictio. §. si nummos. col. vj. ff. si cert. peta. Et consequenter non releuat ipsos iugales dicere quòd redintegrentur, & quòd reseruetur vtrique parti ius in peutorio, prout ita dixit in suis cedulatis in fol. 58. quia stāte delegatione facta cum clausula, sola facti veritate inspecta, non attenditur talis ordo & circuitus inutilis, sed iuridicum est & rationabile postquam constat de non iure ipsorum iugalium, & quòd si diuisio non fuisset facta, deberet fieri vsque nūc, & taliter prouidere, ꝙ quilibet fruatur eius portione tantum, & ita agendo & operando habens iudicare iudicabit vt Deus virtute dictæ suæ delegationis, & nō admittet ipsos iugales, qui dolosè petunt, quòd haberent restituere, si tenerent.

Quintò infertur quòd sunt ipsi iugales,
4 & † fuerunt in malafide, si tēpore, quo possidebant bona communia inter ipsas sorores, intendebatur portiones sororum vsucapere, & consequenter ipsis non competit remedium ca. Reintegranda. per eos intentatum. vt consuluit Alexand. consi. xciiij. colū. v. in v. volu. Et hanc communem attestatur præstantissimus dominus Albertus Brunus conciuis noster consi. xxj. colum. ij. & clarissimus dominus Ioan. Antonius de Rubeis in consi. clxvij. in iiij. colum. vbi etiam dicit hanc communem opinionem. hanc etiam defendit Socin. in d. l. rem, quæ nobis. in ij. quæst. in iij. col. & de tali malafide, & notorio defectu proprietatum fuit oppositū per Baudranos in folio 17. per scedulam incipientem si maturè considerassent. Infertur & sextò quòd ipsum remedium non cōpetit contra ipsos Baudranos, qui possident cum bonafide, & cum titulo oneroso, prout de eorum titulo & bonafide deduxerūt.
5 in d. scedula in folio 18. Et † quòd contra huiusmodi bonæfidei possessores titulatos nō debet tale remedium dari, tenet Alexan. in consi. cxviij. colum. j. & secunda in ij. volu. consi. xviij. colū. iiij. in j. volu. Deci. consi. lvij. col. ij. & hanc communem testatur dominus Ioan. Antonius Rubeus in suo consi. clxvij. col. iiij. & consi. iiij. col. ij. Non omitto etiam quòd potest denegari, quòd ipsa domina Leonora ceciderit à possessione, si quam habebat, absque ipsius facto, & culpa. quia contrarium constat ex processu agitato ad causam ipsius diuisionis, vbi apparet, vt iam dixi, quòd ipsa domina Leonora confessa fuit iudicialiter esse iustum & honestum, quòd ipsa diuisio fieret. Ex qua confessione & ipsius contumacia fuit deuentum ad diuisionem, & missionem in possessionem dictorū bonorum in fauorem sororū suarū, quibus stantibus non videtur, quòd possit domina Leonora allegare, quòd absque eius facto & culpa ceciderit. Et consequenter etiam isto ex capite dici potest sibi non competere remedium intentatum, ex quo eius facto & culpa cecidisse dicitur. prout concludit Soc. in d. l. rem quæ nobis. in ij. quæst. in pen. col. Sed istud sit ex abundanti dictum stantibus prędictis prætactis fundamentis in alijs præcedentibus allegationibus, ex quibus puto clarissimè lucidatum, quòd ipsi iugales multiplici ex capite non possunt detinere, sed debent succumbere cum iactura expensarum. Laus Deo.

Albertus Baluisus.

Argumentum.

De remedio cap. Reintegranda, an, & quando compętat, & quomodo censeatur intentatum.

SVMMARIVM.

1 *Remedium ca. Reintegranda. iij. quæst.j. possessorum est & summarium.*
2 *Possessio antiquior iustior præsumitur:*
3 *Iuramentum in supplementum semiplenæ probationis in possessorio deferri potest.*
4 *Præscriptionis exceptio contra remedium ca. Reintegranda. opponi non potest. Item nec proprietatis & dominij exceptio.*
5 *Remedium ca. Reintegranda. iij. quæst.j. contra titulo possidentem datur.*
6 *In remedio ca. Reintegranda, an fructus medio tempore percepti restituendi sint.*

CONSIL. XXXIIII.

Ausa magnificorũ
iugaliũ de Beau-
fort contra Bau-
dranos non mo-
dicam videtur hã
bere difficultatẽ
ꝑpter varia hinc
inde doctorũ di-
cta. Attamen fa-
uente Dei clemẽ
tia ex infra dicen
dis elucidabitur ius ipsorum magnificorum
dominorum, conclusiueque in ipsa proce-
1 dã. Et in primis quidẽ præmitto † ꝙ reme-
diũ intentatũ.ca. reintegranda. iij.q.j. est re-
mediũ possessorium,& summarium.l.Memi
nerint.& l.momentaneæ.C.vnde vi.cũ vulg.
Nã remedia possessoria sunt summaria,quia
agitur de modico præiudicio. In quo quidẽ
iudicio conclusum fuit, se à possessione sua
propter iniustas causas cecidisse,& per eum
contra quem agitur clam prætextu ipsorum
agentium possideri, & se ad eam redintegra
ri ad suã possessionem, & aduersantes con-
demnari ad restitutionem eiusdem,iuxta do
ctrinam Innoc.in cap.cùm ad sedem. de re-
sti.spol.& in cap. querelam. de elect. in qua
conclusione protegenda non obstat petito-
rij narratio,dummodo conclusio super pos-
sessorio fiat.Soci.in l.rem,quæ nobis. in vj.q.
principali.ff. de acquir. posses. ita quòd non
est hæsitandum quale iudicium sit intenta-
tum,cum sit etiam remedium illud seu con
cludendi medium in medium productum.
de quo per Bart. in l.si de eo.§.fin. de acquir.
poss.Et maxime cùm medium concludendi
qualitatem actionis intentatæ demonstret.
Bart.in l.certi condictio.in princ.ff.si cer. pet.
l.si prius.in vj.oppo.secũdæ partis.ff. de ope.
no.nuntia.In quo quidem remedio redinte-
grandæ probanda est antiquior possessio, vt
dicit Soc.post alios in d.l.rẽ,quę nobis. in vij.
quæst.& in consi.cclxvj. versi. quartò vidẽdũ
est in secunda parte,nec est necesse probare
2 quòd cecidit ab ea ex iniusta causa,cũ iustior
antiquior possessio præsumatur. c. licet cau-
sam.extra de proba.Inno.in cap. post electio
nẽ.de concess.præb. Lappus alleg. 52. Læta-
tus sum. Nã probata antiquiori possessione
dicitur spoliatio reipsa probata.Bal.in l.pen.
col.pen.C.si à non cõpet.iud.Alexan. in con-
sil.vj.in iij.vol.& cxvij.vol.ij.& xcj.& vol.v.vbi
attestatur hanc cõmunẽ.Et Abb. in cap.cùm
ad sedẽ cum pen.de restitut.spoliato. Et in c.
si diligenter.col.iiij.de pręscriptio. stante etiã
clausula de qua ꝑ Bart.in d.l.si de eo.§. fin.ff.
de acquir. posses. Et cùm causa possessorij
sit modici præiudicij, licèt de magna re con-
3 tendatur.l.j.C.si de momen.poss. † Potest de
ferri iuramentũ in supplementũ semiplenæ
probationis.Deci.in consi.lvj. Et no. per do-
cto.in l.admonendi.ff.de iureiuran. Et quòd
fuerit necessaria probatio possessionis prædi
ctæ, fueritque plenè probata ex depositioni-
bus testium hinc inde examinatorũ apparet,
quas non refero,quia satis clarè abundèque
probant,& maximè testes productos per cõ-
uentã partẽ, qui probant intentionẽ agentis
4 vt in penultima scedula demonstraui.† Nec
potest opponi exceptio præscriptionis con-
tra præfatũ remediũ, quia durat perpetuò.
vt not.idem Socin. vbi supra in viij. quæst.&
concludit Alex. in consi. xcvij. col. v. minus-
que potest opponi proprietatis, & dominij
exceptio.vt not.Bart.in l.si coloni.C.de agri-
co.& censit.lib.xj. Butrius in c.sæpe. de resti.
spol. vbi dicit, quòd quando istud remediũ
intẽtatur,reijcitur exceptio domini, sicut quã-
do intẽtatur interdictũ vnde vi. sequitur Alex.
in l. naturaliter.§.nihil cõe.ff.de acq.poss.col.
iiij.Io.And.& Imo.in c.post electionẽ.de con
cess.præb.& Dec.in cõs.lvij.Nec etiã obstat ti-
tulus diuisionis,quia est inualidus,vt satis ap
paret. quia illa diuisio fuit momẽtanea. Et
quilibet titulus nõ sufficit Alex.cõs.lj.in j.vol.
quia istud solũ cõsideratur,an actor ceciderit
à possessione sine iusta causa.secundũ d.doc.
5 Bar.& Soc.in x.q.vbi supra.† Datur etiã con
tra titulo possidentẽ istud remediũ, vt patet
ex his,quę dicit Alex.in d.l.rẽ quę nobis.post
Rom.quos sequitur Dec.in d.consil. lvij. vbi
dicit vnũ bonum verbum,quòd ita viderunt
iudicari in palatijs & obtinuerunt, & quòd
est communis opinio, à qua in iudicando
non

non est recedendum. Et maximè habet locũ vbi titulus est pro non titulo, vt hoc casu.

Restat aliud dubium, an fructus medio tempore percepti sint restituendi. & quia de hoc est clara Barto. decisio. & in l. ex diuerso. in ij. col. ff. de rei vendi. ad dicta per eum me remitto, prout etiam se remittit Soc. in d. l. rem, quæ nobis. in pen. quæst. vbi concludit, quòd teneatur. Et ex his concludo istos Baudranos fore, & esse condemnãdos. m. d. de Beaufort ad restituendam possessionem præfatorum bonorum vnà cum fructibus, & ipsos magnificos dominos esse reintegrandos in dicta possessione cũ emolumẽto fructuum. Paucis his contentis tũ quia res clara videtur, tum quia res agitur apud excellentẽ virũ, apud quẽ nõ sunt tot verba in casum effundẽda. Saluo tñ alterius rectius, &c.

Io. de Neuizanis I. V. D.

Argumentum.

In eadem causa & materia remedij c. Reintegranda. quando censeantur intentata, & deducta extrema requisita ad illud.

SVMMARIVM.

1 *Possidens bona communia respectu portionis aliorũ iure familiaritatis possidere censetur.*
2 *In remedio reintegrandæ is qui facto & culpa sui à possessione cecidit, obtinere non debet.*
3 *Sentẽtia lata solẽnitatib. omissis, nullius est momẽti.*
4 *Possessio parentum in filium non transfertur.*

CONSILIVM XXXV.

IN causa dñorum iugaliũ de Beaufort, agentiũ contra heredes Ioan. Iacobi dꝫ Baudranis videntur adhuc obstare dubia infra scripta.

Et primò non videtur intentio ipsorũ dñorũ iugalium iustificata in remedio reintegrandæ intẽtato, quia in eo is obtinet, qui probat de antiquiori possessione. Sed ipsi dñi iugales, licèt ꝓbauerint de quadã eorũ possessione bonorũ post mortẽ dñæ Catherinæ matris, tamẽ pars cõuenta de Baudranis deduxit & probauit possessoriũ parentũ, hoc est, dicti Iacobi Philippi Ysnardi patris, & dñę Catherinæ matris, & ꝙ decessit dñs Iacobus Philippus pater ab intestato, prout de iure præsumitur. l. si emancipati. C. de colla. & domina Catherina mater condito testamento in actis exhibito, in quo instituit ipsas tres Leonorã, Catherinã & Pelegrinam filias legitimas & naturales æquis portionibus, quæ videntur eo iure communiter possedisse. arg.
1 l. quædam. ff. de rei vendic. † & possessio si q̃ fuit in ipsis dominis iugalibus de Beaufort, post mortem dictę Catherinę matris, ꝓ duabus partib⁹ de tribus videtur esse iure familiaritatis. arg. l. qui iure. & ibi Bar. & Pau. ff. de acquir. poss. ita vt non videatur probata possessio concludenter & iure proprio, nec etiã antiquior. iuxta tradita per Socin. & alios in rem quæ nobis. ff. de acquir. poss.

Secundò obstare vr, quia dato & non cõcesso ꝙ ipsi dñi iugales probassent de eorũ possessione, & antiquiori, adhuc non videntur posse obtinere. quia domina Leonora in actis agitatis corã dño Io. Gulielmo de Ferrarijs dixit, ꝙ iustũ, & iuridicũ erat, vt deueniretur ad diuisionẽ bonorũ, de & super quibus impetebatur. Et hinc sumpta occasione fuit cõdẽnata ad diuidendũ ipsa bona. Et sequuta diuisione postquã diuisionẽ ipsi iugales tenuerũt, & possederũt bona eis in partẽ peruenta, & sic vñr ipsam diuisionẽ saltẽ tacitè approbasse. Et cõsequenter verbis dictæ Leonoræ facto eorũdem iugalium ceciderũt ab ipsa eorum possessione, si talis dici
2 possit, quo casu † in remedio c. reintegrãda, non obtinet is qui facto, & culpa sui à possessione cecidit, sm veras & cõmunes cõclusiones. Nec obstat si dicatur, ꝙ sententia lata à Ferrario, & altera illius confirmatoria lata à nobili dño Frãcisco Arnaudo fuerũt annullatæ per sñiam latã de consilio dñi Bonifacij Gastaudi in actis exhibitã, latam sub die viij. Nouembr. 1535. Quia respondetur, ꝙ illa sententia lata per dominũ Io. Iacobũ Mantellũ de consilio domini Bonifacij Gastaudi, etiã
3 videtur nulla; † quia sub die xvj. April. fuit exhibita sola sententia, & non constat de legitimatione personarum assignatarum ad proponendum, & ad ius, & sic obstat dispositio l. prolatam. C. de sentent. & interloc. & tales solennitates non præsumuntur. l. sciendum. vbi Bar. ff. de verb. obli. & actus nullus nullum operatur effectum. l. nõ dubium. C. de legi. c. non pręstat impedimẽtum. de reg. iur. in

iur.in vj. & ea circunscripta præsumptio est pro alijs duabus prioribus.l.ingenuum. ff.de sta.homi.maximè cùm sint gemini natæ, & geminatio multum operatur.vt latè per Bar.in l.cùm scimus.C.de agri.& censit. lib. xj. cum vulg. Non erat opus mea resolutione circa dubia transmissa, cùm à tali fonte processerint, quòd verè vnico verbo ea denodare potuisset. verũ more rectè iudicantis id esse effectum arbitror, cuius integritatẽ humillimè rogo, vt in ijs, quę salua fide iudicantis fieri potest, clientulum nostrum adiuuet. Ita me docet Cicero iudices rogare. Et quia mihi persuadeo cliẽtulum meum fouere bonum ius, in primis dico tã per nostros testes quàm per testes aduersæ partis probare antiquiorem possessionem. Istud latere non potest magnificẽtiã vestrã, quia pro rostris sunt eorum dicta. Hoc facto fundamento & supra firmam petram ædificata domo, cum appareat ipsos m. d. iugales, viuente domina Catherina possedisse, & post continuasse in possessione ipsa domina Catherina defuncta, non habet obstare asserta probatio possessionis dicti. Iacobi Philippi, & dominæ Catherinę, nec quòd decesserit ab intestato, nec quòd ipsa dicta Catherina condiderit

4 testamentũ, † quia parentum possessio non transfertur in filium, vt est text.in l.hæredes. ff.de acquir.poss.vbi doct. & in l. cum miles. vbi glo.& Bar.ff. ex quibus causis maio. non. per scrib.in l.in suis.ff.de lib.& posth.imò est necessaria actualis apprehẽsio. Et istud procedit tam in suo quàm in extraneo hærede, vt est de mente scribentium & glo.quod patet ad sensum in hoc casu. Nam post mortem domini Iacobi Philippi, viuente matre, nunquam fuerunt in possessione ceteræ sorores, quę erãt suæ ipsi domino Iacobo Philippo, & post mortem matris etiam nihil dixerunt per longum tempus post, & quo ad matrem sunt extraneæ, ita quòd non debet fieri fundamentum super possessione domini Iacobi Philippi, & dominæ Catherinæ. Quia vtroque casu non prodest possessio ipsorum parentum, & cõtrario appareat de possessione antiquiori ipsorum dominorum iugalium. Nec obstat text.in l.quædam mulier.ff.de rei vend.qui non facit in proposito, ibi enim donator constituerat se tenere, & possidere nomine donatarij, quia erat ipse donator in possessione, non est igitur mirum si transferatur possessio, titulus enim & ficta possessio id faciebant, quod non est in casu nostro.licèt enim essent filiæ & hęredes, non tñ per hoc sequitur ergo possessores. Et non probat hoc esse, quod ab hoc contingit abesse, cùm non sequatur filius est hæres, ergo possessor dictis iuribus. Pręterea l.qui iure.de acquir. poss. etiam non habet locum in casu isto, quia militat alia ratio quàm familiaritatis, scilicet, quòd erat filia habens ius in re & bonis paternis, à qua mater debebat auocare dotes suas, & cum alia coniectura potest haberi, cessat illa ratio familiaritatis.ita dicit Paul. post ibi Innoçen. Imò testes fugientis partis deponunt de possessorio iuris proprij dictorum dominorum iugalium, & sic de antiquiori possessione ipsorum de Baudranis, & auctorum suorum qui momento possederunt, imò vitiosè possiderunt.

Secundò nõ obstat id quod adducitur, ꝙ ipsi domini iugales facto suo ceciderint a possessione, ita quòd non habeat locum tale remedium. Esto quòd istud esset verũ in iure, istud non apparet, quia nunquam dixit illa verba. Et dato quòd dixisset, apparet ex post, quòd iniquè fuit tali possessione Clãdestinè priuata, vt acta diuisionis demonstrant, & nunquam tali diuisioni consensit taliter qualiter factæ, ita quòd super hoc capitale fieri non potest. Et ex actu nullo nullus resultat effectus, nec fuerit consensus mariti.

Non obstat etiã illud quod dicitur, quòd nulla videtur sententia domini Bonifacij Gastaudi, seu de eius consilio lata. quia fuit sola exhibita, imò & processus & sententia fuere exhibiti, vt apparet in vna ex scedulis. Et dato quòd nõ esset processus exhibitus, præsumitur pro sententia de antiquo tempore, nec fuit oppositum per partẽ, & in ipso processu & sententia fuere requisita, quæ in l. prolatã, describuntur, maximè cum deuenerit ad notitiam aliorum, & appositionem interposuerint, quæ fuit deserta, & transiuit in rem iudicatam, ita quòd non obstat id quod dicitur de solennitate, quæ non præsumitur, & de actu nullo, imò validus est actus, cùm sententia transierit in rẽ iudicatam, ita quòd præsumptio non pro alijs duobus, sed pro nobis est, cum antiquior probetur possessio, & illa diuisio sit nulla de se, ita quòd non meruisset retractationem, & fuit retractata per sententiam, quæ in rem transiuit iudicatam, & per talem redintegrationem non fiat parti præiudiciũ, cùm in petitorio istę exceptiones dominij, proprietatis, tituli, filiationis & assertæ pręsumptionis deduci & allegari debeant

beant, & non in hoc iudicio, in quo sufficit solùm probare possessionem antiquiorē, & cùm de tali possessione antiquiori appareat, est pro magnificis dominoris iugalibus de Beaufort pronuntiandum iuxta petita & allegata, vt ex ijs patet responsio realis ad dubia quæ M. V. scit nobis non nocere, fiat ius quibuscunque alijs semotis, res est in portu cum in manibus M. V. sit, nec alia, &c.

Idem Albertus Brunus.

Argumentum.

In causa R. Capituli & Canonicorū Saluciarum, contra N. Iacobi Payani, & quando testamentū leuatū ab alienis protocolis probet & iuuet hæredē confectio inuentarij.

SVMMARIVM.

1 *Testamento imperfecto non creditur.*
2 *Testibus contrarijs non est credendum.*
Testes qui se ad testamentum, de quo non apparet referunt, nullam fidem faciunt.
4 *Hæres qui intra tempora iuris inuentariū non fecit, ad debitorum et legatorum solutionem tenetur.*
5 *Princeps aliquem restituere in præiudicium iuris tertio quæsiti non potest.*
6 *Hæres uniuersalis grauatus restituere legitimam & trebellianicam detrahere potest.*
7 *Hæres grauatus restituere in legitima grauari non potest.*
8 *Hæres grauatus restituere acquisita detrahere potest. Item melioramenta in bonis facta.*

CONSILIVM XXXVI.



N hac causa venerabilis Capituli, & Canonicorū Saluciarū, in qua lata fuit sententia in fauorem ipsorū dictorū Canonicorum, & fuit eōdē natus ipse N. Iacobus Payani vti hæres do. Iacobi Canonici eius cōsanguinei a d petita cū expēn. vt in eadē sententia latius continetur. Vidēdū ergo est, an ex nouiter deductis parte ipsius N. Iacobi in huiusmodi causa appellationis debeat ipsa sententia condemnatoria retractari & reformari, quia deduxit ipse N. Iacobus, quòd est hæres cum beneficio legis & inuentarij dicti domini Iacobi eius consanguinei & quòd non tenetur vltra vires hæreditarias, iuxta l. fina. C. de iur. delib. Et intendit ipse N. Iacobus detrahere de hæreditate ipsius domini Iacobi Canonici fideicōmissum in dictis bonis hæreditarijs factum per quōdam magistrū Bartholomæum chirurgi cum patrem ipsius dicti Iacobi, & patruum ipsius Iacobi conuenti vigore testamenti magistri Bartholomæi in actis producti, & etiā intendit detrahere nonnulla debita, quę prętendit habere debere in hæreditate præfati magistri Bartholomæi virtute assertæ administrationis quondam Petri, & Ioannis fratrū dicti Bartholomæi, & Alaxinæ cōmunis matris, vt in deductis & positionibus eiusdē Iacobi continetur, super quibus examinati fuerunt testes prout in actis continetur. Et in effectu visis omnibus hincinde deductis, testibusque examinatis concludo, nullo modo fuisse aliquid probatū, quo medio sententia iudicis à quo veniat reuocanda, sed confirmanda. Nā ex quo constat ipsum Iacobū appellatū hæredem fore quondā domini Iacobi testatoris, debet illius factum approbare, & consequenter legatū petitū soluere. l. cùm à matre. C. de rei vendic. Nec potest ipse N. Iacobus facere suum fundamentū super asserto testamēto quondā magistri Bartholomæi & fideicōmisso, de quo in eodem
1 testamento,† quia est imperfectū, quia asseritur leuatū ab assertis notatis illius N. Antonij Cerruti, de quibus nō constat, nec de potestate illius textoris notarij, qui asseritur leuasse cum licentia, de qua etiam non constat, nec creditur referenti, nisi constet de relato, authen. si quis in aliquo documento. C. de eden. nec fuerunt citati ipsi domini Canonici ad videndum leuari ipsum assertum testamentum à dictis notulis. iuxta notata in cap. cùm P. tabellio. de fide instrum. & ibi Abb. in j. not. Nec obstat quòd super receptione, & publicatione dicti testamenti examinati fuerunt quatuor testes, quia ipsi testes sunt inuicem contrarij, quia duo dicunt Barnabam fuisse institutum, & eo decedēte substitutum dominum Iacobum. Alij duo dicunt dominum Iacobum fuisse substitutum primo, dehinc proximiores.
2 †Et cùm ipsi testes inuicem contrarientur, non est eis credendum. l. qui varia. ff. de testib. imò puniri possunt de falso, vt concludit Bart. quem sequuntur scribētes in l. eos. ff. de fal. & etiā vbi non essent contrarij, non probarent, quia in confessione testamenti septem requiruntur pro forma l. hac consultissima.

3 tissima.in princ.C.de testa. † & ipsi testes se referunt ad testamentum receptum per illũ Antonium Cerruti. Et cùm de ipso testamento per illum recepto non appareat, sed de leuatione tantum facta per illum textoris, nullam penitus faciunt probationem. vt est casus singularis in l.in testamento. ff. de condi.& demonst.cum similib.vt Ias. in l.qui Romæ.§. cohæredes. in v. not. de verborum obligat.& Alex.consil.xxxiij. col.j. lo ij. cùm quo non appareat de aliquo originali testamento per illum Antonium Cerruti, sed de quodam asserto extracto nullo & nulliter leuato resultat iuris conclusio, quòd ipsi testes nihil probant, ex quo se referũt ad illud de quo non constat, & non entis nullæ sunt qualitates. l.eius, qui in prouincia.ff.si certũ pet.§.finitur.Instit.de vsufruct.& etiam assertum extractum caret solennitatibus à iure requisitis, videlicet loco,& loco loci, & indictione,de quibus per Bar. in l.si quis ex argẽtarijs.§. initium. ff. de eden.& in cap. cum P. tabellio.de fide instrumentorum.

Præterea posito, sed non concesso, quòd dictum testamentum esset validum, quod tamen non concedo, attamen quia ipse Nob. Iacobus non confecit inuentarium infra tempus trium mensium à die mortis domini canonici Iacobi, licèt se miscuerit in bonis hæreditarijs, & faciẽdo alios actus, qui citra ius & nomen hæredis fieri non possunt, vt dicunt testes examinati, & stetit per annum & vltra à die mortis dicti domini Iacobi ad conficiendum ipsum inuentarium sicut apparet de morte ipsius domini Iacobi defuncti de anno 1537. de mense Martij, & confectio dicti inuentarij facta fuit de anno 1538. de mense Maij & sic per annum & menses duos post mortem dicti domini Iacobi, re-
4 sultat clara iuris conclusio, † quòd ipse nobilis Iacobus appellans tenetur ad integrã debita, & legata, vt est casus in l. fina. §. & si præfatam.C.de iur.delibet.§.extraneis.Insti. de hæred.qual.& differen. Cùm ergo lapsa fuerint ipsa tempora trimestria à iure præfixa ad conficiendum ipsum inuentarium, resultat iuris conclusio, quòd eo tardè facto non obtinẽte nec releuãte teneatur ipse nobilis Iacobus vltra vires hæreditarias.

Nec obstat, si dicatur, quòd tempore mortis domini Iacobi vigebat bellum in patria. respõdetur quòd tempore mortis ipsius domini Iacobi de dicto principio mensis Martij & de mense Aprilis sequenti nulli aderãt armigeri in ipsa ciuitate Saluciarum, & ibi aderat d.Ioan. Iacobus Stangha potestas ciuitatis, qui administrabat iustitiam tam in ciuilibus quàm in criminalibus causis. Et dicit secundus testis quòd de illo tẽpore eius filia remansit vidua, & fuit decreta tutrix liberis suis per ipsum dominum Io. Iacobum potestatem, & idem dicit tertius testis nobilis Ioan. Iacobus dicens quòd ipse erat locũtenẽs prefati domini Potestatis, & quòd reddebat iustitiam palàm publicè & priuatè, & quòd si nobilis Io. Iacobus Payanni voluisset, potuisset tunc facere inuentarium, quia erat in loco, & ex decurionibus. Et idem dicunt tertius, & quartus testes examinati ex eodẽ quòd reddebatur ius ab ipso domino Ioan. Iacobo Potestate. Et dicit tertius testis, quòd de eo tempore fecit citare vnum eius debitorem coram ipso domino Io. Iacobo Stangha Potestate. dicit etiam quartus testis quòd eodem anno scribebat & recipiebat acta & expleta tanquam clauarius de mensibus Augusti, Septembris & Octobris, prout in registris suis apparet. Et licèt aliqui armigeri de eodẽ anno essent hospitati in castro, attamen non impediebatur cursus iustitiæ. Et quòd post aduentum illustrissimi Marchionis Gabrielis officium rexit dominus Petrus Vacha palàm, publicè, pacificè & quietè, & quòd omnes coràm eo comparebant. Et idem dicunt sextus, septimus & nonus, & decimus testis, qui dicit quòd litigauit corã ipso domino Stangha Potestate, & habuit sententiam coram se. Præterea de eodem anno 1537. de mense Nouembris superuenerunt induciæ, & tamen ipse nobilis Iacobus non fecit ipsum inuentarium vsque in annũ 1538. quod incohauit die octaua Maij, & publicauit die 16. eiusdẽ, interim semper vtendo & fruendo bonis, & ea alienando. Cùm ergo fuerit in mora, culpa, & tarditate sua, est sibi imputandum, & suæ desidiæ, & ipsis inducijs incohatis negligentiæ, si non confecit inuentarium saltem ipsa tregua incohata, quia cessante causa debet cessare effectus.cap.cum cessante.de appel.l. adigere. §.quamuis.ff.de iure patronat.

Nec obstat quòd illustrissimus Marchio
5 restituerit ipsum nob. Iacobum ad cõficiẽdum inuentarium data dilatione sex mensium, quia id non potuit fieri in præiudicium iuris quæsiti ipsis dominis Canonicis, secundùm Bald.in l.rescripta.C.de pre.impe.offerẽ.cum similib.vt Ias.in l.ij. C.de in ius voc.

Et tradunt Bart. Alexan. & Ias. in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de liber. & posth. vbi restitutio principis non trahitur retro in præiudiciũ iuris tertio quęsiti, & in dubio princeps non videtur velle tertio pręiudicare. l. ij. §. si quis à principe. ff. ne quid in flumin. pub. maxime quia non est apposita clausula ex certa scientia, quo casu non videtur pręiudicasse tertio, vt Dec. in cap. super eo. in ij. not. de offic. delega. Imò talis clausula non operatur quando rescriptum est tertio præiudiciale, vt concludit Dec. in cap. Venerabilis. primo not. de confirma. vtil. vel inut. Pręterea considerandum est & posito quòd præmissa cessarent, attamen hæreditas domini Iacobi est soluendo, & suppetit ad legatum consi-
6 derando hoc modo. † Nam ex persona nobilis Bernabellis hæredis vniuersalis instituti à magistro Bartholomeo, & grauati restituere, potetat ipse nobilis Barnabas duas quartas detrahere puta legitimam & Trebellianicam. cap. Raynutius. & cap. Raynaldus. de testam. in sexto. Et istud ius legitimæ, & Trebellianicæ transmissit in dominum Iacobũ eius fratrem qui eidem Barnabæ ab intestato successit in dictis legitima & Trebellianica, in quibus grauari non potuit. Et concludit Deci. qui confirmat hanc etiam communem consi. ccxviij. & consil. lxxxj. potest etiã detrahi legitima ipsius domini Iacobi quæ est sexta pars omnium bonorum hæredita-
7 riorum dicti magistri Bartholomei, † in qua legitima etiam non potuit grauari. l. quoniã. in prioribus. C. de inoffi. testam. cum similibus. & concludit Petr. de Anchar. consil. clj. plura sunt dubia. colum. iij. dicens, quod istud procederet etiam si filius approbaret
8 testamentum. † debent etiam detrahi acquisita per eundem dominum Iacobum tam mobilia quàm immobilia, quę ascendunt ad summam florenorum trium millium vel circa, prout ex instrumentis productis apparet. Et etiam credita per eum contracta, & omnia melioramenta in bonis facta, quę nõ veniunt in fideicommisso l. cohęredi. §. cum filię. ff. de vulg. & pupil. ibi. Nec facultates filij tenebuntur. Et etiam debet haberi ratio expensarum, indumentorum, & alimentorum pręstitorum ipsis Iacobo & Ioanneto eius fratri, quos alimentauit, & nutriuit magister Bartholomeus eorum patruus durantibus annis octo. Et etiam per eundem dominum Iacobum fuerunt eis pręstita alimẽta. Et Iacobus fuit manutentus Lugduni per plures annos. Debet etiam haberi ratio florenorum duorum millium & trecentum, quos habuit ipsę nobilis Iacobus de pecunijs domini Iacobi Canonici vt deponunt testes examinati. Circa deductionem factam, quòd magister Bartholomeus tenuerit bona quondam Petri, & Ioannis suorum fratrum, & quondam Alaxinę eorum matris per annos 28. Et quòd reditus eorundẽ bonorum ascendant ad summam florenorum quatuor millium, non insisto super hoc, quia pars nihil penitus probauit quod iustificet eius intentionem, quòd magister Bartholomeus tenuerit aliqua bona illorũ Petri, Ioannis & Alaxinę, imò testes examinati parte ipsorum dominorum Canonicorum cõcludunt concorditer quòd ipsę magister Bartholomeus erat diuisus à suis fratribus, & in omnem euentum constat hereditatem ipsius N.D. Iacobi esse soluendo opulentissime Concludo ergo sententiam esse confirmandam, processum bene, & male appellatum pronuntiando. Primò quia testamentum nullum. Secundò quia testes quatuor examinati super tenore eiusdem testamenti sunt contrarij. Tertiò quia hęreditas est soluendo consideratis acquisitis melioramentis, bonis mobilibus, creditis, detractionibus duarum legitimarum, & vnius Trebellianicę, & alijs detrahẽdis. Quartò quia vbi, quod absit, non esset soluendo, tamen quia non confecit inuẽtarium intra tempus à iure præfixum, tenetur vltra vires hereditarias non obtinente prorogatione illustrissimi Marchionis, quę non valet in pręiudicium iuris quęsiti ipsis dominis Canonicis. Quintò quia si non poterat conficere inuentarium, debebat protestari ipse nob. Iacobus super impedimento, & eo cessante debebat conficere inuentarium, quod non fecit nisi per menses sex post inducias. Sextò quia non est probatũ quòd Iacobus alienauerit vltra legitimã & Trebellianicã, vt pars deduxit. Septimò nõ probauit pars, quòd magister Bartholomęus tenuerit aliqua bona, & perceperit fructus eorundem bonorũ Petri & Ioannis suorum fratrũ & Alaxinę matris, vt deductum fuit per partem. Octauò constat quòd magister Bartholomeus, & eo defuncto dominus Iacobus alimentarunt Ioannetum & Iacobum filios quondã Ioffredi fratris magistri Bartholomęi & etiam Petrum eius fratrem.

Ioan. Franciscus Purpuratus Pręses, &c.

Argu.

Argumentum.

Ius successionis in bonis subditorum an, quando, & qualiter dominis competat, & ad quæ bona trahatur, & an liget incolas seu habitatores & presbyteros, & extẽdatur ad bona existentia in alieno territorio, & de interpellatione transactionum. Vide etiam consilio lxxij. de materia infrà.

SVMMARIVM.

1 *Transactiones factæ per sindicos ualent, etiam si non constet de mandato.*
2 *Mandatum non præsumitur etiam in antiquis cum mille annorum lapsu.*
3 *Enunciationi notarij non stari regulare est. Limitatur ut num. seq.*
5 *Transactionibus insertis in volumine standum est:*
6 *Contractus obseruantia contractum ipsum ratificat.*
7 *A consuetudine recedendum non esse regulare est.*
8 *Probandi onus non incumbit ei qui fundatam ex instrumentis habet intentionem.*
9 *Consuetudinem alleganti onus probandi incumbit.*
10 *Actio personalis oritur ex transactione per ipsius obseruantiam.*
11 *Actio personalis orta ex obseruantia contractus per simplicem non vsum tolli non potest.*
12 *Fides mala sindicorum & administratorum transigentium communitati & hominibus nocet. Item et mala fides singularium de uniuersitate.*
13 *Actioni personali nunquam præscribi iuris est Canonici.*
14 *Alienationis appellatione donatio venit & legatum.*
15 *Emphyteusis seu res emphyteutica an sine consensu domini directi donari possit.*
16 *Prohibitus testari prohibetur & legare.*
17 *Lex quæ de testamento loquitur ad codicillos & donationes causa mortis extenditur. Item & ad donationem inter viuos. & nu. 18.*
19 *In materia restringibili, ea non includuntur quæ diuersæ sunt speciei seu rationis & maiora expressis.*
20 *Emphyteota an legare vel donare possit.*
21 *Ius succedendi ius est reale.*
22 *Successio debita dominis siue ex transactione siue ex consuetudine territorium non eggreditur.*
23 *Successiones delatæ ex statuto locum non habent quo ad bona extra territorium sita.*
24 *Ius accrescendi locum non habet inter duos fiscos, qui in bonis diuersorum territoriorum succedunt, etiã si alter fiscus repudiet.*
25 *Si aliquis habens bona in diuersis territorijs cui fiscus vniuscuiusque territorij de iure commune succedere potest, cedat in fatis, quòd quilibet fiscus bona immobilia, quæ sunt in suo territorio, capiat.*
26 *Quid si dominus vnius territorij homini non subdito de iure comuni succedat?*
27 *Quid item quando dispositio est, quòd omnes hæreditates & omnia bona hominũ decedentium sine liberis & proximioribus vsque ad gradum consanguinei secundi pleno iure ad dominos perueniant.*
28 *Statutum quando priuat ab hæreditate seu successione, tunc persona subdita disponentibus excluditur bonis etiam sitis extra territorium.*
29 *Dispositio inhabilitans personam sortitur effectum etiã extra territorium quocunque persona vadat.*
30 *Dominus quãdo succedit subdito de iure communi uel consuetudinario vniuersali, in omnibus bonis vbicunque sitis succedit.*
31 *Hominibus manus mortuæ decesiit sine liberis legitimis siue ex testamẽto siue ab intestato domini eorum succedunt.*
32 *Restrictio intelligitur facta cum suis qualitatibus, sicut & extensio & prorogatio.*
33 *Ius succedendi per manum mortuam quomodò probetur.*
34 *Bona habitantium in loco manus mortuæ intelliguntur esse subiecta successioni manus mortuæ.*
35 *Domicilium incolatus quoad onera, quæ incidenter contingunt, magis attenditur quàm domicilium originis.*
36 *Presbyter de bonis affectis successioni virtute manus mortuæ antequàm presbyter crearetur in personã extraneam disponere non potuit.*
37 *Donatio facta concubinæ per presbyterum nulla est.*

CONSIL. XXXVII.



Redemptoris domini nostri Iesu Christi crucifixi innocato nomine; Viso casu proposito, & dubijs seriosè formatis parte magnificorũ dominorum Montisferrati vnà cum copia instrumentorũ, probationum, & actorũ simul exhibita, respondebo breuiter quantũ fieri poterit ad singula
1 quæsita. Et in primis ꝓsuppono, ꝙ † trãsactiones & conuẽtiones illæ de quibus instãt instrumenta rogata ꝑ Obertonũ de Ianua, & Anserminũ Ferrariũ notarios, anno 1346. & die quarta Ianuarij valent nõ obstãte eo, qđ adducitur ꝑ parte cõmunitatis Montisalti, ꝙ nõ constet de mãdato Sindicorũ, q trãsege-
5 Secundo † non obstat mors aliquorum liberorum ex filijs semel natis, qui causabant immunitatem, vt latissimè disputando tandem firmat Ioan. And. in d. cap. decet. vbi respondet ad ea quæ supra in contrarium adducta sunt, & maxime ad illud quod dictum est de paupertate, quia appetibile est, & visitatū pauperes ditari, alias pauci tenerentur ad munera, cùm quilibet nascatur pauper. cap. sicut hi. xlvij. distinctione. Sed filium mori ante patrem non est appetibile neque secundum communem cursum naturæ. l. nam etsi parentibus. ff. de inoffi. testam. Ideo non est habendum in consideratione. l. inter stipulantem. §. sacram. ff. de verbo. oblig. Et cū ista opinione tenet Alexan. qui concordantes adducit in dictis additionibus, Bart. in d. §. legem. Ioan. de Ana. consi. vltimo. circa dubium oblatum. Bartol. in l. ij. §. non solū. ff. de excus. tut. Pau. de Cast. in d. §. maritus. Dec. in cap. cum cessante. de appel. col. j. versi. tertio conclusio fallit. Et idem dicit si filij moriantur. Dec. in l. in omnibus. ff. de reg. iur. col. fi. versicu. & ad supradicta. & meritò dominus meus Parpalias se correxit, & istam partem tenuit. in d. l. placet. col. fi. versi. & quia supra tetigi. Et ponderandum est, quòd Io. Andr. in loco præallegato dicit fuisse pro hac parte per solemnes doctores in facto consultum. Et dicit Alber. in l. ij. in princ. ff. de excus. tut. quòd ita ipse de facto obtinuit. Et pariter attestatur Martinus de Laude in tract. de fisco. cap. cxcviij. dicit, quòd obtinuit in causa illorum de cassate in ciuitate Laudensi, cùm illustrissimus dux Mediolani concessisset priuilegium immunitatis, & postea duo ex filijs decessissent. Et istam partem latè firmat Ias. in l. sciendum. §. si fundum. ff. qui satisdar. cogan. col. ij. & iij. versi. not. ex isto tex. in verbo, possessor. vbi dicit hanc esse communem opinionem doctorum & veriorem in pūcto iuris, à qua propterea iudex non debet recedere, alias diceretur per imperitiā iudicare. Ex quibus patet non esse faciendū magnū fundamentum, in dicto Alexan. primo loco allegato. quia etiam videtur in hoc fuisse sibi contrarius. Et ita de iure communi clarum videtur, quòd domino Balthasari competit immunitas tam à patrimonialibus, quàm à personalibus. Sed duæ particulares difficultates contra eum excitantur. prima ex statuto municipali Dragonerij, quo dicitur,
6 omnes † possessiones astrictas ad soluenda fodra & taleas ita vt censeantur prædia tributaria accedente, vt dicitur, ad hoc consensu illustrissimi domini Ludouici tunc Mar-
7 chionis. † Secunda est, quia obijcitur, quòd dominus Balthasar renuntiauit priuilegio, quia sciens immunitatem sibi à iure concessam, passus est se describi in catastro Dragonerij, sicut cæteri de Dragonerio describuntur. Secundò quia pariter, quòd post causatam talem immunitatem spōte soluit taleas impositas. Sed ad primam difficultatem quæ fundatur in dictis Bart. in l. rescripto. §. fin. ff. de mune. & hono. respondetur multipliciter. Et primo quòd non constat de tali statuto, cuius nec est mihi exhibita copia, de quo tamen ante omnia constare debet. arg. l. si quæramus. ff. de testa. & traditorum per Bart. in l. omnes populi. ff. de iusti. & iure. col. pen. Secundò etiā si de statuto constaret, tamen communitas Dragonerij subdita illustrissimo Marchioni recognoscenti superiorem nō potest facere tale statutum, quòd omnia prædia quæ sunt in territorio sint tributaria & affecta onere contributorum pro collectis imponendis, vt patet in scriptis per Alexan. in l. iiij. in princ. ff. de re iudi. col. pen. versic. postremò quærit Bart. vbi rela à
8 opinione Bart. † quòd vniuersitas non possit obligare

obligare personas vel bona singularium personarum nisi vniuersitas habeat potestatem legis cōdēdæ.& Bar.in l.j.in j.col.C.ne filius pro patre.Salic.& Paul.de Castr.in l.ciuitas. ff.si certum petatur. Tandem concludit pro concordia solùm hoc posse facere ciuitates, quæ non recognoscunt superiorem,quia tales tenent locum principis,Bartol.in l.j.§. de qua restitutione.ff.de postulando.secùs si recognoscant superiorem, etiam si habeant potestatem legis condendæ. & dicit Bald.in l.placet. C.de sacrosanct.eccle. quòd opinio Bart.præallegata non est vera, nisi tributum procedat ex ordinatione principis. Et dicit Bal.in l.fin.col.vltima.C.sine censu, vel reli. quòd statuere vt munus mistū sit reale merè implicat contradictionem, & est mutare nomina appellatiua,quod est impossibile,vt de vltimo est text.in l.si quis in fundi vocabulo.ff.de legat.j.& de primo est text.in l.j.§. si vir vxori.vbi pulchrè Ias.ff.de acquir. poss.

Tertiò etiam quòd præmissa cessarent,& de statuto & potestate statuendi constaret, tamen non operarentur, vt collectæ possent exigi à suscipiente pòst tot liberos vt ex dispositione legis immunitatem habeat, quia etiam quòd collectæ haberent causam de præterito ex generali ordinatione statuti, nihilo.minus cùm habeāt formā, postquam res deuenerunt ad eū, qui à iure communi consequitur priuilegiū,impossibile est quòd tunc formetur obligatio, vbi inuenitur persona quę per ius est exempta,& res mutauit statum.argum.text.in l.stichus seruus. ff. de manu.testa.cum similibus.& Alexan.tradit in l.filiusfamilias.§.diui.ff.de leg.j.col.iij.ver. tertio hanc materiam limita. Et ita in terminis ad dicta Barto.in d.l.rescripto.respondet Bald.in d.l.fi.C.sine censu, vel reliq. & ideo dictum Bart.solùm habet locū quando munus tributi est certū & determinatum, puta soluuntur quolibet anno duo denarij pro qualibet tornatura,secùs in collectis,quę imponuntur extra ordinē, quia licèt statutum vocet illas collectas tributum, tamen quia est extraordinariū & incertum ante impositionem, nō potest declarari in præiudicium eius,qui tempore impositionis est à iure priuilegiatus. Ang.cōsi.xxuij.Ecclesia tenetur. Et propterea Bar.in cōsi.clxxx.Si aliqua possessio.videtur intelligere ea, quæ dixerat in d.l.rescripto.de prædijs tributarijs in oneribus merè realibus, secus in mistis, vt sunt onera collectarum.Et ideo generaliter intelligendo eum in d.l.rescripto. malè loquitur, & contra eum est communis opinio, vt tradit præfatus dominus meus Parpalias in d. l.placet.col.xxij.versicu.vlt.limitetis,quando fieret statutum, quòd omnia prædia, & rationes reprobādi quo ad ecclesiam militant etiam in alio priuilegiato per ius commune, vt patet pōderanti illas, & multas alias quas scribit Fely.in cap.ecclesia sanctæ Mariæ. de cōstit.col.xxviij.versi.quintò quæro. Et ideo in proposito nostro, si constaret de valido statuto secundùm ea, quæ supra dicta sunt,

9 posset admitti, † quòd talis priuilegiatus teneretur contribuere ad fodrum Principis, quod habet certam, & perpetuam formam præstationis, non autem ad collectas, quæ imponuntur pro alijs oneribus.Et hæc opinio in priuilegiato, de quo agitur,clarior videtur, quia non prætendit priuilegium ab homine,sed à lege,quod est fortius,& cui in dubio derogatum non videtur.l.iij. C. de silentiarijs.lib. xij. Secundò quia priuilegium huiusmodi nō est perpetuū, sed extinguitur cum persona priuilegiati, & raro contingit vt quis reperiatur habere eodem tempore viuentes duodecim liberos,ideo tale priuilegiū censetur modici præiudicij, argumento l.quoties. C. de precibus Impe. offic. Tertiò quia priuilegium huiusmodi concessum est propter numerum liberorum,& hominum, quibus repleri ciuitates, & oppida publicè interest.l.j.ff.solu.matri.

10 Quoad secundam difficultatem considerandum primò est, † an renuntiatio sit inducta ex eo, quòd reperiatur in registro cōmunitatis descriptus dominus Balthasar.Et videtur quòd sic,quia dicit Ang.de Perus.Et post eum Io.de Imol.Et Angel.Aret. in l.j.§. Si quis tutor.ff.quando appellandum sit,per illum tex.in versi.Causas immunitatis.quòd si aliquis habet immunitatem à collectis, & alijs grauaminibus communis,& deinde describatur in libro debentium soluere collectas,& alia grauamina, & postea citatur, vt soluat, non sufficit sibi allegare priuilegium immunitatis excipiendo, quod non debet soluere,imò incontinenti cùm scit se descriptum, & per consequens se vocatum ad munus,debet appellare,per illum tex.quem dicit Ang. menti tenendum, quia communiter ignoratur, & nesci practicari. Et quamuis Ias. in l.falso. C. de diuersis rescriptis alleget in contrarium Bart. in l.forma.§. fi.ff.de censibus. qui voluit, quòd quis possit

petere, vt emendetur catastrum infra annū per l. qui se grauatos. C. eodem titu. Et non soluat talem oppositionem, quæ fuit Alexand. in addi. Bart. super dicto §. fina. Tamē non videtur obstare in proposito communitati alleganti dominum Balthasarem se non opposuisse intra annum, quinimo nec intra quadriennium. vnde Alexan. lib. j. consil. cj. Visis instrumentis exemptionis illustrissimorum Principum. col. vij. versi. iij. principaliter. dicit, quòd habens scientiam de reuocatione sua immunitatis seu se fuisse vocatum ad onera soluenda, & non appellauerit, amplius non est locus querelæ, vel ad plus vltra annum à die grauaminis non debet audiri. per d. l. qui se grauatos.

11 Sed in contrarium videtur esse † veritas, eo quia hic non præcessit immunitas, & secuta est descriptio debentium collectas in lib. communis (vt Ang. loquitur, & posteriores) & qui hoc allegat debet probare, tū quia est facti. l. si emancipati. C. de colla. tum quia in dubio non est capienda cōiectura, ex qua insurgit renuntiatio. c. super hoc. de renunciatione. Et si dicatur, quòd imò cōstat, quia dominus Balthasar reperitur descriptus in registro de anno millesimo quingentesimo vigesimo octauo. Et de anno millesimo quingentesimo trigesimo sexto, quo tempore iam habuerat duodecim liberos. Respondetur, quòd illa scriptura licèt dicatur continere registrum domini Balthasaris, qui primò registrat domum vnam &c. tamen verè dominus Balthasar non registrauit, sed ex quadam præsupposita consuetudine, postquam dominus Balthasar aliquid acquisiuit, nominatus mutat registrum venditoris, & ascribit in registro emptoris, & talis consuetudo, si adsit, bene excusat notarium à falso, etiam q̄ dominus Balthasar verè & personaliter non registrauerit, vt dicūt Ant. de Butr. & posteriores in cap. ij. de fide instrumentorum de notarijs scribētibus, & sigillantibus nomine prælatorum absentium, aut ignorantium. Et sequitur Alexand. lib. j. consil. cxxxij. Circa primum dubium, in fine primi dubij, & operatur, quòd vēditor nō possit conueniri pro taleis posterioribus, prout potuisset, si non foret facta mutatio registri, Bal. in l. si negotium. C. de nego. gest. Et Angel. in l. fi. C. sine Censu, vel reli. Sed non nocet priuilegio domini Balthasaris, quia talis mutatio, quæ præter eius consensum fit à notario ad solum effectum sciendi alienationē factam, & mutatos possessores, non dicitur continere, quòd dominus Balthasar sit debitor collectarum, ita vt posset vel deberet appellare à tali descriptione notatij, sicut appellatio necessaria est in casu dicti §. si quis tutor. Et dictorum Ang. ibi, vbi habens causam immunitatis vocabatur ad munus vel describebatur in lib. debentium collectas per eum seu mandante eo, qui habebat ius cogendi ad munus, quod non est in notario, etiam si esset index cartularius. de quo facit mentionem glo. in l. j. ff. de iudicijs. in verbo, Qui pro tribunali. Et quando fieret registrū cum æstimatione prædiorum emptorum à domino Balthasare, vt ad omnes collectas teneretur, non potuisset fieri eo non citato. Bart. in l. susceptores. la tertia. C. de suscepto. & archar. lib. x.

Secundò respondetur, quòd etiam si talis mutatio facta foret mandato iudicis volentis vocare dominum Balthasarem ad registrum loco alienatoris, tamen non interuenit scientia cum taciturnitate domini Balthasaris, modo quo loquitur Angel. & docet in locis super allegatis. Et talis scientia quòd fuerit cathastratus non præsumitur, sed potius ignorātia. l. verius. ff. de proba. regul. præsumitur. de reg. iur. in sexto. Et ideò à parte aduersa, quæ in scientia facit fundamētum,
12 † scientia est articulanda, & probanda. Bal. in l. quandiu. C. qui admitti. & ita contra eum qui allegat aliquem habuisse scientiam rei iudicatæ tradit Deci. consi. cccclxv. in casu transmisso de insula Siciliæ. col. vij. versic. Et ad confirmationem. vbi oportunè dicit hoc maxime habere locum in casu isto in quo dominus Balthasar est absens à loco Dragonerij, in quo dicitur fuisse factam assertam descriptionem registri, quia etiam vbi præsumeretur scientia ex aliqua causa, puta consanguinitatis, tamen cessat talis præsumptio scientiæ propter absentiam. cap. cum in tua, qui matrimonium accusare possint. l. plane. ff. de excu. tuto. Et ideo cum tempus appellandi sit vtile à principio, & non currat ignoranti. l. j. §. dies. ff. quando appellandum sit. & authen. hodie. cum glo. C. de appellat. tale tempus ignoranti currere non potuit maxime hoc casu in quo agitur de priuatione beneficij domino Balthasari à iure competentis. Bald. & Saly. dicunt in d. l. quādiu. Et fundata remanet intentio domini Balthasaris allegantis ignorantiam, quæ probabilis est, cum ipse nō proponatur registrasse,

sed

sed alius descripsisse eum.l.fin. ff.pro suo. Et ita Deci.considerat consilio dxxx.Viso puncto,& septem dubijs.in quarto dubio.Et per hoc non est opus disputare, an dominus Balthasar possit allegare ignorantiã iuris ad effectum euitandi ne incurrat pœnam huiusmodi probationis priuilegij à iure concessi, quod cùm sit quæsitum,eius priuatio indicat damnum.glo.in l.j.§.si quis autẽ. in verb. per in integrum restitutionem. ff. de iti. actuque priua. ita vt iuris ignorantia allegari possit. secundum mod. in l. Iuris ignorantia. C. qui admitti. in primo notando. Et quæ ignorantia præsumenda est in domino Balthasare. Tum propter viri qualitates, tum quia nunquam est præsumendum, quòd quis velit iactare suum. l. cum de indebito. ff. de probã. Quinimò potius præsumitur fatuitas.Bal.in l. generaliter. in quarta oppositione. C. de non nume.pecu.comprobat Alex.lib.j.consil. xiij. Ex his quæ in themate.col.j. repetuto libro iiij.consi.xix.

Tertiò respondetur, quòd etiam si dominus Balthasar sciuisset se fuisse descriptum
13 in registro,† tamen non erat opus appellare quia non describebant, vt debitor collectarum secũdum terminos dicti §.si quis tutor. Et traditorum per Ang. & doct. ibi sed simpliciter ponebatur quod prædia possideret in finibus Dragonerij. Et talis descriptio nõ inducit quòd ad omnia teneatur onera.quia verificari potest in oneribus, ad quæ etiam sic priuilegiatus tenetur,puta in fodro,quod ordinariè præstatur principi, secundum ea quæ supra dicta sunt, & in onere refectionis viarum pontium, & murorum ac fortalitiorum loci in quo habet domum. l. ad instructionem.C.de sacrosanct.eccle.Bald.libr.iiij. consilio ccxlvj. Antiqua laicorum querela. vt dicit Guido Papæ decisione lxxviij.ita fuisse seruatum tempore suo,cùm esset guerra inter Ducem Sabaudiæ, & Delphinum Vieneñ. vnde cum talis descriptio de necessitate non grauaret dominum Balthasarem, non tenebatur à tali descriptione appellare, imò fortè appellatio fuisset temeraria tãquã à non grauamine interposita ex abundanti, tamen poterit à die scientiæ postulare, vt declaretur talem descriptionem non præiudicare suæ immunitati, & aliàs appellet & recurrat ad superiorem in scriptis. Et cùm causarum insertione, aut saltem, quòd hoc modo emendetur catastrum ad quod habet [illegible] secundum ea, quæ supra dicta sunt, quod tempus anni currere non videtur domino Balthasari absenti per d.l.qui se grauatos.in fin.ibi his etiam qui abierunt. C. de censi.lib.xj.

14 Secundò principaliter † arguitur renuntiatio tacita ex actu solutionis quem dicitur fecisse dominus Balthasar per text.in l.ij. C. de iur.domi.impe.& in c. pro illorũ. de præbendis.Et maximè,quia soluit sine protestatione, quòd non intendebat per talem solutionem renuntiare immunitati sibi concessæ per legem,vt docet Bartol.in l.j.C.de ijs, qui sponte mune.subeu.lib.x.Et dicit Ancha.consil.cclxj. in quæstione, quæ vertitur inter nobilem.in fine versic. postremo. quòd priuilegium super collectis nõ soluendis amittitur non solum nõ vtendo, sed fortius per actum contrarium,puta soluendo.

Sed ad hoc vltra responsiones, quæ colliguntur ex præmissis respondetur, quòd etiam si constaret dominum Balthasarem ex certa scientia soluisse vnam vel plures collectas etiam impositas alia ratione, quàm fodri Marchionalis seu alterius oneris in quo priuilegium ex numero liberorum non excusaret, tamen nõ fieret ex hoc sibi præiudicium in posterioribus collectis l.ij.C.de ijs qui spõ. mune. subie. lib.x. Et ibi glo.& ita in immunitate cõcessa per priuilegium hominis, quod est odiosum, tanquã contra ius commune, & tertio præiudicialis, vt dicit Ancha. consil. præallegato.tradit Alex.latissimè lib.v. consi. xxxiij.ponderatis, quę continentur in priuilegio concesso nobili in tribus primis collectis. Et ibi subdit,quòd si priuilegiatus ex mandato superioris faceret actum directè contrarium priuilegio mandato superioris, non videtur renũtiare priuilegio, quia coactè quodammodò facere dicitur, secundum Hostiensem & posteriores canonistas in c.accedentibus.de priuilegijs.† quia vbicunque potest cadere alia præsumptio, quàm renuntiationis, non debet capi præsumptio renuntiationis, dicto c.super hoc. Et hic potest capi alia præsumptio, scilicet coactionis superioris iuxta notata in c.Cùm M.de constitut. Et regul.l.nouissimè. ff. quod falso tuto. autho. & quòd soluens ita fecerit non voluntariè, aut animo renunciandi priuilegio vtilissimo. dicta l.Cùm de indebito. Sed quia lites execrabatur, quod cum sit laudabile ei non imputatur.l.idem si res.§.j.ff.de aliena.iudi.mutãdi causa facta.Ergo multo magis hoc dicendum est in hoc nobili priuilegiato ex fauora

bili dispositione iuris communis, quæ tanti non est præiudicij, nec ad successorē transit, sed extinguenda est cū persona priuilegiati.

Et ad ea, quę supra in cōtrarium allegata sunt responsio patet ex scriptis per Alexā. in dicta consultatione. Nam non obstat dicta l. ij. de iure domi. impe. quia ibi agebatur de vnico actu momentaneo, & non reiterabili, in quo ex cōtrauentione, necessariò infertur ad reuocationem, secus videtur in priuilegio, de quo agimus, quod habet causam successiuam, & ad plures actus posteriores referri potest, quorum respectu nulla est contrauentio. Et ita respondent Cy. & Salic. in l. voluntarie. C. de excu. tuto. & Alexan. lib. iiij. consil. cix. videretur prima consideratione col. fin. versi. non obstat sextū argumentum.

16 Et propterea non restagatur † omissio protestationis, quia illa vtilis est, sed non necessaria in casu isto, vbi priuilegium habet causam successiuam, vt prædictum est, secus si contrauentio vniuersalis esset respiciens etiam actus futuros. Et ita loquitur Bar. in d. l. j. C. de ijs, qui spon. mun. sube. vt mod. dicūt in cap. cum M. de constitu. col. penult. versic. iij. limitatur.

Ex quibus patet, remotis omnibus contrarijs, immunitatem legis propter numerum liberorum causatam, fore domino Balthasari obseruandam,

Ioan. Franciscus purpuratus.

Curia Regia Pedemontium suo aresto me referente processum censuit hoc priuilegium non extendi ad bona post diminutionem & mortem patris filiorum acquisita, maximè stantibus eggregijs acquisitionibus, cum tunc uideatur cessare causa priuilegij, & ratio legib.

Angelus de Ecclesia.

Argumentum.

Quando agi possit contra tertios possessores, non excusso principali, vbi de ipsa materia excussionis latè. de quo etiam supra cōsil. xxix. & consil. xxxij. & de commissione facta de procedendo, sola facti veritate inspecta, quid operetur.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio discussionis, an censeatur sublata per claus. Sola facti ueritate inspecta. & nu. seq.*
2 *Exceptio discussionis, an & quando de apicibus iuris dicatur esse, & quando non. & nu. 13.*
3 *Possessor fraudulētus discussionis exceptione gaudet.*
4 *Interpretatio quæ fundatur in ratione potius attendi debet quàm et quæ ex uerborum cortice assumitur.*
5 *Exceptio discussionis per claus. Sola facti ueritate inspecta, reiecta nō censetur, si hypothecaria agatur contra tertium possessorem non obligatum. qui ius hypothecæ ignorabat.*
6 *Arbitrator exceptionem discussionis in tertio possessore non obligato reijcere non potest.*
7 *Discussio requiritur quando in iudicio dotis mulier agit hypothecaria.*
8 *Exceptio discussionis à Principe tolli nō potest, ut quę fundetur in iure naturali, seu in æquitate naturali.*
9 *Exceptio discussionis opponi potest in uim dilatoriæ ante litem contestatam, post uerò litem contestatā in uim premptoriæ.*
10 *Exceptio discussionis dicitur de natura actus aut iudicij.*
11 *Renuntiatio generalis non trahitur ad ea quæ sunt de natura actus.*
12 *Statuto si prohibeatur aliquam exceptionem opponi, nō per hoc discussionis exceptio sublata censetur.*
14 *Discussioni locus est quando pro legato hypothecaria tacita legali agitur.*
15 *Fiscus discuti potest.*
16 *Princeps duplex patrimonium habet, priuatum scilicet & fiscale.*
17 *Hypothecaria non datur contra eum qui decem annorum præscriptione tutus est.*
18 *Præscriptio hypothecaria ante quàm discussio fiat, currere potest.*
19 *Præscriptio quatuor annorum sufficit contra Principem habentem iura regalia.*
20 *Obseruantia facti pro iure habetur.*
21 *Discussionis et præscriptionis exceptiones litis ingressum impediunt.*

CONSIL. XXXIX.

Diuino subsidio ex corde postulato agit magnificus domi. Iacobus de S. Iuliano contra vniuersitatem Costigloliarum, aut particulares ab ea causam habentes tacita, & legali hypothecaria ad cōsequutionē legati scutorum bis mille relicti ab illustrissimo quodam Michaele Antonio Marchione Saluciarū, qui bona, de quibus agitur, dicit possedisse ex causa & titulo donationis, excipitur, ꝯ prius conueniri debet illustrissimus, & Modernus Marchio tanquam hæres sui fratris testatoris. Quæritur

1 quid iuris, † Et an censeatur reiecta talis exceptio

exceptio per rescriptum moderni Marchionis, quo mandatur causam definiri sola facti veritate inspecta, in proposito casu consuluit socer quondam meus purpuratus. Et deinde post eũ dominus Baptista Cacia doctor Nouariensis, ac dominus Augustinus Mollignatus doctor Vercelensis. Et in effectu cõcludunt, quòd sic. Tota difficultas consistit
2 in hoc. † quia exceptio discussionis dicitur de apicibus iuris. Vt per glos. in l. si mancipium. §. j. ff. de euictio. Sed ea, quæ dicuntur de apicibus iuris censentur sublata per clausulam, sola facti veritate inspecta, vt in terminis excussionis tenet Alex. in consi. cxiiij. col. fi. lib. vj. Socin. in consi. xxiiij. col. fi. lib. j. Areti. in consil. clxxij. In causa dominæ Antoniæ. in secundo dubio. Ad hanc difficultatem respondent memorati patres, & domini, ꝙ procedunt præmissa respectu ordinis, aut eius præposterationis, vt dicatur excussio de iuris apicibus, sed quatenus respicit discussio interesse partis, aut tertij possessoris non dicatur de apicibus iuris, sed de æquitate, per tex. in l. moschis. ff. de iure fisci. ibi æquũ putauit. quem text. ante eos ad hoc citauit Crotus in repe. l. si constan. colũ. xliiij. ff. solu. matri. Idem quòd discussio dicatur introducta ex æquitate voluit Corn. in consi. cccxviij. in prin. lib. iij. Paul. de Cast. in consi. cccxxvij. Clarum est, quòd dictus Iacobus. col. j. in fi. lib. ij. imò adeo fundatur in æquitate ista ex-
3 ceptio discussionis, † quòd ea gaudet etiam possessor fraudulentus. Calca. in conf. xxix. colum. vj. circa medium. Et pro hac distinctione allegant Cornæ. in consi. lv. colum. ix. versicu. Nec etiam obstat. lib. iij. ob id dominus Cacia admonet aduocatum partis reæ, vt opponat exceptionem discussionis per viam, & modum interesse, non per modum præposterationis ordinis. Aliam solutionem tradit dominus Mollignatus, ꝙ clausula sola facti veritate inspecta, operetur, vt in cognitione discussionis procedatur sola facti veritate inspecta, & sic tollantur solemnia discussionis, non etiam quòd ipsa excussio censeatur sublata. Nec credendum est (dicit ipse) quòd doctores aliter intellexerint. Sed præmissa dubitabilia visa sunt prima facie. Et in primis illa distinctio, quòd excussio dicatur sublata per clausulam, sola facti veritate inspecta, solum quatenus respicit ordinem, non quatenus pertinet ad interesse opponẽtis, videtur verbalis nõ realis. Nã si interesse tertij possessoris est causa, cur non censeatur reiecta, ergo ordo iuris, quòd prius cõueniatur principalis, dicetur introductus ratione istius interesse, & æquitatis, non autem ratione simplicis solennitatis. Et consequenter ista solennitas ordinis dicenda est fundari in æquitate & interesse tertij non sine causa, vt simpliciter citra aliã causam introducta fuerit ista solemnitas ordinis. Non enim inspici debet iste ordo discussionis, sed causa ipsius ordinis spectãda est l. verum. ij. ff. de furtis. l. Cum tale. §. si. ff. de condi. & demon. glo. in cap. intelligentia, in versi. ex causis. de verbo. signi. Ita si causa istius ordinis est interesse, & æquitas, impossibilis videtur præmissa distinctio. quia per eam separatur factum ordinis à sua causa, quod fieri non potest, cùm stare non possit effectus sine causa, imò cessante causa, cessat effectus. l. adigere. §. quãuis. ff. de iure patro. c. Cum cessante. de
4 appella. cum simi. † Ideò attendenda non videtur præmissa distinctio & interpretatio fundata in cortice verborum potius quàm in ratione. Bald. in consi. lxvij. dominus Papa. col. ij. lib. ij. per l. ita autem. in princ. ff. de admi. tut. l. cum pater. §. dulcissimis. ff. de leg. ij. & l. milites agrum. ff. de re mili. & no. in l. si is qui animo. ff. de acquir. possess.

Secundò quòd ista distinctio non videatur procedere ostenditur. Quia si verum sit, ꝙ excussio sapiat æquitatem, quatenus respicit interesse opponentis, & quòd tunc reiecta non censeatur. Ergo nunquam censebitur reiecta etiam quòd simpliciter opponat quis de discussione, quia opponens excussionem simpliciter censetur eã opponere omni modo, & via sibi vtiliori, non eo modo per quẽ discussio corrueret. l. miles, qui destinauerat. ff. de testa. mili. facit tex. in l. quoties. ff. de verbo. obli. & in l. quoties. ff. de rebus dubijs.

Similiter non videtur procedere responsio domini Mollignati, quòd clausula, sola facti veritate inspecta, solum tollat solemnia discussionis, non eius substantiam. Et quòd credendum non est doct. aliter censuisse. Nã parcat reuerentia sua, quia destruit dictum doct. & non interpretatur. doct. enim in contrarium alleg. clarè loquuntur, & dicũt excussionem non obstare, & quòd opponi non potest. sed secundùm interpretationem Mollignati obstat, & opponi potest exceptio excussionis, licèt in eius probatione ad veritatem tantum procedatur. Itaque dictum doct. clarum talem interpretationem admittere non potest. l. Continuus. §. cũ ita. ff. de

ff. de verb. oblig. l. ille, aut ille. §. cũ in verbis. ff. de legat. iij.

Quid tenendum? placet mihi, & semper
5 placuit opinio, † quòd reiecta non censeatur excussio etiam in causis, in quibus proceditur, sola facti veritate inspecta, quando agitur hypothecaria cõtra tertium possessorem non obligatum, & qui ius hypothecæ ignorabat. Nam tunc negari non potest, quin in tali possessore ignorante summa versetur æquitas, vt prius discutiat ut principalis. stante igitur tanta equitate absurdum esset dicere, quòd clausula, sola facti veritate inspecta, tollat exceptionem in summa æquitate fundatam, cùm Princeps & legislator dcat æquitatis fautor esse l. hac lege. C. de pactis conuentis. imò impropriantur verba, vt æquum iniquo præferatur l. scire oportet. §. Aliud autẽ. vbi Bar. & doct. ff. de excusa. tut. Calca. in consi. cxx. col. iij. post medium. Et dispositio generalis restringitur, ne quid fiat contra æquitatem. Bal. in consi. ccccxxxiiij. Pactum inter locatorem. lib. j. Socin. in cõsi. xliiij. col. iiij. in fin. versi. & dicta verba. lib. j. Ias. in l. diuo Pio. §. in venditione, col. iij. ff. de re iud. & in l. si seruum stichum. §. sequitur. in secundo not. per illum tex. ff. de verb. oblig. Amplius vbi liberum arbitriũ alicui conceditur, intelligitur æquitate tamen seruata. Bal. in consi. clxxvij. in ecclesia regina. col. ij. post med. li. j.

Secundò istam opinionem, quòd excussio in tertio possessore sapiat æquitatẽ, & 9 reijci non debeat, etiam quando proceditur sola facti veritate inspecta, tenet Bald. in l. fin. §. Sed & si quis. C. com. de lega. vbi dicit
6 † quòd arbitrator talem exceptionẽ discussionis reijcere non potest. sequitur Alexan. in d. l. Si constante. in princ. in vltima Charta. ff. solu. matri. Deci. in d. l. fi. col. iiij. ff. si cert. pet. Et in c. ex parte. ij. col. ij. versicu. Quartus effectus. de offi. deleg. Et tamen constat, quòd arbitrator procedit ex bono & æquo sola facti veritate inspecta, vt pe. Bart. in l. si societatem. §. Arbitrorum. col. ij. ff. pro socio. Imò arbitrator sequi veritatem debet vndecunque eam habere possit, etiam per garritum auium. Host. in c. Quintauallus. de iureiur. Bal. in l. fi. C. de contrahen. empt. quod dictum refert, & sequitur Ias. in consi. lxxx. col. ij. post med. lib. j. Eandem opi. quòd clausula, sola facti veritate inspecta, nõ tollat exceptionem discussionis fundatam in æquitate tenent Crotus in d. l. si constante. colũ. xliiij. Deci. in d. l. fi. col. iiij. ff. si cert. peta. & in d. c. ex parte. de offi. delega. Corn. in d. consi. lv. col. fi. lib. viij. Fely. in c. j. col. xviij. versi. Et si dicatur de constitu. Georg. Natta. in repe. clem. sæpè. de verb. sign. quem Deci. allegat in d. l. fi. & in d. c. ex parte. Addo Bald. nouel. in tract. de dote in octaua parte priuilegio
7 penultimo vbi, † quòd in iudicio dotis quãdo mulier agit hypothecaria, requiritur discussio, licèt tale iudicium sit summarium, & eo proceditur ex bono, & æquo. Et licèt in puncto iuris putet contrarium teneri posse, tamen in decisiuis dicit ab hac cõmuni opinione non esse recedendum. Et licèt loquatur Bald. nouel. sub dubio fortè, tamen talis dictio in dicto doctoris non inducit dubitationem. gl. in l. si duo. ff. de arbitr. Imol. in consi. cxvj. colũ. iij. Alexan. & moder. in l. In substitutione. ff. de vulgari.

Tertiò considero vltra alios vnum fundamentum iudicio meo efficacissimum. supra probatum fuit istam exceptionem discussionis fundatam esse in æquitate naturali respectu tertij possessoris hypothecam ignorantis de tempore acquisitionis rei. hoc ita præsupposito dico, quòd licèt exceptio discus-
8 sionis inuenta fuerit à iure ciuili, tamẽ † quia fundatur in iure naturali, seu in naturali equitate à principe tolli non potest. Abb. in c. Quæ in ecclesiarum. de constitu. & in c. per tuas. col. x. de arbi. Calca. in consi. lxxx. colũ. iij. post med. Rippa in l Quominus. col. iij. ff. de flumine. Si princeps talis exceptionem expresse tollere non potest, multominus dicendũ est, quòd tacitè censeatur sublata, per clausulam, sola facti veritate inspecta. l. qui ad certum. ff. loca. Neque generalis dispositio comprehendit, quod impossibile est disponenti. quia non præsumitur quis in genere voluisse, quòd in specie facere prohibetur. l. quanquam. ff. de ritu nupt. l. si pater. ff. quæ in fraud. cred. l Lucius. §. penult. ff. ad municip. c. à nobis. vbi Abb. in tertio not. de senten. excom. c. tua. de decim. Bar. in l. si quis sub conditione. in fin. ff. de condi. insti.

9 Quartò considero, † quòd ista exceptio discussionis potest opponi in vim dilatoriæ ante litem contestatam, potest etiam opponi post litem contestatam in vim peremptoriæ. Signorol. de Homod. inter consilia Bal. in consi. cl. Casus actualiter emergens. col. j. lib. ij. Calca. in consi. xxix. colũ. vj. circa med. Guido Papæ. quæst. ccccxxxij. col. iij. ver. An hæc exceptio si potest opponi post litem cõtestatam in vim peremptoriæ. Ergo patet

ret quòd non de apicibus iuris. quod probatur, quia si princeps aut statutum tollat exceptiones, nõ tamen censentur sublatæ exceptiones peremptoriæ, vt latè per Moder. in d.c.ex parte.de offi. deleg.si per clausulã, non obstante quacunque exceptione, non cẽsetur sublata exceptio peremptoria, multominus per clausulã, sola facti veritate inspecta, quæ non ita clarè venit derogatiuè ad exceptiones.

10 Quintò considero † quòd exceptio discussionis dicit de natura actus aut iudicij, ideo si fideiussor renũtiat beneficio de fideiussoribus, opponere adhuc potuit exceptionem
11 discussionis.† quia generalis renuntiatio non trahitur ad ea, quæ sunt de natura actus. ita in excussione tradit Bar. in l.j.C.de conuent. fisci debi.lib.x.Roma.in consil. xxiiij.spectabilis col.ij. † Idem in statuto prohibente aliquam exceptionem opponi.quòd non censeatur tollere exceptionem discussionis ea
12 ratione,quòd sit de natura actus, tenet Pau. de Cast.in consil. cccxxvij. Clarum est. col.j. post med.libr.ij. similiter si promittit quis liberè soluere & sine aliqua exceptiõe.adhuc opponere poterit exceptionẽ discussionis; eadem ratione, quia est de natura actus, & quia talis exceptio friuola non dicitur. ita Roma.in consi.ccxj.allegationes. col.ij.versi. Sed pro clariori.sequitur Fely. in c.causam, quæ.in versic.non obstan.de rescript.Si pars renuntians exceptionibus, & promittens liberè soluere non censetur renuntiare excussioni, quia dicitur exceptio iusta & rationabilis,ac de natura actus. Ergo patet, q non dicitur de apicibus iuris. Et si pars ita renũciãs sibi non præiudicat, multominus præiudicabit Princeps, quia maiorem potestatem habet pars in derogando iuri suo quàm Princeps,aut statutum. Nam potest quis donare bona sua,& iuribus suis ad libitũ renũtiare. Non sic potest Princeps ius suum alij auferre, vt habetur in l.fi.C.si contra ius vel vtil. pub. & in c.Quæ in ecclesiarũ.de cõstit.

Sextò considero,quòd princeps qui in rescripto vsus est clausula, sola facti veritate inspecta, is est, qui tenetur ad legatum tanquam hæres(vt dicitur)legantis, ideo si intentio rescribentis esset velle tollere discussionem, sequeretur, quòd voluerit recusare solutionem debiti, & tertios possessores non obnoxios obligare, quod esset iniquum, & ab omni ratione naturali alienum. Sed non est verisimile,quòd princeps voluerit aliquid iniquũ,cũ eius actus debeat abesse ab omni malitia, & deminutione alicuius.§. illud.in Authen.constit.quæ de dignit.Bald.in consi. xxiij.ius Abbatialis.libr. ij. & iniuria à principe maximè debet esse remota. arg.l.ex facto.ff.de vulgar.l.j. §. permittitur. ff. de aqua quoti.& æstiu.l.meminerint.C.vnde vi. Ias. in consil.j.col.vij.post med.libr.j. Et dicit Paul. Apost.ad Collosen.c. vltim. Principes quod iustum est, & æquum seruis præstate scientes quòd & vos dominum habetis in cœlis. Princeps enim,qui tenet supremam potestatem, debet seruare summã honestatem, & summum æquitatem tanquam regula. Nã ratio edi debet à capite. Bald.in consi.xix.factum sic proponitur.col iij. post med.lib.iiij.

Ex præmissis satis fundata probatur intentio hominum Colliglioliarum, & ex eis contraria sublata.

Ad quę tamen specialius respondeo,quò
13 fiat res clarior. Ad primum igitur,† quòd exceptio discussionis bonorum dicitur de apicibus iuris, & quòd sublata censetur per clausulam, sola facti veritate inspecta, respõdeo negando, quòd dicatur de iuris apicibus, sed de æquitate naturali,vt supra abundè probatum est.

Secundò respondeo, quòd possit dici de apicibus iuris, quãdò agitur contra fideiussorem,cui imputatur,cur se obligauerit pro alio, secus vbi agitur contra tertium possessorem ignorantem ius hypothecæ, & qui nullo modo se obligauit.arg.l.si fideiussor.§. qui necessaria.ff.qui sati.cog.

Tertiò respondeo; quòd contrariũ nullo modo potest procedere in casu isto, in quo apparet,quòd principalis est soluẽdo,apparet autem per iuris præsumptionem quæ dicitur probatio liquidissima l. licèt Imperator.ff.de leg.j.cum ibi no.Ius enim præsumit quòd Princeps semper sit soluendo. Bal. in consil.ccclxiij.Quæritur an sit per officiales. col.j.lib.j.Ias.in l.sciendum.in princ.col.v.ff. qui sat.cog.

Non obstat auctoritas Aret.& Soci.supra in contrarium allegata, quia de eis curandum non est postquam rationibus efficacissimis conuincuntur; præterea in casu eorum plura cõcurrebant ex quibus de excussione curandum non erat, vt etiam ostendit purpuratus. Similiter non est curandum de auctoritate Alex.in d.consi.cxiiij.col.fin.lib. vj.quia arguitur sibi contrarius ex his, quæ scribit idem Alexan.in d.l.si constantè.Equè curan-

curandum non est de auctoritate Roma. in consil.ccccxxx. quem citat Deci. in d.l.si.ff.si cer.pet. Addo eundem Roma.consi.ccccxvj. pro dilucidatione in primo dubio, quia fundat se Roma. quòd exceptio excussionis dicitur de apicibus iuris, & friuola. Sed idem Roma. in d. consil. ccxj. tenet contrarium, & imò dicitur exceptio iusta & rationabilis de natura actus. Et propterea quòd non includitur in generali renuntiatione exceptionum, etiam quòd vltra renuntiationē promittat quis liberè soluere. Iam contra auctoritatem doct. in contrarium loquentium alij constant docto. plures numero, pondere & arte pares melioribus efficatioribusque rationibus vtentes.

Tangit etiam dominus Cacia difficultatem,

14 † an discussio sit necessaria quando agitur hypothecaria tacita legali pro legato. Et concludit quòd sic post Bart.& doct. in d.l. si constante in ij. quæstio.iij. quæstio. princip. ff. solu.matr. Addo Romanū in terminis legati in cōsi.clxxxix. stante primo quæsito.ante fi.

Sed vereor ne pars aduersa alleget discussionem necessariā non videri contra fiscum. aut principem, quam opinionem videtur tenuisse Anchar. in consi. ccxciij. Sed replicatur. ante fi. quod est repetitū in cōsil.cccxvij. Soci. in consi.xlvj.col.v. in fin.lib.iiij.

Sed præmissis non obstantibus contrariū

15 puto de iure verius, † quòd imò fiscus discuti debeat, quia etiā quòd fiscus succedat vniuersaliter alio titulo quàm hęreditario, puta ex confiscatione bonorum, tenetur tamen creditoribus quasi hæres, & hæredis loco habetur. gloss. in l. non intelligitur. §. cum ex causa. in versiculo pertinent. ff. de iure fisci. Quam pro singulari commendat Roman. in consil. lxxiij. circa primum. & in cōsi. xciij. Visis. in quo consil. xciij. latè tenet discussionem contra fiscum esse necessariam. Idem tenet Bald. in consi. ccclix. Quemadmodum Imperator. col. ij. lib. iij. Paul. de Cast. in dicto consilio. cccxxvij. clarum est. col. j. post med. lib. ij. Idem Paul. Roman. Alex. & Moder. in d.l. si. vbi Deci. col. iij. post med. ff. si cert. pet. Calca. in consil. lxviij. col. ij. ante medium. ex quibus patet hanc opinionē esse cōmunem.

Nec obstat opinio Anchara. in d. consilio ccxciij. & in d. consil. cccxvij. quia Anchara. loquitur contra communem opinionē. Præterea Anchar. mutauit opinionem, & contrarium tenuit in consi. cccxxij. Visa dicti facti narratione. col. ij. post med. Vbi dicit se mutare consilium. Exemplo beati Augustini in c. certè. xij. quæst. j. eodem modo respondetur ad auctoritatem Soci. in d. consil. xlvj. col. v. in fi. lib. iiij. Aliter etiā respondeo, quòd Anchar. & Socin. loquuntur quando fiscus non est hæres, sed tantùm possessor bonorum condemnati ex confiscatione bonorū. Sed quęstio nostra loquitur in alijs terminis, id est, in principe hærede sui prædecessoris, & sic habente patrimonium separatum ab

16 ærario fiscali. † Princeps enim habet duplex patrimonium priuatum & fiscale. iuxta no. in l. j. & ij. C. si aduersus fiscum. tradit Imola in consi. xxxv. col. vj. circa fi. & colum. viij. in fin. Alexand. in consi. vj. col. ij. lib. iiij.

Et ex alio etiam capite molestari non possunt homines Costigloliarum actione hypo-

17 thecaria, † Quia tuti sunt præscriptione decem annorum & vltra, quæ sufficit in actione hypothecaria. vt latè per dominum Caciam. Idem tenet Iason §. Item seruiana. col. xx. in fin. num. cclxxiij. Instit. de actio. Nec videtur curandum de opinione Alex. in cōsi. lviij. col. fina. lib. v. vbi dicit, quòd non currit præscriptio in hypothecaria ante factam discussionem. Quia mirandū est quomodo talis doctor ita ausus sit loqui motus falso fundamento, quòd ante discussionem agi non potest hypothecaria. Et quòd non valenti agere non currit præscriptio, non procedit in eo, qui poterat impedimentum amouere, & non amouit. Sed impedimentū excussionis non factæ amoueri poterat faciendo excussionem. Ergo, & ideo Alex. rectè fecit

18 mutādo opinionem, † quòd imò currat pręscriptio hypothecaria ante factam discussionem. ita tenet Alex. in consi. ccxx. in fi. lib. vj.

19 † Quinimò cum homines Costigloliarū causam habeant à Principe sufficere videtur præscriptio quatuor annorum iux. l. bene à Zenone. C. de quadr. præscrip. quæ lex locū habet etiam in ducibus, & Marchionibus. vt per Bald. in consil. ccclix. Quemadmodum Imperator. lib. iij. Roman. consil. lix. sequitur Iason in consi. cccxxvij. col. x. lib. ij. addo Felyn. in c. cum nobis. col. ij. versic. Tertia declaratio. de præscript. vbi sequitur Roma. in d. consi. lix. addo etiam Corn. in consil. ccxcix. colū. penult. lib. j. & in consi. cxxvij. colum. j. in fin. versic. quod & secundo videtur ex alio probari. lib. ij. vbi loquitur Corn. in terminis d. l. bene à Zenone. Et sequitur Bald. & Roma. num in dicto consilio, Marchio enim idem potest in suo Marchionatu quod Imperator in suo

in suo imperio. vt dicit dominus Cacia allegando Paul. de Castr. Alex. & Deciū. Et ego alias dixi in consi.cxxxv.col.ij. Addo Fely. in d.c.cum nobis.col.iij.versicu. Tertia declaratio. de præscriptio. Curtium iuniorem in secunda parte tract. feud. car.xvij. in secunda quæst.j.Brunum Asten.in consi.xlv.col.pen. post med. Purpura. in rubr.ff. de iurisdiuo. om.iud.col.iij.& in l.imperium.nu.151.& seq. eod.titu.& quòd dicta l. bene à zenone.locū habet in Marchione adduco Calca. in consi. xxvj.col.iiij.in fin.vbi dicit,quòd sicut instantiæ tempus non currit coram Papa aut Imperatore,ita coram alio principe habente iura regalia ex priuilegio aut consuetudine tāti temporis, cuius initij memoria non extat in contrarium. Et sic vult quòd dispositа in Papa aut Imperatore locum habeant etiam in alio inferiore habente iure regalia. Ergo dispositio d.l. benè à zenone. locum habebit etiam in Marchione habente iura regalia, quod maximè obtinet, quia quicquid fit de iure non permittunt tales principes inferiores disputare esset reuangare mundum. ita Bald.in consil.cclxij.Recolo.col.ij.lib.j. quod est repetitum in consil.cccclvj.lib. v.

Satis est igitur,quòd ita de facto obseruetur.Et † talis obseruantia facti pro iure habetur.gloss.fina.in l.qui habebat. ff.de manum. testa.cū simlib. vt per Alex. in cōsil.cvij. col. vj.versi.bene facit.lib.ij.Deci.in l.j.in princip. col.iiij.ff. quod quisque iuris. Curt. Iunio.in consi.clxxiij.colū.j.ideo Barto.in consil.lxxxj. Martinus Forni.col.j. dicit se nolle scribere de potestate statuentium. Quia facti obseruātia se habet, vt quod Ciuitates faciunt obseruetur. Nec puto iudices sapientissimos, qui huic ipsi quæstioni præsunt aliter iudicium dicturos, cum in re etiam dubia, potestatem principis ampliare oporteat. iuxta l. pen.ff.de constit. princip.cum materia.

Infertur ex præmissis assertis positionibus respondendum non esse,† quia obstant duæ exceptiones impedientes litis ingressum, id est,discussionis,& præscriptionis, cuius probatio in promptu sit, & offerri poterit, iuxta not.per doct.in l.fratres.C.de transact.in l.fi. vbi Deci. in decimo notab. C. de edict. diui Adri.tollen.Et maximè quia hic duplex concurrit præscriptio communis, scilicet annorum decem, & specialis altera de qua in d. l. bene à zenone, ob id geminata præscriptio fortius debet operari.l.balistę.ff. ad Trebell. cum sim.Sauiliani.

Aymo Crauetta ex Sauilliano Iur. Vtr. Doct. Sub correctione.

Argumentum.

Concessio feudi an, & quando dicatur donatio vel feudum, ita vt accipiens obligetur, vel non regalis feudi, & an per sequētes inuestituras censeatur recessum à primis, & quando fœminæ admittantur, & quando feudum dicatur hæreditarium.

SVMMARIVM.

1 *Dignitas realis Marchiæ non nisi per inuestituram conferri solet.*
2 *Feudum per solam inuestituram, uel actum, qui pro inuestitura habetur, propriè constituitur.*
3 *In feudis hæreditarijs idem ius uidetur, quod et in bonis allodialibus.*
4 *Verb. Hæredibus quibuscūque, in materia feudali de quibuscunque hæredibus etiā extraneis habilibus ad succedendū, scilicet intelliguntur, et non de hæredibus consanguineis tantùm. & nu. 6.*
5 *Alienatione concessa, testādi facultas concessa uidet.*
7 *Verb Quibuscunque, extraneos hæredes comprehendi communis est sententia.*
8 *Verba generalia, quòd de habilitate restrictionem recipiant, de quibus uerbis intelligi debeant, & de quibus non.*
9 *Feudum pro se & hæredibus simpliciter & absque uerbo, quibuscunque transit in descendentes fideicommissarios, & in descendentes institutos in re certa.*
10 *Ad hoc ut quis succedat in feudo hæreditario sufficit ut probet se hæredem esse in re certa.*
11 *Fœmina in feudo hæreditario & in franco & libero, in quo nullum præstatur seruitium, succedunt.*
12 *Fœmina in feudis hæreditarijs & francis, extantibus masculis non succedunt.*
13 *Consuetudo unius familiæ habentis iurisdictionem iuri derogat.*
14 *Semel exclusus semper exclusus remanet.*

CONSILIVM XL.

Diligenter consideratis omnibus, quæ in proposita facti narratione recitantur dubia, & sine difficultate pertransire visa sunt responsa excellentissima Iurisconsultorum qui in fauorē illustrissimi Marchionis Sal. accutisimè responderunt. Quare pro dilucidanda hac re duo principaliter executien-

tienda sunt, primum vtrum hæc dignitas Marchionis Montisferrati secundum primam, & antiquam concessionem dici possit concessa descendentibus tàm fœminis quàm masculis, & qualiter. Secundum posito quod ex vi primæ concessionis dicatur collata masculis, & eis deficientibus, fœminis, an ex nouis concessionibus imperialibus, & ex pactionibus subsecutis fuerit alterata prima in præiudicium masculorum ex Alledramo descendentium. Circa primum examinanda sunt plura, primum vtrum prima concessio dicatur donatio, vel feudum. Nam si donatio sit, admittendæ videntur fœminæ in talibus bonis donatis sicut in allodialibus, cum pleno iure translata censetur. l. si ea quę. C. de donat. & ita ex facto consuluit Bald. consi. ccclj. in bonis. j. lib. Angel. consi. ccxliiij. super primo. ad fin. Card. consi. lxiiij. quod domina.

Prima nanque facie videretur cuilibet verba ipsius concessionis intuenti donationem esse. Inquit nanque imperator in ea, concedimus, donamus, atque largimur, itē in eadem infra, huius præsentis donationis authoritate donamus. Ecce verba claram donationem importantia, vnde cum in verbis nulla admittenda sit voluntatis quæstio. l. ille aut ille. §. cum in verbis. de leg. iij. confirmatur, quia imperator omne ius quod habuit transtulit in Alledramum, vt sonant illa verba, omnino transferantur, quæ dictio omnino, pōderanda est, cum ad omnem effectum translationem importat, vt Anchar. notat in c. duobus. de rescript. lib. vj. Corroboratur etiam ex illis verbis, omnino subdantur, ita quòd sint subdiuisa à dominio & regno nostro, sicut antea erant, sic & dominio ipsius Alledrami à modo in antea subdātur. ex quibus sequitur omne dominium in Alledramum translatum fuisse, cum in eum omne ius & dominium sit translatum à se omnia imperator abdicando, prout antea abdicatā erant, & sic nihil penitus retinuit, cùm nihil penitus antea haberet, vt ipse fatetur, cui credendum est. Clemē. literis. de probat. Ex alio etiā comprobari potest, cū ab eodē Cæsare Alledramo facultas data fuerit, de donatis faciendi, & disponendi quicquid decreuerit animus, etiam pro anima relinquendi, cuius cōcessionis vigore cēsetur in eum translatum omne dominium, vt ex definitione dominij probatur, de qua per Bart. in l. si quis vi. §. differentia. ff. de acquir. poss. eoque magis cum præmissa in cōcessione feudi minimè conuenire videantur in qua directum dominium penes concedētem remanet. c. j. de feud. & cuius feudi ea est natura, vt nec alienari quidem possit absque consensu directi atque supremi domini. c. j. de prohi. feud. alien. per Fed. maxime in ecclesiam, cum amplius non superesset spes reuertēdi ad dominum. c. j. §. j. de alien. feud. & consuluit Oldra. consil. clviij. ex præsenti. Deci. consil. xxxij. Diligenter consideratis. & consil. cccxc. Quoniam ex facto. & consilio cccxiij. consuluit.

Præmissis tamē non obstātibus adhæreo sententiæ excellentium doctorum, qui iuridicè responderunt hanc concessionem feudalē esse, firmissimis per eos rationibus adductis, etiam quia ex illis verbis, confirmamus Alledramo Marchioni omnia, quæ habebat, & possidebat in Mōteferrato, & toto Italico regno, apparet ipsum Alledramum anteà Marchionem fuisse, quàm confirmatio eidem de concessis facta foret, quo casu nihil aliud sibi tributum videri dicitur, quàm iuris prius quæsiti corroborationem. c. inter dilectos. §. cæterum. de fide instru. c. j. qui succes. teneant. per quod ibi notabiliter tenet Bald. quòd confirmatio à suo confirmato pendet vti à suo substantiali. Aut ergo volumus dicere quod talis confirmatio Alledramum duntaxat corroboret in ipso Marchionatu aliquid forsan addendo, vt est propria natura confirmationis, vt dicit Bald. in l. aduersus. in fin. C. si aduer. rem iud. Aut quod de nouo hanc illi dignitatem contribuat, vt etsi de facto & nullo iure antea illum occupasset, iuxta doctrinā Bart. in l. & quia. ff. de iurisd. om. iudi. & hæc dignitas vtroque in casu censeri debet concessa in feudum & non pure donata, tum quia censetur facta cum minori præiudicio & damno concedentis quàm fieri possit. Bald. in c. venientes. col. penul. de iur. iura. Felin. in c. ex parte. col. xx. de rescript. Minus autem preiudicij concedenti affertur, cum in feudum datur, ex quo directus remanet dominus, & cui conceditur vasallus. c. j. de feud. March. cum simil. b.
1 tum quia hæc † dignitas regalis Marchiæ, non nisi per inuestituram conferri solet, cum is Marchio dicatur qui à Cæsare de Marchia inuestitus fuit. cap. primo. quis dicatur dux March. & alio in contrarium non apparente collata intelligitur, prout & conferri consueuit. gl. Bald. & Aluar. in c. j. quid sit inuest.

Ex

Ex illisque verbis per huius concessionis & confirmationis auctoritatē statuimus, vt nulla persona audeat cum disuestire, clarè apparet ante talem confirmationem inuestitum fuisse.c.ad dissoluendum, de desponsi.impu. Quod autē ante dictā cōfirmationem esset Marchio, probatur ex eo quod ipse Alledramus Marchio, petiji quasdā cortes dūtaxat sibi concedi; reliqua, quæ sibi etiam, vt Marchioni obuenerant, confirmari, & corroborari, & sic fateri necesse est, & ante petitionē per eum requisitam, & confirmationē à Cęsare factam Marchionem fuisse, aliàs dicendum esset falsam fuisse petitionem factam sub nomine dignitatis. c.quoniam Abb. de off.deleg.nimusq; cōfirmari potuisset, quod eidem non obuenerat, vt suprà dictum fuit.

Non obstant contraria & primò nec aduersantur illa verba, donamus atque largimur, cùm feudum quo ad quid donatio dicatur.cap.j.§.donare, qualiter olim pot.feu. alie.c.j.§.prędictis modis.quæ fuit prima cau si benefi.amitt. Nā qui rē in feudū cōcedit, donare dicitur; cū non teneatur infeudare si nolit.l.donare.ff.de regu.iuris. licèt ex parte eius, cui conceditur, dici non possit simpliciter rem donari, cùm teneatur saltem ad ea, quę continentur in iuramento fidelitatis.c.j. de nou.form.fidel. Sicque huiusmodi concessionis verba interpretata satis clarè demonstratur, cùm per eam contrarietas euitetur, quam aliàs incurreremus, cùm inuestitura dicatur Alledramum inuestitum, & pro inuestito haberi, quæ inuestitura cùm donationi repugnet.c.j.quid sit inuest.vt omnia aptè consonent necesse est dicere Cæsarem tunc donasse, scilicet in feudum, cum ea sit interpretatio capienda per quam omnia consonant, & ad concordiam reduci possunt.c.inter dilectos.§.cęterum.de fid.instru. Pau.de Castro in proposito in consilio clxij. Circa id.col.ij. Alexand.consi.cxlj. Viso testamen.quarta col.vol.ij. plura ad propositum allegat Deci. consi.cxcv. studendo breuitati. colum.ij.& sequenti.

Nec etiam obstat quod ex pluribus suprà ostēsum sit dominium plenum & directum translatum fuisse, quia non est ita intelligendum, vt directum dominium translatum sit, sed vtile plenum & absolutum, ita quòd alienatio fieri possit absque consensu Domini, vt minus alteretur natura feudi, quàm sit possibile. Argumento l.si quādo. C.de inof. testamē.l.si serui vestri.cum glo. C.de noxal. c. cum dilectus.de consuet. Et cum etiā ipse Alledramus ante ipsam confirmatiouē Marchionatus inuestitus fuerat. vt supra demonstratum fuit, & pro inuestito habeatur ab ipso Imperatore virtute illius confirmationis, vt domini consultores abundè deduxerunt, vt euitetur repugnantia, necessario dicendū erit directum dominium penes inuestientē secundùm naturam feudi remansisse, prout in dubio verba sic fore intelligenda voluit Innoc.in c.In literis. de iure patron. Bal.in l. à procuratore.C.mandat.& in rubric.C.de contrah.emptio. in ix.quæst. Præterea vbi in aliquo foret alterata natura feudi per translationem pleni dominij, iure tamen feudi censeri debet.Rom.consil.lxx. Visis.col.j. sic & in omnibus alijs naturam feudi sortitur.c. j.de feud.non hab.propr.nat.feud.Bal.in l.j. in xvj.q.de rer. diuis.& in præludijs feud.col. vij. Nam cùm Alledramus inuestitus competiatur, ad ea tenebatur, quæ in sacramento fidelitatis.c.j.de nou. form. fidel. sequitur vt quantum ad ea salua remaneat fidelitatis, & feudi natura. Et ita respondet Dec. consilio cxcij. Diligenter consideratis. Et hoc est quod dixit Aluar.in c.j. per illum text.quib.
2 mod.feud. constit.pot. † quòd per solam inuestituram vel actum qui pro inuestitura habetur propriè feudum constituitur naturam feudi habens. Et in specie dixit Bal. quòd licèt in feudatarium ex pacto transeat directum dominium, non propterea desinit esse feudum, quamquam feudi natura alteretur. ita notat Bal.in l.si plures col.ij.C.de condit. insert. Et in l.vnic.col.xv.C.de conses.& in l. j.ad finem.C.si plur.vna sent.

Dubitatur secundò an istud feudum sit
3 hæreditarium, † nam in feudis hæreditarijs idem ius statutum videtur, quod in bonis allodialibus, demōstratur, cū in talibus feudis nō succedāt descendentes nisi sint hæredes. vt concludit Iac.Aret.in c.j.de eo, qui sibi & hær.suis masc.Bar.in l.vt iusiurandi.§.si liberi.de oper.libert.Isern.in c.j.§.hoc quoq; de succes.feud. Alexand. consil.xix.vol. v. Dec. consi.cccxcv.in causa. col. ij. Sic & talia feuda veniunt in restitutione fideicommissi sicut cætera bona.Bal.in l.cum virum. col.fin. C.de fideicom.Barto.in d.§.si liberi. Isern.in c.j.An fil.vel agnat.Alex.consil. xviij. Attentis.vol.v.& consil. xxvj. Ponderatis col. iij. eo vol.& Dec.in d.consil. cccxcv. ex quo sequitur quod succedentes in tali feudo teneatur approbare gesta per defunctū.l.Cum à ma-

tre. C. de rei vendi. l. ex qua persona. de reg. iur. cum istud feudum Alledramo & hæredibus cōcessum legatur. videretur dicendū hæreditarium fore, vt dicit Isernia in locis præallegatis, & in c. j. qui succes. teneantur. & in c. j. de alien. feud. & propterea dicendū videretur, illustriss. March. Salu. vocatum nō fore, cum non sit hæres, vel vbi heres comperitenir contrauenire non posse gestis authorum suorum. Nec responsio dominorū

4 consultorū, † q; verbum, hæredibus, de hære. sanguinis intelligatur, vt in hac materia feudali probatur in c. j. & §. penul. de leg. Cor. & in c. j. §. & si clientulus. de alien. feu. & Bar. & alij concludunt in l. Gallus. §. etiam si parente. ff. de lib. & posthu. Panor. & communiter Canonistæ in c. in præsentia. de proba. satisfacit, cum procedat vbi infeudatio facta fuisset Alledramo, & hæredibus quibuscūque. tūc enim propter verbum, quibuscūque, nō potest verbum, heredibus, restringi ad heredes sanguinis, sed intelligitur generaliter de quibuscūque hæredibus etiam extraneis, vt est tex. in c. j. de feud. non hab. propr. natu. feud. firmat Alex. & Ias. in l. nihil. §. quædam. ff. de edend. Ias. in prælu. feud. col. xv. Curt. iunior qui infinita adducit in consi. suo. primō post tracta. feud. Quod autem in casu occurrenti verbum, hæredibus, non possit restringi ad hæredes sanguinis, videtur ex illa alienandi facultate probari, dum dicitur, & etiam pro anima iudicandi, ac quicquid ipsius Alledrami & hęredum animus decreuerit faciendi; per quam data videtur potestas transferendi etiam in extraneos, tam per vltimam vo-

5 luntatem quàm inter viuos; † cum concessa alienatione, & testandi facultas concessa videatur, cùm is qui testatur, alienet. l. Ex castrensi. in primo. ff. de castrens. pecul. quem ad hoc allegat Bart. in l. ij. col. vij. ff. de vulga. & pupil. ad idem tex. in l. peto. §. fin. ff. de leg. ij. & in l. pater filium. §. Iulius Agrippa. & in l. Lucius. §. fi. ff. de lega. iij. & in l. si quis. §. certum. & ibi Bald. notat. C. de secund. nupt. per quem ita in specie decidit Soc. cons. cclij. Visis instrumentis. col. pen. in secunda parte. & Io. Firmaā in tract. suo de gabell. in iij. particula. viij. partis principalis. consi. ix. vbi vult statutum disponens de alienatione soluendi gabellam, locum etiam habere in legato & institutione hæredis, quod verum & clarum videtur in casu præsenti, in quo non solùm est data alienandi facultas simpliciter, sed etiam pro anima iudicandi, & quicquid decreuerit animus faciendi. Nam qui legat vel testatur in fauorem piæ causæ dicitur iudicare pro anima. c. j. §. donare. qual. olim pote. feud. alien. l. iij. ff. de testa. mil. & l. j. C. de sacr. sanc. eccles. vlterius facit, quia ille qui potest facere quicquid animus dictauerit, vtique eidem permissum esse dicitur extraneū hæredem instituere, vel cui placuerit legare. l. dictantibus. C. de testamē. Quamobrem ex hac facultate illud verbum, hæredibus, intelligentiam recipit, vt de quibuscunque intelligatur, cum vna pars testamenti per aliam declaretur. l. vtrum. ff. de peti. hære. ex sequētibus enim præcedentia declarantur. l. si seruus plurium. §. fi. ff. de legat. j. cum similib. Ex quibus concludendum videtur, quòd istud feudum sit absolutè hæreditarium. d. c. j. de feud. non hab. propr. natu. feu. & ita concludit Bald. in d. l. cum virum. & est communis opinio, vt dicit Cur. iunior in d. consi. j.

6 Non obstat si diceretur, † quòd licèt verbum, hæredibus quibuscūque, omnes hæredes etiam extraneos includere videatur propter adiunctum vniuersale verbum, quibuscūque, tamen debet intelligi de quibuscūque hęredibus habilibus ad succedēdum secundum naturam feudi, & non de extraneis inhabilibus, vt tenet Bal. in c. j. §. donare. col. j. qual. olim feud. pote. aliena. sequuntur Areti. & Soty. in d. l. Gallus. §. etiam. Alexan. consi. xxx. col. v. vers. octauo, lib. j. Barb. consi. xiij. col. xj. lib. j. & in rub. de feud. col. secunda. Corn. cōnsi. xvj. Aperta fronte. libro primo. Deci. consi. clxxxv. in causā istorum nobiliū. & in c. in præsentia. colum. xxij. de probatio. motus, quia vniuersalis dictio quādo potest aliquid operari, nusquam persona inhabilis censetur habilitata. l. ij. §. quod ait prætor. ff. qui satisd. cogantur. operari namque potest, quòd feudum transeat in descendentem fideicommissarium, in quem aliàs non transiret, vt notatur in l. si patroni. ff. ad Trebelliā. vel aliàs potest intelligi de descendentibus institutis in re certa, de quibus dubitatur, vel etiam intelligi potest de descendentibus legitimatis, qui aliàs nō sunt habiles successores. c. j. §. naturales. si de feud. fue. controuer. inter domi. & agna. vasal. respondetur enim quòd horum sententia nō potest procedere quando inuestitura fuit facta pro se, hæredibus, & quibus dederit, quia tunc esset cōtra textum in d. c. j. de feud. non hab. propr. natu. feud. quòd ipsi admittunt dicentes, maioris esse efficaciæ hæc verba, quibus dederis, quā verbum,

verbum,quibuſcunque,vt ſupra probaui.In
hac autem in feudatione appoſita ſunt illa
verba, habeantque poteſtatem vendendi,
alienandi etiam pro anima iudicādi,& quic-
quid animus dictauerit faciendi, quæ effica-
ciora & maioris ſunt virtutis,quàm verbum
quibuſcunque,vt ſupra probaui.ergo &c.

Præterea non crediderim quòd verbum,
quibuſcunque, vt ſupra probaui,reſtringa-
7 tur ad deſcendentes hęredes,† quia commu
nis eſt ſententia quod hoc verbo,quibuſcun
que,cenſentur comprehenſi hæredes extra-
nei.Bal.in l.j.conſil.xxxiiij.ff. de rerum diuiſ.
& in c.Imperialem.in primo.col.iiij. verſicu.
quid ſi conceſſum.de prohib. feud.alien.per
Federicum.Rom.& Alex.in l. etiam.ff.ſolut.
matrimonio.& in d.§. etiam ſi parente. & in
l.quędam.§.nihil.Et ibi etiam ſequitur Iaſ.ff.
de edend. Alexā.in l.quod dicitur. in vltima
cart.ff.de verb.obliga.& in d.l.ſi patroni.col.
penult.ff.ad Trebell.Iaſ.in l.ij. §.Prætor ait.
ff.qui ſatiſ.cog.& in l.ij.q.xiiij.ex gl.C.de iur.
emph.Andr. Barb. in l.cum acutiſſimi. cart.
lxx.C.de fideicōmiſ.Georg.Natta.in c.quā-
uis.col.lxxxvj.de pact.lib.6.Fely. in d. cap.in
præſentia.col.xj.& in c.quia.v.col.penult.de
iudic.Panor.in conſil.iij. nittan. in iij. dubio
libro ij. Socyn. ſibi contrarius conſil.xix. pro
deciſione.col.ij.vol.j.Curt. iunior in d. conſi.
j.ex quibus patet hanc eſſe communem, ſci
licet tantum operari verbū,quibuſcunque,
quantum verb.quibus dederis,& hanc com
munem.dicit idem Curt. in tract.feud.in vl-
tima q.iij.partis.

Non obſtant rationes aduerſantiū. Nam
8 prima ratio,† quòd verba generalia recipiāt
reſtrictionem de habilitate, verum in verbis
legis,vt euitetur iurium cōtrarietas, non ſic
in verbis contractuum & priuilegiorum,quę
intelligenda ſunt prout ſonant. Bal.in l.fina.
col.j.C.ſine cenſu,vel reliq.Bart.in l.j.§.nun-
tiatio.ff.de operis nou. nunt. & ibi Iaſ. ſic re-
ſpondet. Secunda ratio, quòd poſſunt ope-
rari tres effectus,ideo non cenſentur habili-
tati extranei,aliàs inhabiles,nec etiā eſt iuri-
dica,quia quò ad duos primos effectus Are.
9 & Soc.nō benè ſentiūt. † Nam feudum pro
ſe, & hæredibus ſimpliciter & abſque verbo
quibuſcunque,tranſit in deſcendentes fidei
commiſſarios, & in deſcendentes inſtitutos
in re certa. primum quòd ad fideicommiſ-
ſarios tranſeat firmat Ioan. And. in additio.
Specula.titul. de locato. in additio.incipien-
te, Quæſtio non eſt dubia. Paulus de Ca-
ſtro, & Alexand. in d.l.ſi patroni. vbi alias
auctoritates allegant.Alexand.conſi.xix.ſu-
per eo.col.ij. vol.v.Secundum verò quod in
inſtitutos in re certa trāſeat,probabo ſtatim.
Tertium quod ad deſcendentes legitima-
tos, nec etiam verum exiſtimo, quia cum
legitimati ſint inhabiles ex defectu perſonę.
d.§.naturales, neceſſe eſt quòd defectus ex-
primatur,& ſpecialiter remoueatur, ſecun-
dùm Iacobum Aluar.ibi. & vbi facta fuiſſet
mentio de defectu natalium, & eſſet legiti-
matus in ſpecie quantum ad ſuccedendum
in feudis,non tamen cenſeretur legitimatus
ad feuda dignitatū, vt eſt Marchiæ feudum.
c.j.de feud.Marchie.ita Bal.probat in l.eam,
quam. verſic. quæro, vtrum legitimatus ad
feuda.C.de fideicommiſ.ſequitur Bertrand.
conſil.cxij.viſis quibuſdam.lib.ij.ver.ſi perti-
naciter inſtetur. quod per dictionem, qui-
buſcunque,legitimati, cēſeantur habilitati,
eadē ratione, dicendum erit,quòd extranei
cenſentur habilitati, cum ea ſit vniuerſalis
dictionis natura, vniuerſalē habilitationem
inducere.l.j.C.de ſacr.ſanct.eccle. cum cōn-
cordantibus. Concludendum eſt igitur hoc
feudum abſolutè hæreditarium eſſe. quam-
obrem non poterit Illuſtriſ.Modernus.Sal.
Marchio vti beneficio dictæ primæ infeuda-
tionis,niſi probetur,quòd is ſit proximior ex
deſcendentibus, & hæres mediatus præfati
Alledrami,vt Dec.tradit in conſi.lxxviij.licèt
in cauſa.columna penultima.

Retenta igitur hac concluſione, iſtud feu
dum abſolutè hæreditarium fore, qualiter
probari poterit, quòd illuſtriſſimus Moder-
nus Salutiarum Marchio ſit hęres mediatus
Allodrami, iam annis ſupra quingentis de-
10 functi,† dico ſatis eſſe quòd probetur eū eſſe
hæredē in re certa.c.j.de ſucceſſ.feud.Aluar.
in c.j.§.& quid diximus.qui feud.dar.poſſ.&
in c.j.col.fin.an agnat.vel filius. Bart.in d.l.vt
iuſiurandi.§ ſi liberi.ff.de operis libert.Alex.
conſil.cxxv.Conſideratis.lib.j.Sed nunc alia
11 ſuboritur dubitatio. † quia in feudo hæredi
tario ſuccedunt fœminæ, vt probat Socyn.
conſil.cclxiij. viſis. in ſecunda parte. Corn.
conſi.xvj.Aperta fronte, vol.j.Curt.in tracta.
feud.in prima parte.quæſt.vj.colum. vij.& in
feudo franco & libero in quo nullū præſta-
tur ſeruitium,etiam fœminæ ſuccedunt.c.Si
cui militi.de capit.extr.Bal. in cap.j.§.& quia
vidimus.qui feud.dar.poſſ. Ro.cōſi. ccclxvij.
Circa primā. & ſingulari clxxviij. hodie fœ
minæ.Alex. conſil.xxix. Quoniā abundè. &

consi.seq.lib.j.dubitatur an huiusmodi feudum sit apertum illustrissimo domino Francisco Præfato Salutiarum moderno Marchioni. Ratio namque dubitandi ex prædictis colligitur.quia in hoc feudo fœminæ admittuntur. Sed ea ratione non obstante respondeo, præfatum illustrissi.D.F.March.vocatum esse (ex quo masculus & hæres Alledrami vt infra probatur) fęmina Paleologa exclusa est rationibus infrascriptis, pri-
12 mo,†quia extantibus masculis in feudis hæreditarijs,& francis fœminæ non succedunt. c.j.de eo,qui sibi & hær.masc.& fœmi. c.j.§.j. episc.vel abbat.c.j. de feud.fœm.& non solù extantibus masculis descendentibus ex linea masculina primi instituti, non solù fœminæ, sed & masculi ex fœmina descēdētes cēsent exclusi.c.j.de grad.succes. Roma.consil.j.& sic fœminæ vocatæ sunt ordine successiuo, & sic deficientibus masculis etiam ad feudum fœmineū.c.j. de benef. fœm. secundum communem intellectum approbatū per Iacob. Ardis. Iacob.de Beluisio. Ant. de Neapo. Aluarot. reiecta sententia glo. & Andr.de Isernia ibi, sic etiam ordine successiuo tantum vocantur ad feudum cōcessum pro se & hæredibus vtriusque sexus. Alexā. consi.viij.ponderatis.col.ij.vol.v.Ang. consi. xxxviij.Quidam,Ioan.Cuttius in d.tractatu in iij.parte versic. xvij. Quanto magis idem dicendum erit in feudo hæreditario inuestito pro se & hæredibus quibuscunque. Secūda est ratio.quia vbi aliàs fœminę de iure vel ex pacto admitterentur extantibus masculis,tamen stante consuetudine qua non succedunt masculis extantibus, quæ semper ab Alledramo vsque ad hæc tempora seruata extitit, in præsentiarum violanda non erit.
13 †eum consuetudo vnius familiæ habentis iurisdictionem iuri deroget.Io.And. in addi. Spec.in ti.de iustr.edit.§.compendiosè ver. sed nunquid dicemus.Angel.& Imol.in l.iij. ff.de testamen.Nam sicut valet consuetudo quòd fœmina succedat extantibus masculis,quæ aliàs non succederet de iure, d.§.& quia diximus. Ita valet vt non succedat, vbi aliàs succederet.comprobat Aluar.in d.§.& quia diximus.Bal.consi.cxliij. Quod pro regula.col.ij.lib.j.Curt.in d.tractatu.in iij. parte ver.octauo fallit regula. Tertia etiam ra-
14 tione confirmatur,†quia Violantida vltima fœmina,ex descendentibus liberis Alledrami progenita,fuit à Marchionatu & hæreditate exclusa à Ioanne eius fratre, & sic inde ipsa & descendentes ab ea remanent semper perpetuoque de iure exclusi. c.j.§. quinetiam Episcopum, vel Abba. in vtib. feud. secundum verum & communem intellectum, quem sequuntur Andr. de Iser. Bald. Aluar.& Card.Alexan. ibi reiecta opinione Mart.Laudensis & Iacob. de Beluiso volentium,quòd mortuo masculo succedere possit fœmina.sed horum sententiam spernunt communiter alij, & eam damnant sequētes communem.Calder.consi.iij.sub rubric.de feud.Petr.de Anch.consi.ccxxj.Hæc quæstio vulgaris.Raph. Comen.consi.xcix.Quædam possessio.Raph. Fulg.consi. xij. Ad id quod queritur.Paul.de Castr.consi.ccxxv. Visa suprascripta.Alexan.in d. consi.xxviij. lib.j. sed retenta hac sententia quòd feudum huius Montisferrati Marchię sit absolutè hæreditarium. videtur quod hoc casu Io. Vltimus ex descendentibus Alledrami & Gulielmi, Montisferrati Marchio, potuerit hæredes instituere violantidam sororē, & eius filios, & sic omnia in fauorem illustriss. M. Saluc. hactenus adducta cessare habeāt, quapropter non sic absolute crediderim hanc dignitatem hæreditariā fore,nec sic Alledramo absolute facultatem de ea testandi datam, ad quod demonstrandū singula interuenientia concessionis per Ottonem tunc Rom.Imperatorem concessa diligenter inspicienda veniunt,cùm priuilegij tenor,is sit, qui priuilegio legem dat.c.porrò.de priuil.

Franciscus de Eccles. V.I.D.
March.Consiliarius.

Argumentum.

Legatum vsusfructus factum vxori per virum,an,& quando præstari debeat in domo vel extra domum per hæredes viri, & quando vxor dicatur in domo viri commodè habitare non posse, & ad quem spectet onus hoc probādi,& fructus pendentes in bonis dotalibus,an spectent ad vxorem, vel ad hæredes mariti.

SVMMARIVM.

1 *Verba, Casu quo, conditionem importat.*
2 *Testator dum uxorem alimentari in domo mandat, id hæredis fauore facere tenetur, nec extra domū hæres præstare tenetur, nisi per eum stet quo minus legataria in domo cum eo habitare possit.*
3 *Probandi onus quòd legataria in domo cum hæredibus habitare non possit, ipsi legatariæ incumbit.*

Non

4 *Non posse dicitur, quod honeste non potest.*
5 *Actue existentia quod operatur, idem agit sola eiusdem actus suspicio.*
6 *Bellū quod actualiter fit, uel sola belli suspicio, paria sunt, ad hoc ut pēsionis remissio ob cām belli fiat.*
7 *Legatum alimentorum aut usufructus extra domū, casu quo mulier in domo stare non posit, debetur, si in domo honeste aut citra honestatis sinistram suspicionem stare non posit.*
8 *Legatum factum nouercæ in testatoris domo debetur etiam extra domum, quando adest priuignus iuuenis propter pudicitia suspicionem.*
9 *Priuigni nouercæ respectu dicuntur extranei.*
10 *Mulier filio existente hærede alimenta in domo mariti percipere cogitur, secus si extraneus.*
11 *Honestatis sola sinistra suspicio operatur, ut mulier non posse in domo mariti agere dicatur.*
12 *Probari per iuramentum possunt, ea quæ in animo consistunt.*
13 *Maiori parti in administratoribus statur.*
14 *Probatio liquidissima dicitur iuris præsumptio.*
15 *Soluto matrimonio hæredes mariti fructus dotis pro rata anni quo durauit matrimonium, & maritus onera matrimonij sustinuit, percipere debent.*
16 *Pupilli diuisionem petere possunt: si diuisio pupillis ipsis utilis futura sit.*

CONSILIVM XLI.



Diuino præsidio ex corde postulato N. Catalinus Gastaudi ciuis Salutiarū anno 1545. & die vj. Septēb. legauit Nobili Mariæ eius vxori casu quo nō posset stare, nec habitare cū suis hæredibus vsumfructum. x. Iornatarum campi, & habitationem in domo ipsius testatoris cum vsufructu apothecæ ipsius domus, eius vita durante viuendo vidualiter, & honeste. mortuo viro dicta Maria se retraxit in domum sui fratris grauida, & cum vno filio iam nato annorum duorum, idque exegit ex consilio tutorum liberorum testatoris ex primo, & secundo matrimonio, consentiente etiam vno filio maiore annorum xiiij. ex primo matrimonio. modo D. Bartholomęus Gastaudi filius dicti Catalionis ex prima vxore, qui tempore testamenti Romæ degebat, in patriam redijt, & vult domum tenere cū familia, & alimenta nouercæ præstare in domo, nec vult legatū vsusfructus extra domū præstare, quæritur quid iuris. Videretur dicendū prima fronte q̄ à verbis legati recedi non debeat, & q̄ legatū vsusfructus extra domū præstari nō debeat, quia testator legatū illud fecit casu, quo in domo vxor cū hæredi-
1 bus habitare non posset, quæ verba, † casu quo, important conditionē, & perinde est ac si dixisset testator, si habitare non possit, ex quo illa verba respiciunt futurum euentum, iuxta l. Respiciendum. cum l. seq. ff. si cer. pet. & in terminis de illis verbis tradit Bal. in consil. ccxlj. Casus talis est, videlicet a lib. j. Corn. consi. xiiij. col. j. & consi. xcvj. col. ij. in fine lib. j. in consi. clxxxviij. col. ij. post medium versi. Ista enim verba, lib. ij. & consi. cxliij. col. j. lib. iij. Guid. Pap. q. xv. col. j. Ideò ante, quàm legatū vsusfructus debeatur extra domū, debet purificari & impleri cōditio, q̄ vxor legataria cū hæredibus stare & habitare non possit. l. cedere diem. ff. de verb. signi. cum simi. testator enim censetur minus voluisse grauare heredem, quàm sit possibile. l. vnū ex familia. §. si rem. l. Titia cum testamento. §. qui intuta. ff. de leg. ij. l. nummis. ff. de leg. iij. cum simi. Sed minus onerosum est hæredi præstare alimē-
2 ta in domo, quàm extra domum. † ideò quādo testator mandat vxorem alimentari in domo censetur id facere fauore hæredis, nec tenetur hæres extra domum præstare, nisi stet per eum, quominus legataria in domo cum eo possit habitare. l. Gaio. §. fin. vbi Bart. ff. de alimē. & ciba. legat. & idem Bart. consi. ccxj. in tertio dubio. Bal. in consi. cccclxxxiiij. Casus talis est, quidā Simon. lib. iiij. Paul. de Cast. in consi. clxvij. Considerādum est. lib. j. Alexand. consi. c. lib. j. & consi. iij. lib. iiij. Cor-
3 nel. consi. cccxviij. in fine lib. iij. † & onus probandi quòd legataria in domo cum hæredibus habitare non possit, incumbit ipsi legatario. vt in terminis tradit Anchar. in consi. ccliij. super primo quæsito non multum insistendum videtur, vbi consuluit mulieri, q̄ sit bene præparata ante, quàm fingot cum hæredibus, ne deficiat in probationibus, quia difficile est probare culpam hæredum. Et illud consilium Ancha. refert, & sequitur Ias. in l. Diuortio. in j. colū. vij. ff. solut. matrimonio. & quòd onus probandi incumbat mulieri, tradit Alexand. in d. consi. c. lib. j. sed ista vidua bon videtur posse allegare aliquā causam, cur cum hęredibus mariti stare non possit, cum nunc tantum inceperit domum erigere præfatus D. Bartholomæus, quo cū minime habitauit, ideo non entis nulla sunt qualitates. l. iij. ff. de vsufruc. cum similibus.

potest nouerca à priuignis recedere, propter sinistram suspicionem euitandam, & nihilominus consequitur legatum. Et tamen in casu nostro testator non apposuit istam conditionem, si à priuignis nō discesserit, sed solum casu quo in domo cum hæredibus stare non posset, & sic in casu nostro verba sonant in libertatem recedendi à priuignis, in casu autem Bal. sonant in vinculum, & obligationem standi cum priuignis. Si stante ergo vinculo potest nouerca discedere, quanto fortius vbi verba sonant in libertatē? Idem voluit Bal. in auth. quod locum ante finem. C. si secund. nupś. mul. vbi dicit, quòd nouerca non cogitur manere cum priuignis ob id, quòd debentur ei alimenta extra domum, etiam alia ratione quàm timoris pudicitię, id est, quia sit odium naturale inter nouercas & priuignos, allegat. Iac. de Are. in l. pen. vbi pupil. educ. deb. vbi etiam notat. Bart. & Bal. refert, & sequitur Ias. in d. l. diuortio. in j. col. vij. ff. solut. matrimon.

Septimò ex alio dico quòd vidua hæc habet iustam causam recedendi à domo mariti, licèt fuerit legatū factum, casu quo in domo habitare non posset, quia vult seorsum habitare cum filijs suis, priuignis relictis, ex eo quod scribit Io. de Ana. in consil. liiij. vbi dicit quòd iusta causa nō standi in domo mariti est, quòd maritus instituit extraneos, & mulier vult seorsum habitare cum filijs suis,

9 † sed priuigni dicuntur extranei respectu nouercæ. ergo. &c.

Octauò pro hac opinione adduco Specul. in tit. qui filij sint legit. num. 30. vbi dicit,

10 † quòd vxor cogitur percipere alimenta in domo mariti quando filius est hęres. postea subdit, quòd siue filius siue alius sit hæres, non cogitur in domo percipere, quando honestè aut sine contentione percipere non potest, pondero quod primo loco solum dicit eam cogendam in domo percipere, quando filius est hæres. ergo videtur velle, quòd vbi extraneus est hæres, non cogatur in domo percipere, aliàs nulla esset differentia, an filius sit hæres, vel extraneus, quia etiam vbi filius est hęres, non cogitur cum eo in domo stare, quando ex causa non posset, puta propter cōtentionem & rixas. Vt ergo sit aliqua differentia, quando filius est hęres, & quando extraneus, quam differentiam voluit Specul. constituere. dicendum est quòd vbi extraneus est hæres domum Mariti habitans, indistinctè non cogatur vidua cum extraneo habitare, quasi cum extraneo non commodè aut honestè possit habitare.

11 Nonò considero, quòd omnes doctores in hac materia conueniunt, quòd sola sinistra suspicio honestatis dicitur causa sufficiens, cur dicatur mulier non posse in domo mariti habitare. ita solā suspicionem adducit Bald. in l. j. col. ij. circa medium versicu. Sed dubitatur, quid si neuter. C. de lega. in d. l. si ea. C. de cōdi. insert. Aret. in d. §. fuerat. nu. 6. Inst. de act. Modò ista suspicio consistit in animo, timor enim & suspicio passiones sūt

12 animi. † sed ea quæ in animo consistunt videntur probari posse per iuramentum iuxta glos. & docto. in §. sed istæ. Inst. de act. vbi latè moder. ob id standum videretur iuramento ipsius nouercę, quòd viticum suspectum habeat, quod maxime obtinet. quia suspicio eiusmodi oriri solet ex varijs causis, quæ nec in publico committi solent, nec explicari honestè possunt.

Decimò facit in fauorē viduæ, quòd mortuo viro statim à domo recessit ex consilio, & consensu tutorum, & duorum liberorum defuncti mariti ex prima vxore, qui ipsi eidem viduæ constituerunt certum reditum in alimenta loco derelicti vsusfructus. Et licèt nunc dominus Bartholomæus contradicat, non videtur de eo curandum postquam

13 maior pars in vnum consensit, † quia etiam in pluribus administratoribus statur maiori parti, vt habetur in l. iij. §. final. ff. de adm. tut. & declarat Bar. in l. quod maior. ff. ad municip. quod maximè procedit, quia ita dicitur expedire liberis minoribus vtriusque matrimonij, licèt domino Bartholomæo aliud visum sit, plurium enim sententia debet præualere. c. si transitus. lxxix. dist. quod autem semel placuit, amplius displicere non potest. regula, quod semel. de reg. iur. lib. vj.

Ex præmissis apparent sublata quæ supra in contrariū adducta sunt. Nam fateor quòd legatum vsusfructus non debetur extra domum, vbi vxor cum hæredibus mariti stare potest. Sed dico quòd in casu isto stare non potest, quia honestè stare non posset & sine sinistra suspicione pudicitiæ. Et inquantū dicitur, quòd onus probandi negatiuam incumbit vxori, quòd honestè stare non possit, fateor, sed dico quòd probatio vxoris est sufficiens, & euidens per iuris præsumptionem ex eo quòd ipsa vidua sit forma laudarissima & amabili, in virenti ætate, & hæres priuignus in calidą ac feruēti iuuenta, adeò quòd

iuris præsumptione non tuto simul possent cohabitare, & sine sinistra hominum suspicione, vt supra ostendimus per rationes naturales & efficaces, ac per decisionem in terminis. Et sic probat vidua eius negatiuã, q̃ agere non possit in domo hæredũ per iuris præ-
14 sumptionẽ, quæ † dicitur probatio liquidissima. l. licèt Imper. cũ ibi latè not. ff. de leg. primo. latè moderni in rubr. extra de probat.
15 Secundò principaliter dubitatur, † quia maritus decessit in mense Decembris collecto iam grano, & vuis pendentibus, an hæredes mariti lucrari debeant fructus bonorum dotalium consistentium in prędijs? Ad istud respondeo, quòd inspici debet tempus contracti matrimonij, & traditionis ipsorum bonorum, quia hęredes mariti lucrantur fructus pro rata anni, qua durauit matrimoniũ, & sustinuit maritus onera matrimonij. verbi gratia, contractũ est matrimoniũ, & tradita dos in mẽse Maij, & sic onera matrimonij sustinuit maritus ꝑ tertia parte vltimi anni, diuidi debent fructus vltimi anni in tres partes, & tertiam partem percipient hæredes. l. de diuisione. vbi late scribentes. ff. solut. matrimonio. Ideo videndum est de tempore contracti matrimonij, & traditionis bonorum dotalium. & præmissa procedunt tam in fructibus perceptis, quàm pendentibus de tempore soluti matrimonij. & hic considerandum est, quòd si ante traditionem bonorum dotalium mulier illa colere faciebat suis sumptibus, quòd tales sumptus detrahi possunt de fructibus istius vltimi anni. iuxta l. fructus. ff. solut. matrimonio.
16 Tertiò dubitatur, † an pro liberis pupillis dictæ viduę peti possit diuisio bonorum communiũ cum liberis prioris matrimonij? Breuiter si verũ sit quod ponitur in facto, id est, quòd ista diuisio sit futura vtilis ipsis pupillis, & doceatur de tali vtilitate, puto diuisionem peti posse, nam licèt minor prouocari non possit ad diuisionem regulariter. l. si pupillorum. ff. de reb. eor. hoc tamen non procedit quãdo expedit pupillo diuisionem fieri. glo. & Bar. in l. iubemus nulli. C. de sac. san. eccl. cũ similibus, vt per Alex. in consil. vij. in fine lib. v. vtilitas autem non breuis proponitur, quia D. Bartholo. vult domũ tenere eum sumptu non modico, viuendo de bonis communibus, planè si pupilli eorum reditus separatos habeant, vectigal magnum in parsimonia consequentur. Laus Deo.

Aymo Crauetta.

Argumentum.

An & quando communitas teneatur resarcire particularibus damna eis illata per milites, eo quia non fuissent paritum præceptis & comminationibus communitatis.

SVMMARIVM.

1 *Damnum quod culpa tertij obuenit, illud tertius à damnum passo resarcire tenetur.*
2 *Captus pro represalijs ob alterius factum, ab illo quicquid impenderit, non habita rõne, an represaliæ iustè, uel iniustè concessæ fuerint, repetere põt. nu 9.*
3 *Princeps congrua stipendia militibus constituere debet, quibus sumptus sibi comparare possint, & non à subditis erogare.*
4 *Vniuersitas ad onera uel damna singulorum ferenda non tenetur, nec ualet statutum in contrarium.*
5 *Singulares personæ pro uniuersitatis causa neque grauari neque adstringi possunt.*
6 *Parẽdũ nõ est ei qui suę cõmissionis terminos excedit.*
7 *Communitati non parenti ei cui parere nõ tenebatur, nulla mora neque culpa adscribi potest.*
8 *Damnum quod quis sua culpa sentit, sibi ipsi non alijs imputetur.*
10 *Rex si Comitẽ ad seruiendũ indebitè cogat, nõ ob hoc Comes subfeudatariũ suũ iniustè cõpellere debet.*
11 *Protestatio tacita ratihabitionis præsumptionem excludit.*

CONSIL. XLII.



IN nomine Iesu, bellorum clades, qbus pręclara hęc Subalpina regio tot annis infœliciter prẽmitur, & cõcutitur, hoc efficiunt vt nõ modò grauia in dies onera damnaq; populis ingerant, sed ẽt varias inter eos hoĩesq; controuersias. Qualis est nuper exorta inter vniuersitatem loci Rochourani ex vna, & Gulielmum Vesconttum cæterosq; particulares eiusdem loci ex altera. In qua consultus dicere quid iuris, cũ summariè definiẽda sit per magnificũ & generosum dominũ Ioan. Bartholomæũ Scarampũ nunc dicti loci capitaneũ, illiusq; ac Cairi condominũ, paucis agam pro materiæ qualitate, quę latiorẽ deposceret indaginẽ, videretur enim prima consideratione dicendum vniuersitatem prædictam de iure teneri

neri damna dictis particularibus illata per Salcedum militem, eiusque complices resarcire multiplici ratione. Primò quia notoriũ est Salcedum illũ Cæsarea auctoritate præfectum fuisse custodiæ, & fornicationi arcis Curtis millij, per quod cẽsetur illi omnia fuisse concessa, sine quibus munus sibi creditũ exequi nõ posset. l. ij. ff. de iur. om. iud. c. Preterea. de offic. deleg. & l. refectionis. vbi Florianus notat. ff. communia prædio. tam vrban. quàm rusticor. & omnia quibus meliùs explicandum foret. l. Quintus Mutius. ff. de seru. rustic. præd. & qui Salcedus pro tali (vt præsupponitur) se gessit, ac habitus, & reputatus communiter fuit, tàm à dominis loci prædicti, quàm à dominis, & vniuersitatibus aliorum locorum circũuicinorum, ideoque rectè infertur præcepto eiusdem Salcedi facto communitati dicti loci Rochourani de contribuendo in expensis custodiæ & fortificationis præmissę, debuisse per ipsam communitatem obtemperari, quia quod præcipitur imperatur, & quod imperatur, necesse est fieri. c. quisquis. xiiij. q. j. & l. Nõ videtur. §. qui iussu. cum ibi notatis. ff. de reg. iur. Planè cum id non fecerint, propterea bona ipsorũ particularium per dictum Salcedũ, vel pro eo agentes capta, & ablata fuerunt rectè, & infertur illos iure posse à dicta cõmunitate repetere, quicquid ab eis ereptũ extitit: Iuxta notata per Bar. in l. iiij. §. actor. versi. Quæro, an pro tali debito. ff. de re iud. ac Bal. in l. j. §. qbus. ff. quod cuiusq; vniuer. nom. & in l. cer. col. penult. C. de execut. rei iud. facit ratio tituli. C. sumpt. iniunct. mun. libr. xj. in l. vnic.

Secundò comprobatur, quia licèt regulariter damnum casu fortuito contingens in rebus alicuius, non teneatur alius illi resarcire. l. cõtractus. in fine. ff. de regul. iur. l. dam-
1 num. C. locati. † tamen si interfuit culpa, ille tenetur interesse damnum passo præstare. l. si vt certo. §. quod vero. & §. interdum. l. in rebus. in princip. versi. alioquin. ff. commod. & l. j. C. eo. l. si nulla culpa. à contrario sensu. C. de pign. actio. & notatur in l. quæ fortuitis. C. de pignor. & in §. item is. Inst. quib. mod. re contrah. obl. facit text. notabilis in l. ij. C. de naut. fœn. l. qui officij. §. finali. ff. de contra. empt. quas leges Roma. dicit se octo ducatis vendidisset singulari 435. Tu scis, quòd si quis. At cum dictus Salcedus præceptum emiserit contra communitatem prædictam, quatenus cõtribuere deberet in victualibus militum degentium in arce prędicta Curtis millij, cũ cõminatione, quòd aliàs homines ipsius loci Rochę & eorum bona deducerentur in prædam, prout latiùs in ipso precepto, non parendo igitur vtique fuit in culpa ipsa communitas cuius pretextu tenetur ad damnũ dictis particularibus illatũ per præallegata. quia mora communitatis damno causam dedit, ideoq; damnum illud cẽsetur ipsa dedisse, vulgata. l. q occidit. §. si. ff. ad leg. Aquil. & mora dictæ communitatis sibi, & non alteri debet esse nociua. c. Mora. de reg. iuris, in vj. quod maximè procedit, attenta comminatione, de qua supra. Et quia communitatem non latebat Salcedum solitum fuisse minas executioni demandare. cum id omnibus perspicuum esset, nã ex his sequitur morã communitatis fuisse causam proximam dãni illati dictis particularibus, quo casu propriè regula illa procedit, quod qui causam damni dat, &c. vt glos. not. in c. studeat. 50. disti. & sic damnum censetur culpa ipsius communitatis processisse, ideo illi debet imputari. c. significasti, cum ibi notatis, de homic. & Abb. tradit in c. sicut, eod. tit.

Tertiò accedit, quod dato, quòd etiam cõmunitas de iure non teneretur dicto Salcedo parere, & cõtribuere, tamen postquàm dicti particulares ob contrauentionem communitatis damnũ passi fuerunt, illud ab ea repetere possũt. l. nam & Seruius. ff. de neg. gest. cũ ibi notatis per Angel. & doct. ac per Bar. in l. ij. §. fin. in fine. ff. de verb. oblig. dicen-
2 tẽ, † quòd captus pro repræsalijs ob factum alterius repetere potest ab illo quicquid ipse prestitit, non habita ratione, an fuerint represalię iustè concessę. Et licèt Bart. ibi non firmet, tamen ita concludit in tract. repræsaliarum j. q. x. quæstionis principalis. & sequitur Alex. post alios in d. §. fin. & in l. iij. §. fi. ff. de condictio. ob caus. dat. caus. non seq. & consi. xlix. maturè ponderatis. ij. col. j. part. & cõs. cxlvij. col. j. lib. v. ac alibi sępè. & etiã Abb. cõsi. xxj. in quem quę ad præsens. ij. vol. quod etiam cõprobat Rippa in tractatu de peste, parte col. xj. in fine versic. Secunda resartio. & col. seq. referens Corn. peru s. consi. penul. & licèt diffusè. col. iij. in iiij. parte, notabil. in proposito dicentẽ, quòd talis contrauentio seu factum communitatis pro culpa habetur, etiam si illa culpa careat. pro quo est textus in l. si merces. §. culpæ. ff. locati. & ibi Bar. exemplificat, ac latiùs in l. Cotẽ ferro. §. qui maxim. col. iij. versicul. ad vnum tamen. ff. de public. cum multis concordantibus.

Quartò

Quartò vrget aliud, quia præsupponitur dictam communitatem nonnulla ex bonis istorum vel aliorum particularium dicti loci Rochouerani redemisse, & cõsequẽter partẽ dicto Salcedo satisfecisse, per quod censetur totum debitum erga illum agnouisse ratumque habuisse. l. sed Iulianus. §. fin. vers. hôc amplius. ff. ad maced. & l. si cui res, & ibi not. Bar. ff. de leg. ij. ac Dec. in simili tradit cõsil. dcviij. In casu proposito. col. ij. & Socy. cõs. xxxvij. Quidam Nicolaus. col. pen. iiij. parte, quó præsupposito attento cessat difficultas, an præceptum de quo. s. iustum esset, & an communitas dicto Salcedo parere teneretur, ac indubitata videretur cõclusio, de qua dixi in argumen. præcedenti.

Quintò suadet hæc naturalis æquitas, vt inter oppidanos ipsius loci Rochæ seruetur æqualitas in huiusmodi damnis ferẽdis. arg. l. illam. cum authentica seq. ibi, Ad iustitiam æqualitatis redacta. C. de collation. ibi enim æquitas est vbi æqualitas, vt Bald. inquit in rubr. C. de rerum permut. circa principium. & æquitate suadente recedi potest à regulis iuris. regul. Secundum naturam. ff. de regu. iur. glos. in Authen. vt fine proh. mat. deb. in principio. in verbo, existimemus. col. vij. quã ad hoc notat Ripa in l. admonendi. col. xj. ff. de iureiuran. ac latè Dec. tradit in l. in omnibus quidem. col. j. de regu. iur. Suadetur autẽ huiusmodi æquitas iure naturali, secundum quod tenetur quisque proximum adiuuare, vt glo. notat in §. iuris præcepta. in verbo, ius suum. Insti. de iust. & iur. ac latius Aluar. in c. j. in princip. col. iij. de noua form. fidel. facit l. seruus ea lege. in fi. ff. de ser. expor. ibi, Hominis hominem beneficio affici interest, nõ enim cæteri homines dicti loci Rochæ grauari dicentur, si particularibus agentibus contribuere cogantur, cum illi pari casu pares vices reddere compellantur, per regulã, quod quisque iur. ideoque locum habet ratio legis de fideicommisso. C. de transact. & l. si pater. C. de inoff. testamento.

Prædictis tamen omnibus non obstantibus contrariũ de iure verius, ac probabilius esse arbitror, ad quod perspicuè demonstrãdum pro cõstanti, præmitto in primis, quòd nullo iure tenebatur communitas ad contributionem per dictum Salcedum postulatã, nec per consequens eius præcepto parere.

3 † tum quia subditi victum militibus non tenentur ministrare, sed à principe debeant illis congrua stipendia constitui, quibus sumptus valeant sibi comparare, ne dum sumptus quærant idoneos, cessarent militare. xxiij. q. iij. c. qđ verò. l. annonas. C. de erog. mil. anno. lib. xij. vbi Io. de Platea. & Luc. de Pen. notatur in l. fi. C. de re mili. eo. lib. tradunt gl. & Doct. in l. neminem. C. de sacrosanc. eccl. Tum etiam licèt aliqua ratione potuisset superior subditos ad id astringere, & in subsidium, secundum Bal. Salic. & reliquos in d. l. neminem. ac Abb. in c. sicut. ij. col. pen. de iureiurando. tamen constare debuisset de ipsius superioris decreto & commissione facta dicto Salcedo, aliàs potuit impunè illi non pareri. l. vnica. C. de mand. prin. & Bart. notat in l. prohibitum. C. de iur. fisc. lib. xj. ac etiam quia dato quòd etiã potestas cõcessa fuisset cogendi homines vel subditos ad militum alimentationẽ, tamen intelligeretur de subditis hominibus castri, seu loci Curtis millij, cui præfectus fuerat, non autem de exteris, vt de communitate, & hominibus Rochæ, qui iurisdictioni vel imperio Curtis millij nõ subijciebantur. l. fin. cum ibi notatis. C. de iurisdict. om. iudi. & quamuis etiam vicini alterius prouinciæ cogi possint, annonam ad locum, in quo milites degunt, pro illorum vsu & necessitate deferre vel trãsmittere, secundum Ang. in l. pro locis. C. de anno. & tributis. lib. x. per l. ij. C. de offic. præfect. afric. facit l. i. C. vt nemi liceat ab empt. spec. se excus. lib. x. tamen illud verũ est pluribus cõcurrentibus, scilicet vrgente necessitate, & ex decreto ducis belli, ac mediante solutione prætii sui valoris annonæ, vt ex dictis Ang. clarè deprehenditur, quę omnia cessabant in casu præcepti facti, de quo supra. ergo &c.

Secundò præmitto veram & indubitatam

4 conclusionem iuris esse, † quòd vniuersitas nõ tenetur ad onera, vel damna singulorum ferenda, sed ad ea tantum, quæ necessariò ipsam vniuersitatem concernunt, quilibet autem singulorum suam sarcinam pati debet. l. ii. §. i. versicul. æquissimum. & seq. ff. ad leg. Rhod. de iact. notat Ang. in l. iiii. ff. de re iud. Innoc. in c. grauis. de sent. excom. & Spec. in tit. de sent. §. sequitur. versic. Quid si vniuersitas refert, & sequitur Gem. consil. xvj. Quia prædicti. col. i. in fine. hinc glos. in §. Quia verò contigit. versic. super hoc. in verbo, vicis. in Authẽ. vt nul. iud. col. ix. infert contra potestatem punientẽ communitatem seu vniuersitatem pro facto alicuius particularis. quam glo. dicit Bal. sing. in c. dilectis. col. fin. de appel. & eã Ias. allegat in l. si quis in suo. §. i.

circa

circa princip. versicu. Ad istam regulam. C. de inoffic.testam. Quinimo non valet statutum quòd vniuersitas pro facto singulorum teneatur. iuxta notata per Bal. in authẽtica. & omninò. colum.iij. C. ne vxor pro marito. cum alijs adductis per Ias. in d.§.j. versic. facit vj. & Alexan. in l. Cornelia. col.ij. ff. de vulg. &
5 pupil. sic & econtra † singulares personę grauari vel astringi non possunt pro causa vniuersitatis, secundũ glo. in l.ij. C. quæ sit long. consuet. quam sequitur Abb. in c. cum omnes. col.iiij. de constit. per Bar. in l. quod maior. ff. ad munici. quia aliud sunt singuli, &c. l. sicut. ff. quod cuiusque vniuer. nom. & l. sed si. §. manumittitur. ff. de in ius vocand. nec etiam valeret hoc casu statutum contra particulares, vt Alex. firmat in d.l.iiij. in j. col. fin. ff. de re iud. sed fortius dicendum est, quòd etiam si communitas vellet onus & causam particularium assumere, damnumque illis resarcire, nõ posset id iure facere, quia illud esset bona reipublicæ per indirectum donare, quod ipsius reipublicę administratoribus non permittitur. l. Ambitiosa. & ibi Bar. col. ij. ff. de decre. ab ordine faciend. & idem in l. j. §. quod si nemo. versic. Nota quod. ff. quod cuius. vniu. nom. & in l. j. col.v. versic. quæro hic. C. de mul. & in quo loc. libr.x. pluraque circa istud adduci possent, quæ omitto, cum non simus in his terminis. His igitur præmissis, clarè infertur nullum ius, nullamq; actionem dictis particularibus contra vniuersitatem competere, vt illis damna resarciat. Sed quia ex his argumenta in oppositum adducta non videntur eneruari, ideo sigillatim illis respondebitur.

Ad primum igitur argumentum, quòd cum fuerit Salcedus præfectus custodiæ arcis, censetur sibi omnia fuisset concessa sine quibus &c. Et consequenter illi per communitatem Rochę parendum fuit, respondetur quòd cogere subditos ad contributionem, non erat de necessario consecutiuis ad commissionem custodiæ, & defensionis castri Curtis millij, quia impensa dictæ custodiæ, & alimentationis militum spectat superiori & non subditis, vt supra dixi. Et per hoc radix argumenti conuellitur. Et licèt ex causa subditi potuissent ad contribuendum compelli, iuxta notata in pręallegata l. neminem. debuisset tamen de illa causa constare, argumẽto l. si fortem. cum ibi notatis per Bar. ff. de castr. pecul. nec præsumeretur causa talis in ipso Salcedo ministro, quamuis in Cæsare committente secùs esset, vt Bal. tradit in l. si testamẽto. C. de testam. relatus per Dec. consil. dlxxix. in præsenti causa. penult. colũ. Præterea talis potestas compellendi vel aggrauandi subditos, est de reseruatis principi, quia competit ratione supremæ potestatis. Et quæ sint regalia tradit Alexan. consil. cxlv. Quoniam abundè in primo, secunda parte. Ideo in simplici vel generali commissione dicto Salcedo facta non comprehenderetur. c. nisi specialis. de offic. legat. Et hoc casu limitatur Regula d.l.ij. ff. de iurisd. om. iud. in oppositum adducta, vt ibi Ias. scribit colũ. ij. versic. v. limita. & in terminis Bald. tradit in l. cũ multa. C. de bon. quæ libe. & sequit Alex. cons. cxlv. Quinimò. & regul. d.l.ij. limitatur in his quæ sunt maiora expressis. l.iij. Bart. ibi col.ij. versi. dices tu. quem doct. communiter sequuntur. Ideo commissio dicto Salcedo facta non erat vt subditos posset aggrauare, minusque nõ subditos Curtis millij, vt Cõmunitatem, & homines Rochæueranæ. d.l. fin. de iur. omni. iudic. c. vt animarum. in fine.
6 de constit. in vj. † Vnde cum sit potestatis & commissionis suæ terminos excederet, præcipiendo ipsi communitati contribuere, sequitur quòd non tenebatur eadem communitas illi parere. Dec. cons. lxxij. Viso puncto. col.ij. circa medium, imò sibi licuisset ei de facto resistere. l. prohibitum. C. de iure fisci. lib. x. notat Abb. ac plenius Fel. & Dec. in cap. si quando. co.ij. de offic. deleg. post Bal. & Pau. de Castr. in l. vt vim. vbi latissime repetentes. ff. de iust. & iur. & ex his responsio colligitur ad notata per Bar. in d.l.iiij. §. actor. de re iud. quia ibi is pro quo alius fuit exactus tenebatur, quod non cadit in casu isto.

Secundum verò argumentum, scilicet quod culpa communitatis præcessit, dam-
7 noque causam præstitit, facile tollitur, † quia dicta communitas nullatenus dicto Salcedo contribuere vel parere teneretur, vt prædixi, nulla potuit vel potest culpa, vel mora sibi ascribi. l. lecta. versic. sed cũ fortis. ff. si cert. pet. l. nudam. cum glo. C. de contrah. & commit. stipul. cum alijs adductis per Dec. consi. cxix. col.iij. regula autem illa, qui causam dãni dat, &c. tunc demum procedit, quando ex culpa suo damno causa præbetur. & quia dabat operam rei illicitæ, ideoq; damnum successit. nam tunc proinde tenetur ac si damnum dedisset, sed si dabat operam rei licitæ, & consequenter non fuit in culpa, licèt inde sequatur damnum, non tamen ad illud tenetur.

tur.vt notanter explicat glos.quam doct. ibi communiter probant in l.sicut.in verbo,de derunt.de test.& Aret.clarius tradit in l.ij.§. item si in facto.col.ij.circa finem.ff. de verb. oblig.& hoc etiam & infrà dicenda responsione ad tertium argumentum corroborabitur.Illud autem certum est,quòd communitas detrectando contributionem quam Salcedus indebitè intédebat extorquere,dabat operā rei licitæ,& à iure permissæ, cum sibi licuisset etiam de facto resistere.vt suprà dixi,nec enim tenebatur communitas iactādo suum indebitum præstare iuribus vulgaribus.Sed fortiùs dico,quòd imò particulariū agentium & non communitatis culpa præcessit,quia notum eis fuit ac toti populo Rochæ, Salcedi præceptum cum comminatio-
8 ne in eo adiecta, † & consequenter casum præuiderunt, ideò imputandum est illis, si casum non præcauerunt, sed se & sua periculo maluerunt exponere, per reg.damnū. de reg.iur.in vj.debuerunt enim cogitare illum casum euenire posse. l. si quis domū. §. penult. iuncto præced.ff. locati. Ideò nihil repetere possunt.l. item quæritur. §. si quis seruū.& l. Videamus.§.j. eo.tit. notat Innoc. in c. sicut.de iure iur.quem refert.pract.Pap. in forma libelli quo agitur ad reuoc. sent. in verbo contra iuramentum. versi. sed contra illud.facit text.notabilis in §. publicorum in Auth.de mand.princ. col.iij.& quod Bal.notat in l. si ea. col.fin.C.de vsur.ac alibi sæpè.& idem est si neque communitas neque ipsi particulares in culpa fuerint,vt Bal. notat in l.falsus.col.iij.versic. vlterius ad finem.C. de furt.Tertium quoq; argumētum de exacto, ob repræsalias etiam iniustè cōcessas, qui re-
9 petere possunt, &c. † non obstat multiplici ratione,& primò q̄a licèt plerique Doct. ita teneant vt suprà retuli, nihilominùs verior, & æquior est opinio contraria, secundū Bal. Rapha.Cum. & Paul. de Castro, in d.l.ij.§. item,&c.limitantes propterea cōclusionem de qua per Bar. ibi vt non procedat quando repræsaliæ fuerūt iniustè concessæ, refert, & sequitur idem Ias. col.fin. versic. istam communem.addens ita etiam tenuisse Angel.& Flor.in locis ibi per eum allegatis, comprobatque vrgēti ratione,quia licèt exactus ob repræsalias iniustè concessas iniurias ab alio passus fuerit,non tamen ob hoc alijs debet iniuriosus esse.l.si te bonis.vbi notat glo.fin. C.de iur.delib. Vnde per illum textum dixit Andr.de Isern.in c.j.§.Sed nec est alia.col.v.

10 quæ fuit prima cau.bene.amitt.&c. † quòd si Rex indebitè cogit Comitem ad seruiendū, non per hoc debet Comes subfeudatarium suum iniustè compellere. in hac ratione Ias. vbi suprà dānat Abb. aliter dicentem in dicto articulo repræsaliorum consi. cxxviij.in quæstione quæ ad præsens vertitur. colum.j. quod est in ij. parte nouiter impressorum. Istam etiam negatiuam opinionem tenuit Areti. in vij.§.item si in facto. col.ij. post mediū, quā pluribus alijs rationibus confirmat Alex.ibi respondens obiectis, ac plenè Alb. de Rosa.in tract.statu. q.liij.exordiente, Modo continuando materiam.col.fina. versicu. Item quæro Pergamensis, &c. plura adducens pro hac parte,quam propterea videtur potius amplectendam fore vtpote rationabiliorē pluriumq; doctorum auctoritatibus vallatam.Rursus quia etiā si primæ opinioni de qua supra,standum esset;illa tamen tunc demum procederet, quādo factum aliquod vel culpa illius cuius respectu fuerunt repræsaliæ concessæ, processit;quia se aliquod indebitum promiserat præstiturum,& quia fidem non seruauit,alius fuit exactus.nā tunc repetere potest. ita loquitur text.in d.l.nam & Seruius.de neg.gest.secundum glo. ibi,in verbo,iudicium.in fine, & ita firmant Areti. Soc.& posteriores scribentes ibi,ac ante eos Alber.vbi supra.Alioquin iniquum esset aliquem odio alterius prægranari.c.non debet. de reg.iur.in vj. Item & tertiò, quia præsupponitur communitatem omnem operam, ac diligentiam adhibuisse, quia possent homines Salcedum vel magis tirannicā prędā euadere, quo casu non est dubiū ipsam cōmunitatem nō teneri damnum exinde passos releuare,vt Imol.Roman.& Aret.& Soc. cōcludunt in d.§. item.si in facto. quos moderniores ibi sequuntur, quāuis Alexā.probabili ratione defendat nihil diligentiæ ab eo præstari debuisse, cuius occasione repræsaliæ fuerunt iniustè concessæ. Ac demum quia non potuisset ipsa communitas illi Salcedo resistere,& præcauere, quin voracem eius cupiditatem contra homines dicti loci violenter expleret, vt notissimum est.nam aduersus vim custodia & diligentia parum proficit.l.si ea res.de act.empt.& culpa caret qui scit,& prohibere non potest. l. culpa caret. ff.de regul. iur. Ideò non possunt etiam hoc casu dicti particulares à communitate repetere,quòd eis ereptum est,vt nouissimè scribentes cōcludunt in d.§. item si in facto. col.iij.

col.iij.& si dicatur quòd potuisset communitas damnum illis particularibus euitare, seu præcauere contribuendo Salcedo, respondetur id non esse habendum in consideratione, quia non tenebatur communitas ; vt supra dixi iactare suum, nec etiam alijs de suo beneficiũ impendere, vt per multa congerit Dec.in c.j.col. xxvij. versicu. videtur tamen. de probat,

Quartum autem argumentum, de approbatione debiti facta per communitatem prorsus vanũ est, tum quia non simpliciter communitas ordinauit personas à Salcedo captiuas esse redimendas cũ earum bonis,
11 sed † cum protestationibus, publico documento in scriptis redactis, ex quibus præsum ptio tacitæ ratihabitionis excluditur, iuxta notata in cap. sollicitudinẽ. de appell.& per Bart. cęterosque scribentes in l.non solum, §.morte in articulo protestationis declaratoriæ.ff.de oper.nou.nunt. Tum etiam, quia iura in oppositum adducta loquuntur de soluendo pro debito suo nomine cõtracto vel ab eo quem soluens in potestate habebat, quorum neutrũ interuenit hoc casu, in quo propterea cessat argumentũ, cum sit casus omninò separatæ & diuersæ rationis, ideoq; in eo etiam separata debet esse iuris dispositio.l.si maritus.la prima, C.de donat.int.vir. & vxor.cum similibus.

Quintũ de l.si vsu.ff. de var.& extr.cogo. minus obstat, quia loquitur ille text.de onere vni imposito, quod tamen in plures iure distribui debebat, ideo si nimirum si vni dãnum passo reliqui teneãtur cõtribuere, hoc autem casu nihil debebat communitas præstare, ergo &c.& ex hoc patet etiam responsio ad l.j.cum sequen.ff.ad leg.rod.de iact.in oppositum adducta.

Postremum verò de æqualitate seruanda, nihil confert, illud enim procederet vbi aliquid fieri deberet, & respiceret vniformiter plures. Nam tunc fieri debet æqualis distributio, l.si ibi æqualitatem custodiet.l.& qui. §.præses.ff.de muner.& honor. facit l.prima. C.de q̃bus muneribus nem. liceat se excus. li.x.quia leuiùs portatur quod à pluribus geritur, vt glo.notat.in l. actores. in verbo, immunitas. C.de exact. trib.libr.x.& ideo non debent alij in plus grauari, alijs subleuatis, vt ibi habetur, & in l.j.cum glos.C.de muner. patri.eod.libr. vt Bald. tradit consilio. cccclx. Quæritur vtrum.col. iij.v. parte in casu verò isto cessat vtrunque, cum nihil Salcedo per homines Rochæ deberet vniuersaliter, vel particulariter, quo attẽto nõ æquũ sed iniquũ foret vniuersitatẽ arctari ad particulares agẽtes releuandos.toto tit.C.ne fil.p pře. damnum igitur passum equo animo ferre debẽt particulares ipsi, idq; vel imprudẽtiæ ipsorũ ascribãt, vel aduersæ fortunę, de qua cũ inexorabilis sit, frustra cecitas humana cõqueritur vt Bal.inq̃t in l.si.in si.principij.C.d tẽp. app.

Ex præmissis cõcludẽter infertur pronuntiandũ fore per præfatũ d. Ioannẽ Bartolomæum, bene fuisse p iudicẽ priorẽ iudicatũ, & malè appellatũ, illusq; sniam propterea cõfirmãdã, & ita iuris esse censeo. Saluo,&c. Ego Nicolaus Balbus Iure consultus Duc. Sabaudiæ Senat.& præses patrimonialis.

Argumentum.

Appellatione instrumentorũ nõ veniunt apochæ,& donatarius nõ tenetur ad solutio nẽ æris alieni donãtis. Et vide etiã infra de materia huius consilij consilio xliij. & xlv.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentorum publicorum appellatione non ueniunt apochę.*

2 *Donatarius ad solutionis debitorũ obligationem nõ tenetur, etsi esset omniũ bonorũ donatarius.et nu.3.*

CONSILIVM XLIII.

Ifficultas causę fratris Dñici Violi consistit in verbis instri producti à parte agente, ibi, attenta donatione eidẽ fratri Dominico facta, promisit sororẽ Petrinã releuare à manibus,& debitis Stephani,& Ioãnis Lugdunensis, q erãt recepturi à Stephano Bonelli certã pecuniarũ sũmã, & attẽta morte eius, à Petrina matre, & hẽde constante instrõ recepto p Ioan.Opicij. Et breuiter resoluitur q frater Dñicus nõ cogitur releuare hæredes Petrinæ prætextu duarũ apocharũ, pro qui-
1 bus agitur,† quia appellatione instrumentorũ publicorũ non veniunt apochæ, quæ non sunt publica instra.l. scripturas.C.qui poti in pign.hab.imo appellatione instri simpliciter

A facta

facta non venit priuata scriptura. clem. j. & ibi Imol. de procur. & maximè si non faciat fidem. Soc. lib. j. consi. lxij. in præsenti. col. fin. & maximè attento commu ni vsu loquendi. Barto. & Bald. in l. j. C. de iur. cal. & Moderni in rubrica extra de fide instrum.

Secundò quia frater Dominicus non promisit absolutè soluere, sed id quod debetur Stephano, & Ioanni constante instrumento publico recepto per Ioánem Opecij, at cum apochæ, quarum vigore agitur, non sint receptæ per Opiciũ, cessant verba conuentionis. l. quicquid adstringendæ. ff. de verb. obli. & remanemus in dispositione iuris commu-
2 nis, † Secundum quam donatarius non tenetur ad obligationem solutionis debitorũ. l. æris alieni. C. de donat. vbi textus dicit tale onus pertinere ad hæredem donatoris, non autem ad donatarium, & hoc locum habet
3 nedum † in donatario certarum rerum (vt agitur in casu nostro) sed etiam si esset donatarius omnium bonorum, vt tradit Guid. Pap. consi. cv. An agi possit. & latè Dec. consilio ccxxxvij. in casu proposito. in j. dubio. & sic non tenetur frater Dominicus ex verbis, nec ex ratione factæ donationis ad releuationem prætextu apocharum, pro quibus agitur, & propterea est in casu absolutionis, cum parti nõ competat actio ex instrumento à se producto, ita vt debeat per iudicem repelli, glo. vbi latè Moderni in l. vbi pactum C. de transact. Et hæc sufficiant salua correctione rectius sentientis, &c.

Ioan. Franciscus Purpuratus.

SVMMARIVM.

1 A tenore pacti & stipulationis non est recedendum.
2 Instrumẽti appellatione in materia, in qua fit stricta interpretatio, apocha non uenit.
3 Legatarius ad æris alieni onus regulariter nõ tenet.

CONSILIVM XLIIII.

IN casu mihi proposito dubitari cõtingit, an Dominicus Violi in quem translatũ fuit capitale, & pars pannorum competens nunc quondam Stephano Bonelli cum nominibus debitorũ per dominã Petrinam de Prouanis, eiusdem domini Dominici vxorẽ, cũ onere de releuãdo indemnem ipsam Petrinam à manibus & debitis Stephani Senetoni, & Ioan. Dorni mercatorum Lugdunensium, possit de iure vrgeri & arctari ad reuelationem indemnitatis prętextu summarũ in quibus tenebatur dictus quondam Stephanus Bonelli, dictis Mercatoribus p apochas priuatas & vltra summas descriptas in publico instrumento recepto per Ioan. de Opecijs, ad quod habetur relatio in instrumento promissionis releuationis indemnitatis.

Videtur primo aspectu dicendum quòd sic, per textum iunctis ibi notatis per Bart. in l. cum pater. §. mensę. ff. de leg. ij. vbi dicit Barto. quòd si testator leganit apothecam pannorum cum omnibus quæ ibi sunt, quòd debita & credita non debentur legatario, debet ergo dicere, cum omnibus quæ ibi sunt debitis & creditis, sed ista remissio videtur concepta sub istis verbis, vt indicant illa verba, de toto capitali & parte pãnorum, ac de debitoribus seu creditoribus quondam Stephani Bonelli, ergò videtur dicendum domi num Dominicum esse astrictum ad satisfaciendum dictis mercatoribus pro summis contentis in apochis.

Preterea & secundo sub illis verbis generalibus, in quibus est facta promissio de releuando indemnem, nobilem Petrinam à manibus & debitis dictorum mercatorum, videtur effectualiter comprehendi id quod illis debetur per apochas. Est igitur imputandum d. Dominico, qui tam effuso sermone locutus est, vt est textus & ibi notat Bal. in l. fin. C. de dot. promiss.

Præmissis tamen non obstantibus arbitror contrariam sententiam de iure fore veriorem, videlicet quòd dictus Dominicus non possit arctari ad soluẽdum, nisi id quod continetur in publicis instrumentis receptis per dictum de Opecijs, ex rationibus & fundamentis infra scriptis.

1 Et primò quia à tenore pacti, & † stipulationis non est receedẽdum. l. fideiussores magistratuum. §. pro Aurelio. ibi, lecta subscriptione. ff. de fideiuss. & in l. si quis stipulatus fuerit Stichum. ff. de verbo. oblig. ibi, Sermo stipulationis respiciendus est, sed ex tenore pacti & stipulationis. d. Dominicus nõ reperitur astrictus ad soluendum summas contentas in apochis, igitur, &c. Secundò
2 pro hac parte facit, † quia appellatione instrumenti nõn continetur apocha in materia in qua fit stricta interpretatio, vt tradit Rom. consil. xxiij. & facit quod tradit Panor. in c. j. in princ. extra de fide instrum.

Tertiò pro hac conclusione facit, quia interpre-

terpretatio fit contra eum, qui se fundat in verbis instrumenti.l. veteribus. ff. de pactis.
3 Quartò † quia donatarius regulariter nō tenetur ad onus æris alieni.l. æris. C. de dona. Guid.Pap.in Decis.Delph.q.ō.cv. de quo per Deci.consi.ccxxxvij.& consi.ccclxxxvij.Non obstat decisio Bart.in l.cū pater.§.mensæ.de leg.ij.quia Bar.ibi loquitur in legato, nos autem sumus in dispositione cōtrahentiū, quæ strictè interpretatur.l.quicquid astringendæ. ff.de verb.obli. Præterea Bar.ibi loquitur qñ dispositio fuit concepta sub verbis vniuersalibus,sed in casu nostro promissio releuationis indēnitatis est restricta & limitata ad summas cōtentas in instrumētis publicis,de quibus fit mētio in pluribus locis in dicto instrumento, ex qua geminatione arguitur enixa mens contrahentiū,iuxta nota.in l.Balista.ff. ad Treb.& per Bar.in l.cū scimus.C.de agri. & censi. lib.xj. & eodem modo respondetur ad l.fina.C.de dot. promis. quòd non possit dici effusa obligatio, quæ est restricta ad certa instrumēta publica,& ita vt supra iuris esse censeo, saluo cuiuslibet rectius sentientis iudicio. Antonius de la Ripa.

In eodem casu duo consilia.

SVMMARIVM.

1 *Pactum seu transactio generalis semper ad rem de qua agitur, & de qua fit specifica mentio, restringitur. Idem de pacto, calculationibus, & compromissis sentiendum est.*

2 *Pacta siue transactiones nunquam ad incogitata & ignorata referuntur.*

CONSILIVM XLV.



Ndubitanter concurro in sententiā dñi Sapra cōsulētis,quia in fortioribus terminis,qa
1 † pactū seu trāsactio et generalis semper restringitur ad rē de qua agit & de qua fit specifica mentio. text. est expressus in l. si de certa.ibi latè, de materia. C.de trāsactio. dūmodo salua rōne recti sermonis fieri possit.ita Bart.Ias.& omnes ibi. & idem est in pactis.l.si ex pluribus.ff.de solut.l.fin.§.idē quęsijt.ff.de condi.indebi.& profectò casus in d. l.si ex pluribus. videtur ad hoc formalis. Idē dicitur in calculationibus,vt est text.in l.empto.§.Lucius secūdo. ff.de pact. vbi latè Ias. in fin.Idē in cōpromissis.l.si cū dies.§.plenū. ff.de arbitr. Sed in casu nostro tale pactum nedum non est generale, sed est speciale & relatiuum ad debita, de quibus in dictis instrumentis receptis per dictum de Opecijs. ergo multominus debet trahi ad alia debita de quibus in apochis. Et de his omnibus est et glo.& ibi Panor.in glo.ij.c.j.de transact.
2 Secundo moueor, † nā pacta siue transactiones nunquā ad incogitata referuntur, & ignorata,ita Barto.in d.l.si de certa.in fine.& Abb.in d.c.j.col.ij.de transact.nisi actio sit generalis vel saltem verba generalia,sed in casu nostro verba sunt restricta, & limitata ad debita, de quibus in instrumentis Ioan. de Opecijs. ergo non trahuntur ad debita de quibus in dictis apochis quæ præsumuntur ignorata per dominum Dominicū, ex quo in alieno facto præsumitur ignorantia.l. fin. ff.pro suo.l.verius.ff.de probat.

Ioan.Petr.de sancto Georgio Can. Lector Taur.
Carol.Barat.Collateralis.
Francis.De clusia Lazarus de Soletis.

Argumentum.

Compromissum factum pro se,& successoribus quibuscunque transit ad hæredem, & an currat tempus in ea adiectum durante tempore dato ad confectionem inuentarij, & quando arbitri non conueniunt de loco, intelligendum est conueniendum esse in loco,vbi moratur dignior ex eis,& qui pro obligationem officij non potest abesse à loco,& quando iuuet restitutio concessa ad conficiendum inuentarium.

SVMMARIVM.

1 *Verb. per sese & eorum successores quoscunque, quid important.*

2 *Successoris appellatione uenit hæres, qui uniuersalis successor dicitur.*

3 *Ecclesiasticus hæres fratris cum beneficio legis an coram arbitris laicis citari possit. & nu.5.*

4 *Hæres cum beneficio legis existens intra tempora inuentarij conficiendi,an conueniri possit?*

6 *Compromissi tempus, tempore conficiendi inuentarij pendente currere non debet.*

7 *Compromissi locus si statutus non sit, quòd locus ille habendus sit, in quo arbitrorum persona grauior adesse poterit.*

8 *Testamentum executionem paratam habet de iure communi,*

communi, quando legatarij pro legatis contra hæredem agunt.
9 *Scriptura carens die, loco loci, testibus, signo notarij & subscriptione, fidem non facit.*
10 *Testes non plus probant quàm scriptura ad quam se referunt.*
11 *Inuentarium factum extra tempora non iuuat.*

CONSILIVM XLVI.

N Causa compromissa per
venerabiles Canonicos ca-
thedralis Ecclesiæ Saluc. ex
vna parte, & nobilem quon
dam Iocobum Paiani ex al-
tera, aduertendum est pri-
mò, q in compromisso dictum est, q cõpro-
1 mittebant † per se se & eorum successores
quoscunque; quæ verba important ac si di-
ctum esset, quòd compromittebant pro se,
2 & hæredibus. † quia appellatione successo-
ris venit hęres, qui dicitur vniuersalis succes-
sor. l. quædam § nihil interest. ff. de edend. &
maxime, quia illa dictio, quoscunque, am-
pliat, & extendit significationem vocabuli.
Bald. in c. imperialem. in prin. de prohib. feu.
alien. per Feder. in penulti. col. & ideo men-
tio hæredis operatur vt cõpromissum, quod
aliàs morte compromittẽtis foret solutum,
transiuerit in hæredem. l. sed interpellatur. §.
fina. & l. diem proferre. §. fina. ff. de arbitr. &
pulchrè tradit Vitalis ponens modum con-
cipiendi compromissum in tractatu clausu-
larum sub rubr. quib. iur. Ren. poss. fol. lxxx.
§. sequitur videre, contra arbitros. vj. Item po
test obijci compromisso. & sicut transit in hę
redem ex dictis verbis transit in donatarium
seu alium singularem successorem, vt per
Bald. in d. c. imperialem. & in c. j. §. donare. in
tit. qualiter olim feud. pot. aliena. col. ij.

Sed difficultas nõ leuis oritur, quia mors
compromittentis contingit paulò ante finẽ
compromissi, & dicti arbitri electi ad instruẽ
dum processum, super quo principaliores
arbitrati sunt iudicaturi, nondum leguntur
illum instruxisse, & d. Thom. frater & hæres,
aut donatarius compromittentis allegat se
ecclesiasticum, & velle adire hæreditatem
3 cum inuẽtario, & legis beneficio, † & ita prę-
tendit se non posse citari ab arbitris laicis. c.
si quis contra clericum. cap. si diligenti. cum
similibus de foro competen. & vbi citari pos
4 set, vt laicus. † tamen cum sit infra tempus
datũ ad conficiendũ inuentariũ, non potest
cõueniri, vel citari. l. fi. §. donec. C. de iur. deli.

Sed ad primum caput difficultatis respon
detur, quòd in compromisso actum est, vt
processus instrueretur infra festum sancti
Martini dudum præteritum, aut ex causa im
pedimenti infra mensem tunc proximum,
quibus transactis partes excluderentur ab
vlteriori productione, vel instructione cau-
sę, & principaliores arbitri valerent senten-
tiam proferre, à qua forma compromissi nõ
videtur recedendum. l. non distinguimus. §.
officio. ff. de arbitr. Ad secundum verò dif
ficultatis caput responderi potest, quòd etiã
5 † clericus potest citari ab arbitro in quem
defunctus compromisit casualiter, hoc mo-
do, vt compareat si sua putauerit interesse,
cum ista sit potius quædam admonitio, quã
astrictio, de qua non loquitur dictum cap. si
diligenti. vt Bartol. declarat in l. testamenta
omnia. C. de testamen. col. fin. & ibi Ias. exor
nat cum similibus. ad illud verò quòd hęres
compromittentis sit infra tempora conficiẽ-
di inuentarij, responderi potest, quòd si hoc
6 alleget, tempus † compromissi currere non
debet, vt in simili de tempore præscriptionis
disponitur. in d. §. donec. & videtur conso-
num, ne aliàs sit in facultate hæredis com-
promittentis illudere compromissum per
allegationem, quòd velit inuentarium cõ-
ficere. Et rationem c. si ciuitas. de senten. ex-
commu. lib. vj. per quam multa decidit Fel.
in c. Rodulphus. de rescript. versic. & ad illu-
sionem euitandam.

Secundò ad hoc vltimum caput respon-
deri potest, quòd tex. in d. §. donec. locum ha
bet, quando post terminum conficiendi in-
uentarium omnia salua manebant, secus si
mora. & expectatio talis termini præiudi-
cium afferret, vt per Cynũ ibi, quem poste-
riores sequuntur, quos signat Alexan. ibidẽ
in prima limitatione. & per Vital. in prealle-
gato tractatu sub rubr. de clausul. nil nouari.
§. nil nouari. inuentarij confectione penden
te. fol. 20. col. j. Et ideo si d. Ioan. citatus oppo
neret non posse procedi, cum sit intra tem-
pora conficiendi inuentarij, aut reijceretur
7 exceptio ex proximè dictis, aut declarabitur
tempora compromissi non currere, cui de-
clarationi non poterit ipse contradicere, op
ponens quòd citari non possit durante tem
pore inuentarij. Stante igitur quòd compro-
missum transeat in hæredem, & quòd pro-
cessus sit instructus, vel pro instructo habea-
tur, curandum est vt principaliores arbitri
8 conueniant, & negotiũ inuicem conferant;
quia

qui aliàs eorum votum separatim datũ non iuuaret.d.l.non distinguemus.§.cum in plures.ff.de arbitr. Nec videtur quod reuerendi Canonici teneantur eorum arbitrum adducere Salucias, & nisi adducatur quòd possit d.Ioan.suum adducere, & prætenso casu discordiæ seu disconuenientiæ, negotium deducere ad cognitionem Mag. do.Ioan.Petr. Cor.quia cum in compromisso de loco conueniendo non sit facta mentio, non intelligitur quòd præses prouinciæ Purpuratus debeat egredi prouinciam sibi creditam, quam exire non potest.l.illud obseruandum.de offic.præs.& hoc partes considerasse videntur, quæ inspecta qualitate gradus arbitrorum principalium dixerunt non modicam difficultatem insurgere posse, vt conuenirent in instructione processus nulla loci facta men-
7 tione, & † propterea iuridicum videtur vt ille locus habeatur in quo adesse potest ipse præses prouinciæ.argum.l.plenum.§.equitij. ff.de vsu & habit.& quia partes compromittentes quæ locum non expresserunt, videntur sensisse de loco possibili ipsi præsidi in quem compromittebant. argum. dictorum per Bart.in l.si quis sub conditione.§.fina.de cõd.inst.& Bal.in l.fi.in prin.C.de iur.delib.

In meritis autem principalis negotij de quo est compromissum intentio venerandi capituli iustificata videtur ex instrumentis publicis testamenti & codicillorum quondam d.Iacobi in quibus continentur legata, ad quæ agitur, quæ faciunt rem haberi pro manifesta.c.cum olim.de verb.sign.Barto.in l.j.in prin.ff. de nou.ope.n.un.in vj.Venio ad quæstionem. & quia testamentum in dubio habet præsumptionem validitatis & solemnitaris.l.si post diuisionem.in verbo, ostẽde. C.de iur.& fact.ignor.l.si pars.de inoff.testa.
8 c.fin.de re iudic.† & quando legatarij agunt contra hæredem pro legatis, testamentum habet executionem paratam de iure cõmuni, vt est text.in §. illud. in verbo decreto. in Authen.de hæred.& falc. & ibi notat Ange. & dicit Ias.in l.fina.C.de edict. diu.Adri.tol. col. ij. in vj. nota.quòd iste est casus qui alibi non reperitur.Tota difficultas consistit,quia nobilis Iacobi Paiani hæres scriptus dicitur adiuisse hæreditatem testatoris & codicillã tis facto inuentario, vt deduxit de testamento Bartholomæi & substitutione proximiorum,cui proximior est repertus conuentus, qui propterea intendit bona retinere,maximè cũ altero Iacobus grauatus alienauerit vltra legitimam & trebellianicam,& iustum videtur desiderium ipsius conuenti propter beneficium inuentarij per d.l.fina. in §. & si præfatam obseruationem.C.de iur. delib. Nec obstat quòd inuentarium inchoauerit longè post tres menses à morte testatoris, quia fuit restitutus per E. Marchionalem ad tempora conficiendi inuentarij, quæ restitutio ex causa dari potest. vt per glo.& doct. in c.j.de test.& in d.l.fin.§.sin autem aliquis.

Sed ad hoc respondetur, & primò quòd non constat de allegans per ipsum hęredem institutum, & tamen alleganti incumbit onus probandi.l.ei qui.de probat.& maximè non apparet de asserto testamento Bartho-
9 lomæi, quia asserta † scriptura, quæ exhibetur, non probat, tamquam carens die, loco loci, & testibus, signo notarij, & subscriptione, & alijs de quibus in c.cum P.tabellio. de fide instrum. nec videtur iustificari ex testibus examinatis, qui non sunt in sufficienti numero septem testium requisito ad probationem testamenti.l.hac consultissima. C.dè testam. nec hoc casu videtur habere locum textus in §.ex imperfecto.eiusdẽ legis. quia substitutio facta dicto Iacobo de alijs proximioribus agnationis, generalis est ad omnes agnatos etiam qui non sunt de liberis. Ideo succedit quod dicitur in illo. §. ex imperfecto. in fin. quia speciale videtur de substitutione facta filio de altero filio testatoris. vt per Bart.in l.ij.in prin.de vulg.& pupil.versi. vj. dixi. nec ipse Iacobus conuentus allegat se de liberis, vel descẽdẽtibus Bartholomęi asserti testatoris sed nepotem ex fratre, & maximè quia ex assertis quatuor testibus, qui dicũt se interfuisse testamẽto, duo deponunt, quòd substitutio facta fuit diuersimodè. Nam Iafr. dicit quòd Barnaba decedẽte sine liberis legitimis & naturalibus Iacobus succederet Barnabæ, & decedentibus ambobus sine prole legitima substituit proximiores de agnatione sua. Franciscus verò deponit quod instituit hęredem Barnabam, & ei decedenti sine liberis legitimis & naturalibus substituit proximiores agnatos, & talis substitutio fideicommissaria facta filio existẽte in sacris non tenet in fauorem agnatorum substitutorum, sed est nulla, aut saltem veniret ecclesia, secundum distinctionem Bartol. in l. hæredibus. §. Titius. ff. ad Trebel. accedat quòd alij duo testes se referunt ad testamentum receptum per quondam Antonium Cerrutti, & cùm non con-

stet legitimè de aliquo, talis depositio non videtur inuare. per regulam authenticæ, si quis in aliquo. C. eden.

10 Nec† plus possunt probare ipsi testes, quàm probet scriptura ad quam se referunt. c. licèt ex quadam. de testib. & ita cum non sit probatum testamentũ Bartholomæi, nec quòd bona essent ipsius asserti fideicommittentis nec quòd d. Iacobus, qui asseritur grauatus, alienauerit vltra legitimã & trebellianicam, non potest prætextu asserti fideicommissi impediri solutio legatorũ, maximè ad piam causam factorum. Et per hęc non expedit venire ad alteram responsionem, quòd hęres inuestitus à d. Iacobo tenetur ad solutionem legatorum ex quo adiuit hereditatem sine aliquo valido inuentario. §. si verò non fecerint. in Auth. de hęred. & falcidia.

11 Nec obstat† quòd per annum post mortem testatoris dicatur fecisse quoddam inuentarium, quia non iuuat, cum lapsa sint tempora trium mẽsium præfixorum à dicta. l. fi. in prin. nec iuuat rescriptũ Marchionale restituẽs ipsum Iacobum hęredem per tres menses secutos, tanquam subreptitium, quia nõ expressit quòd hæreditatem dudum adiuisset vt ipse confessus est coram cõmissario inuentarij, in quo computat exposuisse plurima in funeralibus. Nam difficiliùs fuisset cõcessa talis dilatio noua, si principi dictum fuisset. pet ea quæ tradunt glo. Bar. & doct. in d. l. fin. in prin. in verb. delatam. cõstat autẽ quòd rescriptum subreptitium nõ prodest. l. prçscriptione. C. si contra ius, vel vtil. publ. c. super literis. de rescr. & eo magis, quia nedum hic est omissa facti veritas, quę expressa impediuisset concessionem rescripti, aut saltim reddidisset rescribentem difficilem, sed etiam fuit expressa falsitas, quòd non potuerit actenus ante rescriptum inuentarium conficere. quia in contrarium se habet notoria veritas, vnde non dicitur iuuare asserta restitutio, tum ex prædictis, tum quia iudex non potest immutare dilationem legis. l. j. §. item cum sacras. ff. quę sent. sin. app. resc. & tradit Bart. in d. l. fin. in princ.

Ioan. Franciscus Purpuratus.

Argumentum.

An, & quando vasallus de feudo, cum clausulis amplissimis inuestitus, possit de ipso feudo ad libitũ disponere, & in eodem filios inæqualiter instituere, & quando feudũ censeatur hæreditariũ, & per subsequẽtes inuestituras censeatur derogatũ primis inuestituris, & per eas recessũ à primis. & quid importet in concessione feudi, verba, ad habẽdũ, &c. & quicquid perpetuò placuerit, faciendũ. Et de mã huius consilij vide infra cõs. xlviij. & 50

SVMMARIVM.

1 *Feudatarius de bonis feudalibus testari non potest.*

2 *Feudatarius unum ex filijs eligere, & ei feudum assignare non potest. item nec dominus.*

3 *Verba apposita in inuestituris secundùm subiectã materiam intelligi debent, quæ quandoque impropriã da sunt, ne cõmunes feudorũ regulæ offendantur.*

4 *Contractus ex conuentione legem accipiunt.*

5 *In allodijs & ijs quæ pertinent pleno iure potest quis facere ut quis in una re uel uniuersaliter succedat, alij uerò particulariter. & nu. 7.*

6 *Pactum adiectum concessioni in feudum feudi naturam uincit.*

8 *Emphyteusim licèt quis pro se & filijs suis acceperit, nihilominus unum ex illis eligere potest.*

CONSILIVM XLVII.

Casvs talis est, Baro quidam nomine F. titulo donationis tradidit cuidam nobili nomine A. recipiẽti pro se, & suis hæredibus omnia iura, omnesq; actiões reales, & personales, vtiles, & directa hypothecarias, atq; mixtas, quæ habebat, vel habere poterat quomodocunque in quodã castro ad habendũ, tenendũ, & possidẽdũ, & quicquid ipsi. A. de dicto castro placuerit perpetuò faciendũ, reseruato tñ iure feudi & superioritatis, cui nõ intendebat præiudicare, & cõstituit eũ procuratorẽ in rẽ suam, & in locũ suũ posuit, ita quod possit agere, & se tueri, & ea agere quæ ipse Baro añ donationẽ facere potuisset. Mortuò F. Barone successit. I. filius in Baronia, qui. I. filiũ dicti. A. & procuratorẽ pro dicto eius patre, & post illius decessũ pro ipso. I. filio eorũque hẽdibus, vel altero eorũ legitimè descendẽtibus videlicèt masculis, ita tamẽ quod in nullã aliã extraneã personã trãsferretur, de dicto castro inuestiuit, in feudũ & iure feudi nobilis, & gẽtilis, ad habendũ, tenendũ & possidendum, & quicquid eidem placuerit perpetuò faciendum, saluo eo quod dictum est, & saluo etiam iure fidelitatis, Mortuo dicto. I. tutor

nitor filij eiusdem, eodem modo inuestiuit postmodum, mortuo dicto A. vasallo. I. eius filius ab L. Barone & filio dicti I. visis inuestituris prioribus simpliciter inuestitus fuit in feudum nobile, gentile, antiquum, & paternum, reseruato iure superioritatis, fidelitatis, & homagij, nunc dubitatur de duobus. Primò an dictus I. possit testari de dicto feudo inter eius liberos masculos, quosdam instituendo in feudo, & quosdam particulariter in alijs rebus. Secundò, an per vltimam inuestituram intelligatur derogatum primis inuestituris in quibus continetur, ad habendum, tenendum & possidendum, & quicquid deinceps perpetuò placuerit faciendum.

Circa casum ante dictum in primo articulo, & quæsito ad partes allegandum duxi; quia illud est certo certiùs, quod allegando ad partes veritas meliùs deducitur in lucē, & meliore ratione discernitur. l. munerum. §. mixta. de muner. & honor. l. fi. C. si per vim, vel alio modo. c. cum ex literis. de in integr. rest. Primò itaque arguitur ad partem negatiuam

1 † quòd non potuerit testator prædictus de bonis feudalibus testari, quamquam in primis inuestituris sit dictum, & quicquid placuerit perpetuò faciendum. quia regula est feudorum, quòd de feudis non possit quis testari, nec legare, nec pro anima relinquere. ca. j. §. donare. qual. ol. feud. alien. pot. & de successione feud. in princip. in l. imperialem. §. j. de proh. feud. alien. per Federic. Feudum enim est beneficium personarum, quod transire debet ad omnes filios succedentes æqualiter. l. j. C. de anno. & trib. lib. x. Sic ergo omnes filij debent inuestiri, & omnes iurare fidelitatem, non vnus solus. c. j. §. omnes. si de feud. defun. conten. sit inter do. & in l. imperialem. de prohib. feud. alien. per Federi. per quæ iura patet, quòd nec pater possit assignare vni feudum & alij allodium, dicto. c. omnes. & argumen. l. vt iurisiurandi. §. finali. de assignat. liber. l. liberi. ff. si quid in fraud. patr. l. iiij. §. si plures. & in Auth. de non eligend. sec. nub. versi. prospeximus. & in Authen. de nupt. §. & super his. nec posset dictus Baro vnum ex dictis filijs vasalli eligere. igitur, &c. & omnia hæc habētur etiam in summa d. Ioan. Blanchi tit. quib. mod. feud. amit. versic. sed nunquid poterit pro anima cum

2 sequentibus. Pro hoc facit, † quia si aliqui filij sint minus vtiles, non potest pater eligere vtiliorem, & illi assignare feudum, nec etiam hoc potest facere dominus, vt in multis probatur articulis in quæstione quā disputauit pulchrè de hoc Pileus referens Io. Blāchi in summa. titu. quis ordo succ. sit. Sic ergo omnes filij masculi æqualiter succedunt, vt in §. hoc autem notandum. qui feud. dare poss. Et de succ. feud. in prin. & c. ij. de inue. quam

3 Titius accep. à Sempr. Et † illa verba apposita in inuestituris videntur intelligenda secundum subiectam materiam, & sic secundùm regulas cōmunes feudorum. l. si vno. in prin. ff. locati. l. ita stipul. de vsur. & etiam improprianda videntur, ne offendantur regulæ communes feudorum. arg. c. cum dilectus. extra de consuet. & notatorum per Innoc. in cap. causam quæ. de rescript. & per Alber. in l. sed si possessori. §. item si iurauero. ff. de iureiur. præterea pro hoc facit, quia si diceremus testatorem hoc facere potuisse vigore primarum inuestiturarum ab illis videtur recessum per vltimam. l. pacta nouissima. C. de pactis.

4 Sed in contrarium facit, quia † cōtractus ex conuentione legem accipiunt. l. j. §. si conuenerit. ff. depo. & pacta posse apponi in feudis vt alteretur natura illorum, ita vt succedant qui aliàs non succederent, non est dubium. c. præterea. quid sit inuestitura, nisi essent iuri publico vel naturæ contraria. vt in cap. si duo. de inuest. quam Titius accep. à Sempr. capitu. j. de feud. non hab. propr. nat. feud. & licet hoc intueri in multis constitutionibus & consuetudinibus feudalibus, & habetur in summa d. Odofr. rubric. xvij. incipiente notandum est, quòd pacta possunt apponi. Et de hoc nemo dubitauit. Et si quis dicat mihi, fateor posse fieri pactum, & si inuestitura expresse diceret, quòd ipse vasallus posset facere quicquid velit alienando, testando, &c. benè quidem, sed hoc non dicitur in inuestituris illis, igitur erubescimus, cum sine lege loquimur. l. illam. C. de collat. dico quod non sine lege loquimur, imò multis legibus & authoritatibus probari potest. Primo ista est donatio Baronis, ergo de rebus donatis quis disponere potest ad libitū. l. in re mandata. C. mandat. & illa donatio Baronis est amplissimè interpretanda, vt nihil sibi reseruasse videatur præter feudi iura, quæ habentur in ca. de forma. xxij. quæst. v. cap. primo. de form. fidel. facit. l. beneficium. de consti. princip. cap. cum dilectus. extra de donat. l. si quādo. C. de bon. vacant. & quod notatur per Bald. in c. j. de vasal. qui cur. vendidit. Et si sic est quādo simpliciter donauit,

ergo multo magis quando dixit quòd dona
bat omnia iura omnesq; actiones reales, &c.
vt latè in inuestituris, pro hoc multum benè
facit quod habetur & notatur. xvj. quæst. ij.
cap. ij. vbi differentia est an Episcopus conce
dat ecclesiam simpliciter, an cum omni iu-
re suo, aliud est enim in vno & aliud in alio.
sicut aliud est abstinere à munere, aliud ab
omni munere. j. quest. j. c. sunt nõnulli ex per
sonis. ergo dantis & recipientis, & contra-
ctus in quo datur estimandus est, secundùm
Innoc. & Hosti. in cap. pastoralis. de donat. &
l. si filiæ. ff. de legat. iij. & ex eo quod notatur
extra de simon. c. & si quęstiones. multa iura
pro hac interpretatione fienda allegari pos-
sunt, quæ patent ex his quæ habentur in ca.
dilectus. & cap. pastoralis. per gloss. Innoc. &
Host. extra de donat. & habentur per Bald.
in rubric. ff. de rerum diuis. & in d. c. j. de cap.
qui cur. vend. post glo. & si dicatur verba in-
uestiturarum primarum habent illam clau-
sulã iure feudi reseruato, & iure superiorita-
tis, &c. & sic sunt verba pro & contra, dico
quòd si verba essent ambigua, deberet fieri
interpretatio contra ipsum baronem, & in
fauorem amplissimę donationis, iuribus su-
pra allegatis. pro hoc facit, quia contractus
iste potius videtur donationis quàm feudi,
licèt donans retinuerit sibi iura feudi & supe
rioritatis. pro hoc videtur optima decis. Ioã.
Andrææ in add. ad Spec. in titu. de præscript.
& faciunt ea, quæ notant Hostien. & Ioan.
And. in c. nimis. de iureiuran. quod castrum
prędictum potius censeatur allodium quàm
5 feudum. Et si sic est, veritas est, † quòd in al-
lodijs, & ijs quæ pertinent pleno iure, id est,
directi dominij, vt notat glo. in l. Iulianus. ff.
de rei vendi. potest quis facere vt vnus solus
in vna re succedat vel vniuersaliter succe-
dat, alij verò sint hæredes particulares. l. ex
facto. ff. de hæred. instit. l. quoties. C. eod. tit.
l. fin. C. fam. ercisc. facit quod habetur in cap.
licèt. de voto, & per Bald. in hac edictali. C.
de secund. nupt. Præterea posito quòd dicta
6 donatio sit concessio in feudum, † pactum
tamen adiectum vincit naturam feudi. l. pa-
cisci. ff. de pact. cap. j. de feud, non hab. propr.
nat. feud. & c. j. c. præterea. quid sit inuestitu-
ra. & sic per pactum potest vasallus vẽdere,
donare, in dotem dare, testari, vt dicit Bald.
in d. c. j. de feud. non habente prop. nat. feud.
ex tenore autem primarum inuestiturarũ,
ad quem tenorem semper est recurrẽdum,
vt in cap. j. de duob. fratr. & cap. inuest. patet,
quòd dictum feudum non habebat propriã
naturam feudi, & quod ex verbis primarum
inuestiturarum sit impropriata. & alterata
natura feudi, si præsuponimus esse feudum,
ita & taliter quòd possit vasallus testari;
dummodo in non extraneam personã. vult
Ioã. Blanch. in summa feud. iij. parte in rub.
quis ord. succed. sit. §. sed qualiter succedẽt
domini si plures sunt. ibi, nec mirum. & pro
7 prædictis † quòd testator potuerit vnum vel
duos ex filijs eligere in huiusmodi feudo, fa-
cit l. iij. in princ. C. de sec. nupt. licèt illa lex sit
in casu illo correcta, facit etiam l. j. & per to-
tum titulum. ff. de assign. liberto. vbi licèt ius
patronatus descẽdat in omnes liberos ęqua
liter. l. vt iusiurandi. §. si liberi. de oper. libert.
tamen potest vnum ex illis in eo eligere ad
idem. l. vnum ex familia. ff. de legat. secundo.
vbi licèt quis sit rogatus restituere rem fami
liæ, seu in familia, tamen poterit vnum
præeligere. Item illæ inuestituræ vel dona-
tiones baronis dicunt ad habendum, tenen
dum, & quicquid sibi perpetuo placuerit fa-
ciendum, & sicut ipse baro facere potuisset,
&c. Et ita tamẽ quòd in nullam extraneam
personam transferat. ergo in personam non
extraneam potest, & sic vnum ex filijs eli-
gere dictis iuribus. facit decis. Specu. in titu.
de locato. §. nunc aliqua. versic. lxxviij. vbi di-
8 citur, † quòd licèt quis emphyteusim rece-
perit pro se & filijs suis, tamen potest vnum
ex illis eligere. sequitur Bald. in auth. si quas
ruinas. in iij. seu v. col. C. de sacr. sanct. eccles.
Et si dicatur, quòd loquuntur in emphyteu-
si cuius natura longè est à feudo diuersa, per
ea quæ notat Barto. in d. l. iurisiurandi. §. si li-
beri. & quod habetur in c. j. an filius vel agn.
& in c. j. de succes. feud. infra dabitur respon
sum. & hanc partẽ sequere, quia credendum
est istud castrum esse iurisdictionale, ergo
vtilius est regi per vnum, vel per pauciores,
entia nolunt malè disponi, princeps ergo
vnus, secundùm Philosophum in x. Metaphi
sices. l. ij. §. nouissime. ff. de ord. iud. vij. q. j. c. in
apibus. & hanc partem etiam tenuit Pau. de
Castr. in quodam suo consilio, quod incipit,
in Christi nomine amen, in causa quam ma-
gnificus d. Titus habet, &c.

ADDITIO.

Vide ad hãc quęstionem Iacob. de sancto
Georg. in tractat. de feud. sub verbo & cum
pacto. nu. 2. vbi dicit communem esse in con
trarium, quam arbitror limitari posse in ter-
minis huius consilij. vide tamen latiùs Curt.
in

in trac. feud. in quarta parte. princi. colũ. xlv. nume. 131. vbi allegat plures distinctiones modernorum. August.

Non obstant modo allegata in contrariũ, quòd non valeat dispositio testamentaria in feudis, &c. Et illa verba, inuestiturarum reseruato iure feudi, & superioritatis, &c. quia respondeo per ea, quæ dicit Ioan. Andr. in addit. ad Spec. super rubr. de præscrip. quòd illa verba, donationis vel inuestituræ quicquid perpetuo placuerit faciẽdum, ita quẽadmodum ipse donator &c. faciunt feudum Francum in hoc, vt alienari & in testamento relinqui possit vni, dummodo non in extraneam personam, hoc enim (vt dicit ipse) vulgariter verba sonant, extra de spon sal. cap. ex literis. j. & l. auinculus. de verbo. signifi. & dant eam facultatem disponendi. argum. extra de testa. cap. significauit. & l. si quis duas. in princ. ff. com. præd. Non obstat dicta reseruatio, quia illa pertinet ad ea quæ habentur in titu. de form. fidel. & in titu. de nou. fidel. for. & xxij. quæstio. v. de forma, sic enim potuit in prima datione per pactũ fieri, vt supra dictum est. & facit cap. ij. per quos fiat inuest. & c. j. de c. corra. in prin. vel si quis dicat adesse hic repugnantiam, proptereaq; inferatur talem infeudationem non valere. l. vbi repugnantia. de reg. iur. c. sollicitudinẽ. de appel. l. si Titius. ff. de hære. insti. &c. tunc restaret quòd talis contractus libera donatio esset, vt inquit Ioan. Andreas. sed præcedens dictum est verius, vt quantum ad dandum ad testandum & quicquid, &c. dummodo non in extraneam personam, &c. sit data libertas, sed ius feudi & superioritatis sit reseruatum, facit optime l. fina. C. de operis libert. & quod notatur in l. quæ sub conditione. ff. de condi. insti. & hoc voluit Paul. de Castro in quodam suo consilio incip. cum Episcopi Neuisini.

Non obstat quòd per vltimam inuestituram videatur recessum à primis argu. d. l. pacta nouissima, quia respondeo, hoc verum non esse, si primæ inuestituræ sunt repetitæ in vltima vel explicatè vel implicitè, vt puta, quia dictum fuerit, visis primis inuestituris (vt in casu nostro quia tunc non censetur recessum à primis pactis, ne resultet cõtrarietas. iuxta notata per Bart. in l. fi. §. idem quæsijt. ff. de cond. indeb. facit quod notat Cyn. in l. Cum falsa. C. de iur. & fact. ignor. Item non est aliquod verbum in vltima inuestitura, quod importet & significet mutationem primorum pactorum, ergo nõ mutatur &c. l. præcipimus. C. de appel. Item non est verisimile vasallum voluisse remittere sua pacta vtilia. l. Cum de indebito. ff. de proba. c. quia verisimile. de præsump. intelligitur ergo vltima inuestitura secundum primas, vt per Ioan. Andr. vbi supra & Bar. in l. vlt. §. idẽ quæsijt, Vide ad hæc Curt. & quos ipse allegat in tract. feud. in ij. quæst. principali. consi. vij. nume. 42. Aug. Dicamus etiam quòd verba vltimæ inuestituræ importarent quòd baro voluisset inuestire secundum propriam naturam feudi, tamen id non potuisset sine consensu vasalli, argumento optimo. l. aliud. ff. de solut. & l. perfecta. C. de donat. quæ sub modo, & in c. j. in princ. de alien. feud. pater. & ita etiam in proprijs terminis consuluit Paul. de Cast. consi. supra allegato. Quare concludo dictum vasallum potuisse vnum ex filijs instituere in castro prædicto, alios vero particulariter in alijs rebus, & quòd per vltimam inuestituram non fuit primis inuestituris derogatum, (Ad hæc vide Dec. consi. cxcuj. vbi latè Ias. in tract. de feud. col. pen. nume. 53. August.)

Ambrosius de Vignatte.
Et Iacob. à Sancto Georgio.
Christophorus de Nicellis.

Aliud consilium in eadem materia.

SVMMARIVM.

1 *Feudum qui concessit cum omnibus iuribus quæ habebat excepta superioritate, dominium directum transtulisse uidetur.*
2 *Feudi natura immutari potest.*
3 *Feudum regulariter propter fidelitatem datur.*
4 *Feudatarius cui translatum est utile dominium tantum quosdam instituendo in feudo & quosdam nõ, testari non potuit.*
5 *Feudi propria natura non immutatur, si detur pro se & liberis suis & quibus dederit.*
6 *Feudi natura alterari potest.*
7 *Feudum concedi potest, ut feudatarius de eo testari possit.*
8 *In feudis pater ita stipulari potest uni filiorum, ut alijs non quaratur.*
9 *Verba. Et quicquid placuerit perpetuo et c. idem operari debent sicut uerb. & cui dederit.*
10 *Inuestituris primis per ultimam, qua nihil aliud continet præter quàm quòd prima derogatum non est.*
11 *Iuramenta extorta contra antiquam consuetudinem per impressionem præstita intelliguntur.*
12 *Consuetudo solita seruanda est.*

CONSL

CONSIL. XLVIII.

Isto casu, antequã deueniaẽ ad dubiorũ examinationem videretur primò illud attingendũ, † an ex tali donatione iura directa, quæ ille baro habebat in re donata, & sic dominiũ directũ transtulerit in A. accipientẽ, & fortè videretur prima facie dicendũ ꝙ non, quia donans reseruauit sibi ius feudi & superioritatis, cui noluit præiudicare, & per consequẽs directũ dominiũ, quia feudũ dicitur quando proprietas remanet penes dominũ, & vsusfructus ad accipientem transit. cap. j. in fin. in quib. caus. feud. amitt. Contrarium probabilius dici potest, quia donans donauit omnia iura, omnesque actiones reales & personales vtiles & directas, quæ habebat, vel habere poterat quomodocũq; vltra superioritatẽ. Si omnia iura directa, ergo dominiũ directũ. quia dominiũ est ius plenius, vt notatur per Bar. in l. si quis vi §. differentiam. ff. de acquiren. poss. & probatur in l. cũ hæredes. in princ. eo. tit. facit illud verbũ omnia, quia qui omne dicit nihil excludit. l. à procuratore. C. mandat. oratio enim, quæ sumitur ex vniuerso, non põt falsificari in vno quin falsificetur in toto. l. si is qui ducẽta. §. virũ. ff. de reb. dub. Itẽ noto illud verbũ, quomodocunq;. quod est geminatiuũ, & pariter nihil excludit. l. Balista. cũ ibi not. ff. ad Trebel. pro hoc facit, quod habetur per Bal. in l. j. ff. de rer. diuis. in xxxiiij. & xlviij. q. vbi facit differentiam, an nomẽ hęredibus, proferatur simpliciter, an cum vniuersali omnibus vel quibuscunque. & notatur per eundem Bal. in c. j. in princi. de proh. feud. alien. per Feder. ibi, sed quid si concessum est mihi feudũ. Important ergo illa verba, omnia, & quæcũq;. donationẽ, & translationẽ iuriũ directorũ, quę trãsferri potuerũt, vt est dominiũ, quod trãsferri põt. l. traditionibus. C. de pact. & §. per traditionẽ. Inst. de rer. diuis. respectu aũt eorũ, quę nõ potuerũt trãsferri directo, vt sunt actiones personales. l. quid ergo casus. de pecul. habent locũ alia verba vt vtiles cõprehendantur, & constituit procuratorẽ in rẽ suã, & in locũ suũ posuit, vt notatur in l. possessio. §. fin. ff. de acquiren. possessio. & verba sunt ita clara, quòd clariora esse non possent, vnde non possumus ab illis recedere. l. non aliter. ff. de leg. iij.

Probatur etiam hoc, quia in hac donatione reseruauit aliqua, ergo in cæteris voluit donationẽ locũ habere. §. Vt aũt. in Authen. de non alien. aut permu. reb. eccle. Nec obstat si dicatur ex hac reseruatione videtur reseruasse dominiũ, quia noluit præiudicare iuri feudi. Quia respondetur, ꝙ hæc reseruatio nõ põt referri ad dominiũ directũ, quia cõtrariaretur præcedentibus verbis, omnia iura & quæcunque, quæ sunt orationes vniuersales affirmatiuę. Nec obstat si dicatur ab ista vniuersalitate excipitur dominiũ, quia nõ posset esse feudum, nisi dominium directũ esset penes dantẽ d. §. fi. Quia respondetur, quòd imò potest esse feudũ licèt dominiũ directũ transeat in accipientẽ, dummodo præstetur

2 fidelitas, † quia natura feudi potest immutari, secundum quòd placet contrahentibus. c. j. §. feudum ea lege. si de feud. defunct. fuer. contr. c. j. de feud. non hab. propr. nat. feud. Nã per pactũ hoc fieri põt. c. j. §. fin. per quos fiat inuest. c. j. in fin. quan. dom. propr. priuet. & c. j. an agnat. vel fil. quinimò vult text. in d. c. j. in fin. per quos fiat inuesti. quod valet pactũ appositũ contra diffinitionẽ contractus

3 & cõtra eius substantiã, vt in illo §. fin. † Nam feudũ regulariter datur propter fidelitatem, vt habetur in d. cap. j. §. fin. per quos fiat inuestitura, quia feudũ à fidelitate, vel fide dicitur, & tamen potest dari ita quòd non iuretur, vt ibi, quia eius natura potest alterari, & sicut potest dari feudũ sine fidelitate, ita poterit res dari in feudũ, ita quòd directum dominiũ transeat in feudatarium, sed ita, vt fidelitas præstetur, & erit feudũ propter fidelitatẽ, quæ pro illa re data præstatur, licèt directũ dominiũ sit penes accipientem, & magis potest dici feudum quàm illud quod datur ita quòd non iuretur, & proprietas retinetur. Et sic non obstat argumentum quod fit de c. j. in quibus caus. feud. amitt.

Præsupposito autem quòd directum remansisset penes dantem, & vtile tantum trãsiuisset in feudatarium, attingendum est primum dubium, & in hoc dubio videretur pri-

4 ma facie dicendum, † dictum. I. non potuisse testari quosdam instituẽdo in feudo, quosdam non, sed in alijs rebus. Primò quia nulla ordinatio defuncti tenet in feudo, quin filij æqualiter succedant. cap. primo. de success. feud. in princ. & ideo dixit Iacob. de Areo. in l. vt

l.vt iurisiurandi. §. si liberi.ff. de oper. libert.
quem sequuntur in l.liberti,libertęque.C.de
liber.& eor.lib.quòd licèt filij sint inæquali-
ter instituti,tamen in feudo æqualiter succe-
dunt,per illud c.j.de succes. feud. & Bald. in
c.Imperialem.in princ. de proh. feud. alien.
per Feder.dixit secundùm quod refert Ioã.
Petrus Ferrarius in libello reuocationis feu
di,quòd pater non posset assignare in testa-
mento suo feudum vni filiorum , nisi cęteri
filij consentirent, quia lex feudorum æqua-
liter eos admittit.c.j.§.Sed cum hoc iure,qui
feud.dar.poss. est enim hic nedum fauor fi-
liorum sed etiam domini , vt plures habeat
vasallos,cui fauori non potest testator dero-
gare.argum.l.scire deberis.C. vt in poss.lega.
& si contra fiat, feudum non reuertitur ad
dominum, sed ad filios æqualiter pertinet.
præterea præcedentia de clarant sequentia.
l.si seruus plurium.§.fi.ff.de leg. primo. & di
cta in præcedentibus intelliguntur repetita
in sequentibus.l.Tina.§. idem respõdit.ff. de
verb.oblig. sed inuestientes post donationẽ
inuestierunt in feudum , ergo sequentia ad
habendum,tenendum & possidendum, &c.
debent intelligi ; scilicet in feudum & iure
feudi,vt præcedentia declarant. Et si sic est,
non immutata fuit natura feudi, secundum
quam propriam naturam non tenet aliqua
dispositio testamentaria,vt hoc apertè & ma
nifestè videtur colligi ex verbis ipsorum in-
strumentorum,in quorum primo dicitur, re
seruato iure feudi & superioritatis , cui non
intendit præiudicare,& in alio dicitur,in feu
dũ & iure feudi nobilis,&c.ad habendũ,&c.
saluo,quod dictum est,& saluo iure fidelita-
tis, & idem dicitur in alio sequenti: ex qui-
bus verbis voluit, quòd esset feudũ nobile,
& pro eo præstaretur fidelitas,non obstanti-
bus illis verbis,& quicquid,&c. & per conse
quens haberet propriam naturam feudi.
5 Quartò pro hoc facit, quia quando res ali-
qua datur in feudum alicui pro se & liberis
suis, & quibus dederit, &c. non immutatur
propria natura feudi c.j.in fine. de feud.non
hab.propr.natur.feud. sed istud feudum vi-
detur eo modo datum, propter illas reserua
tiones de quibus in casu. igitur non fuit im-
mutata propria natura feudi. Quintò pro
hac parte facit, quod posuit Specul.in form.
confect.instr.feudi,vbi apponit in forma in-
strumenti illa verba, ad habendum , tenen-
dum,& possidendum, & quicquid sibi pla-
cuerit perpetuo faciendum saluo, &c.& ta-
men non dicit,neque videtur sentire, quòd
per illa verba immutetur natura feudi, vt te
stator possit illud vni filiorũ assignare tantũ.
His tamen non obstantibus, in contrariũ
videtur veritas,quod dictus .I.potuerit testa-
ri quosdam inuestiendo in feudo , & quos-
dam non,cuius gratia præmitto illud, quod
6 supra tactum fuit,† quòd natura feudi potest
alterari,secundum quod placet contrahen-
tibus,vt d.c.j.feudũ ea lege.& d. c.j. de feud.
non hab.propr.nat.feud. & d.c.j.§.fina. aliàs
est c.j.§.nulla. per quos fiat inuest. Secũdò
præmitto quòd licèt nulla ordinatio testa-
mentaria teneat in feudo , quando feudum
simpliciter conceditur,vt d.cap.j.in princ.de
succes. feud. & qual.olim. feud. alien. pot.§.
7 donare. † tamen poterit feudum concedi ,
quòd feudatarius poterit testari.d.c.j. in prin
cipio ibi,secundum promissionem. & ibi no
tatur per Bald.& Aluar. & in d.§. donare. &
si vltra dicatur voluntas non debet depen-
dere ab alieno arbitrio.l.illa institutio. ff. de
hær.inst.respondetur,quòd ille qui non ha-
bet testamenti factionem actiuam de iure
communi non potest à priuato accipere, vt
dictis iuribus.l.testamẽti factio. ff.de testam.
l. Nemo potest.ff.de leg j.sed qui habet testa
menti factionẽ à iure, licèt non in hac re feu
dali quàm habuit ab alio,potest accipere po
testatem disponendi de illa re prout ipsis cõ
trahentibus placet,vt ibi dicit Bald. Tertiò
8 præmitto , † quòd pater in feudo ita potest
stipulari vni filiorum , quòd alijs non quæ-
ratur.vt notatur in l. pactum quod dotali.C.
de collat.secundum Bald.vt dicit ipse Bal. in
l.j.de rerum diuisio.quæst.xxxviij. & ideo di-
cit,quòd feudum æquiparatur facto , quod
quidem factum potest defunctus vni hære-
dum tantum stipulari.l. continuus.§. fina.ff.
de verb.obl.l.auus.ff.de pactis.
His sic præmissis quòd possit alterari na-
tura feudi propria , & quòd possit concedi
potestas testandi de re feudali, & quòd pos-
sit pater accipere feudum,ita quòd vni filio-
rum tantum , vel quibusdam acquiratur, &
quibusdam non.dicendum est in his inuesti-
turis concessam fuisse potestatem testandi
, de feudo ad placitum testatoris,per primam
in quoscunque, cum non fuerit limitata ad
aliquas personas,per alias sequẽtes in descẽ
dentes masculos tantum.quod sic probatur,
quando in inuestitura ponuntur aliqua ver-
ba ad ampliationem eius quod in præceden
tibus continebatur, cõtractus amplificatur,
vt

vt quocunque titul. possit feudatarius alie-
nare illud quod accepit in feudum. vt d.c.j.
de feud.non hab.propr.nat.feud.& d.§. feu-
dum ea lege, quia si illa verba, quæ adijciun-
tur, non ampliarent, nihil operarentur con-
tra l.Si quando. ff. de leg. primo, sed in istis
omnibus inuestituris apponūtur illa verba,
9 †& quicquid placuerit perpetuò, &c. & ad
ampliationem sicut illa verba, & cui dederit,
ergo idem debent operari, quod operantur
illa verba & cui dederit, quia non potest red
di ratio differentiæ, cur ista verba & cui dede
rit, sint magis ampliatiua quàm illa, & quic-
quid voluerit perpetuo faciendum, nam per
illa verba, inuestiuit seu dedit in feudum ad
habendum, tenendum & possidendum. po-
test quicquid permittitur ex natura feudi, &
sic si illa verba, & quicquid placuerit perpe-
tuo faciendum, nihil aliud importarent quā
præcedentia, essent frustratoria, quod non
est censendum, vt ergo aliquid operētur ex-
pedit dicere, quod importent plus quàm
importarent illa, ad habēdum, tenendū, &c.
& per consequens quòd de ipso feudo pos-
sit testari, per primam in quoscunque, per se
quentes in masculos ad sui placitum. sicut di
cimus in illis verbis, & cui dederit, quæ im-
portant quamlibet dispositionem, vt dicunt
Bald. & Aluar. in d.c.j. de feud. non habente
propr.nat. feu. hoc clarius demonstratur in
sequentibus inuestituris, in quibus dicitur,
ita quòd in nullam aliam extraneam per-
sonam transferatur. Nam excludendo ex-
traneas personas ab hoc placito faciendi,
quicquid &c. videtur inclusisse personas nō
extraneas, vt in ipsis possit testator facere
quicquid sibi placeret. argumento l. maritus.
de procu. C. & l. cùm Prætor. ff. de iudic. sicut
enim vnius inclusio est cæterorum exclusio,
vt ibi. Ita exclusio extraneorum, debet dici
inclusio non extraneorum, vt contrariorum
eadem sit disciplina. l.j. ff. de his, qui sunt sui,
vel alien. iuris. & sic per prædicta apparet,
quòd potuit in vnum ex filijs testando, l. feu
dum conferre, (vide etiam Brunum consil.
xj. col. vj. in iiij. dubio.)

Non obstant adducta in contrarium, &
primò nō obstat primum, quia procederet,
vbi non esset data potestas faciendi quic-
quid, &c. Ad secundum respondetur, quòd
illa verba fuerunt adiecta ad ampliandum,
vt dictum, est idcirco important aliud quàm
præcedentia. ita respondet Aluar. in d.c. feu-
dum ea lege. Non obstat quòd faciendo re-
seruationes, quas fecit, non videtur voluisse
recedere à propria natura feudi, quia faten-
dum est quòd per illas reseruationes voluit
illum ad quem deueniret feudum, ipsum
feudum tenere iure feudi, & sic noluit ad ali
quem feudum posse peruenire libere, quod
fuisset, si non fecisset illas reseruationes, vt
d.c.j. & d.c. feudum ea lege, & in hoc nō fuit
immutata natura, sed bene fuit immutata in
alio, videlicet quòd accipiēs in feudum pos-
set ad placitum disponere, & per consequēs
quòd in quosdā posset disponere & in quos-
dam non, cum hoc tamen quòd illi in quos
fieret dispositio, tenerent in feudum, & sic
circa dispositionem inter viuos vel in vltima
voluntate fuit natura immutata, nec verba
illa, & cui dederit in feudum, sunt quantum
ad hoc his similia, & quicquid placuerit per-
petuo, &c. Ad quintum & vltimum respon-
detur, quòd licèt Spec. illam formam posue
rit, & fuerit forma Roland. vt ibi Io. And. in
addit. tamen nullus est, qui dicat, quòd non
possit feudatarius testari & disponere de illo
feudo ad sui placitum, vnde standum est ver
bis, & ab illis non est recedendum d. l. non
aliter. de leg. iij. quæ quidem verba vt aliquid
operarentur ita debent intelligi d. l. si quan-
do. ff. de leg. primo.

In secundo autem dubio dicendum vide
10 tur, † quòd per vltimam inuestituram non
intelligitur derogatum primis, quia illæ se-
quentes sunt simpliciter factæ, & nihil intel
liguntur de nouo inducere, sed tantum con
firmare precedētes inuestituras, nec est verisi
mile quòd recipiens illam vltimam voluerit
ius suum in aliquo diminuere, quia nemo
præsumitur suum iactare. l. cùm de indebito,
de prob. nec quòd concedens voluerit ali-
quid innouare, quia in domino respectu va-
salli non debet præsumi nisi quod iustū est,
& fieri debuit iure permittente. c.j. de nou.
form. fidel. in fine. argumēto. l. merito. ff. pro
socio. & c.j. per quos fiat inuest. Sed si præsu-
meretur mutatio præcedentium, sub illa sim
plicitate præsumeretur iniustum & deli-
11 ctum, † quia noua iuramenta extorta contra
antiquam cōsuetudinem, intelliguntur per
impressionem præstita, ex eo quia consuetu
do solita in iuramentis fidelitatis est seruan-
da, adeo quòd non debet induci nouitas in
exactione. c. cum consuetudinis. de consue.
& tenet Spec. in tit. de feudo. §. quoniā. versi.
Et nota quòd non debet, & notant Bald. &
Aluar. in cap. j. qual. debet iur. vasal. fidel. vbi
dicunt,

32 dicunt, † quòd consuetudo solita seruanda est, alioquin præsumitur impressio. & ita dixit Bal. ex facto consultus super ardua causa, ad quod facit. c. Sanè, extra de excess. prel. & l. si per impressionem. C. quod met. causa. & quod habetur in c. ad aures. extra eo. titu. & per Innoc. in c. petitio. de iureiuran. & quod notatur in l. si qua loca. C. de fun. & sal. reip. libr. xj. & hoc satis declaratur in vltima inuestitura in qua apponuntur illa verba, ita tamen quòd feudum non possit in extraneas personas transferri. quæ in præcedentibus etiam fuerunt apposita. & hoc videtur satis clarum, quòd per vltimam simplicem non intelligitur derogatum præcedentibus. (habetur in simil. per Brunum consil. xij. col. ij. per Dec. latè consil. cxciij.)

Georg. de Ecclesia, Vicarius.
Marc. Saluc. & Reg.
Consil. ac request. magister.

Argumentum.

In materia ample cõcessionis feudi cũ verbis, & quicquid placuerit, &c. & cui dederit, quid importent, sequẽdo speciẽ facti de qua supra consi. xvij. & quãdo requiratur filiũ esse heredem patris, vt succedat in feudo.

SVMMARIVM.

1 *Ius feudi multiplex.*
2 *Filius cùm in inuestitura exprimitur, ex propria prouisione sua & domini uenit.*
3 *Alienationis appellatione hæredis institutio comprehenditur.*
4 *Res qualibet ad suam primæuam & regularem naturam facilè reuertitur.*
5 *Orationis uniuersalis natura ex persona qualitate restrictionem recipit, et etiam secundùm rei qualitatem relatione ad personam habita.*
6 *Filij quando uocati sunt, ut filij tantum censentur in capita uocati, & si patris hæredes non sint.*
7 *Verba, Eo modo, in inuestitura posita, quod pro non adiectis habenda sint, cũ de alijs modis præterquã qui in inuestitura continentur appareat.*
8 *Arbiter laudando si quid declarandum reseruauerit, licet postea nihil declaret, ualet in eo qđ laudauit.*
9 *Verba, cui dederis, in inuestitura posita & pro omni cõtractu uenditionis et alienationis sumi possunt.*
10 *Verb. Placuerit, in contractibus appositum merum et liberam uoluntatem denotat. Item & arbitrium boni uiri. & nu. seq.*
11 *Procurator in rem suã eam potestatem quã habet is qui eum constituit, quòd omnem potestatem habeat.*
12 *Hæredis adiectio in inuestitura facit ut feudum in extraneum hæredem transeat.*
14 *Verba prolata secundum subiectam materiam intelligi debent.*
15 *Inuestitus simpliciter, inuestitus pro se, filijs & nepotibus intelligitur.*
16 *Pater decedens filijs institutis uel ab intestato, si filij succedant in feudo, non iure testati uel intestati sed iure successionis feudorum ueniunt.*
17 *Pater filiũ in feudo cũ uniuersitate instituere potest.*
18 *Filij instituti in re certa, exclusi à feudi successione non intelliguntur.*
19 *Iuri accrescendi inter succedentes iure diuerso locus non est.*
20 *Institutio rei certæ loco legitimæ succedit.*
21 *Filia instituta in re certa cum fratribus uniuersaliter institutis in feudo ecclesiastico succedit.*
22 *Consortiũ radix et fundamentũ est iuris accrescendi.*
23 *Res diuisibiles de defuncto ad hæredes, trãsitus faciũt per portiones hæreditarias, & non in plus.*
24 *Filij quando sunt inæqualiter instituti, in feudo succedunt pro portionibus hæreditarijs, cum ad feudum uocentur ut hæredes non ut filij.*
25 *Filius ex necessitate iuris ad legitimam uocatur.*
26 *Filius non tantum ex prouisione patris uocatur quando ex domini prouisione, quando in inuestitura fuerit dictum pro se et filijs, uel pro se et hæredibus, filius uerò si simpliciter uocetur, uenit ex prouisione Conradi et ad instantiam patris.*
27 *Vasallus decedens filio instituto in re certa & extraneo in residuo, propter cohæredis incapacitatẽ seu dum ad dominum non redibit, sed uasallus per ius suum accrescendi uel nõ decrescendi totũ habebit.*
28 *Clausula insolita in actu dispositiuo suspicionem reddit.*
29 *Species siue qualitates opposita simul in eodem subiecto cadere non possunt.*
30 *Clau. Saluo iure, & ex inuestitura apposita quid importet.*
31 *Locutio generalis licèt restrictionem admittat quando aliquid includit, secus si non includat.*

CONSIL. XLIX.



IN CHRISTI nomine Amen. Visis consilijs prudentissimorum & magnę authoritatis virorũ Domi. Ambrosij de Vignate, & Domini Georgij de Ecclesia fratrum honorandorũ. Si quid in his dixero, occurret in illud Ruth. c. ij. dicẽtis. Et ego ea quę tradita sunt à magistris recito, & post terga metẽtiũ, quasi spicas colligẽdo, vado. quod Bald. retulit in l. precibus. C. de impub. & alijs sub. pro quorum omnium

B verita-

veritate,& si quidam dicerent, hoc decisum
in c.si quis ea lege.de feu.non haben.propri.
nat.hodie in l.si quis ea lege. de alienatione
feudi.quod fortè verum est inspecta tantum
prima inuestitura iunctis ijs, de quibus lo-
quuntur Andreas de Iser. Iac. de Bel.& Bal.
in d.l.si quis ea lege.& in c.j.§.si feudum.si de
feud.defunct.fu.cōtro. hodie in l.si feudum,
quæ sit causa bene.amit.propter amplissima
verba posita in illa,bellissimè ponderata per
primos consultores latissimam potestatem
conferentia. iuxta id quod à simili dicitur in
l.creditor.§.Lucius. ff.mand. licèt in contra-
rium faciat d.l.& si feudum. & doctrina Bal.
in l.liberti.C.de operis liber.vbi pro declara
tione verborum positorum in d.l. si quis ea
lege.& in l.si quis feudum. dixit,quòd verba
illa,& cuiuis dabis, nil aliud significant, nisi
ipsam puram & meram naturam feudi,quia
ad ius se remlit per act.aliter in simili no.in l.
Gaius.ff.solut.matri. per Bart.& l.vt respon-
sum.C.de contrahen.& commit. stip. etiam
si verba illa & possidendi, &c. & si sit verbū
conuentus est ius commune secundùm gl.
in l.qui mutuam.ff.manda. etiam includunt
illa verba, reseruato tamen sibi iure feudi &
superioritatis, cui non intendebat præiudi-
1 care. † Ius autem feudi multiplex est & inter
cætera reseruatio directi dominij in cap.j.de
inuest.de re.ali.fac.& in l.j.quid iur.ha.in feu.
val.& in c.negotium. si vas.de feud.interpel.
sue hodie in l.j.de euic.feu. & in c.j.§.liceat.
vbi glo.de cap.Cor.hodie in l.liceat.de alien.
feu.Secundò consistit in prohibitione trans-
ferendi quocunque titulo, in non suum ge-
nus & titulo inter viuos & causa mortis.in c.
Est optima.quib.mo.feu. olim. pos. alie. ho-
die in l.j.de alie.feu. Tertiò in aduocando in
casum cōmissæ feloniæ in dominum per to-
tum quæ sunt causæ benef.amitt. Quartò in
non valendo disponere etiam inter liberos.
in c.j.de suc.feu.hodie in l. si quis decesserit.
quemad.feud.succes. quæratur.& de succes.
descend. Quintò in præstatione iuramenti
fidelitatis, vt xxij.q. vltim.c.de Forma.& in
c.de forma.de iur.fidelita.in c.j.de noua for.
fi.hodie eo.tit.l.j.& ij.& iij. Sextò, quòd va-
sallus decedens cum pluribus filijs,quilibet
filiorum iurare debet domino,si feudum ha
bere voluerit.in ca.omnes filij.si de feud.de.
contro.feu. hodie in l.omnis. de forma fide.
Septimò vt quicunque filius vasalli feudum
ab hæreditate separare non possit, alterum
acceptando, alterum repudiando.in ca.j.an
agna.vel fi. hodie in l. si contigerit. de succ.
transuer.Si ergo inuestitor ipse in prima in-
uestitura reseruauit sibi iura feudi & supe-
rioritatis,quid ergo intelligi potest in prædi
cta?quid si est?ergo domino non consentien
te nec etiam alijs filijs non consentientibus
potuit ipse,scilicet pater idem quod vasallus
facere,quòd conuentio non concedebat &
si aliàs concedi potuisset. vt in cap.j.§.nulla.
per quos fi.inuest.hodie in l.nulla.de iura.fi-
deli.hoc etiam clarè deduci videbatur ex se-
cunda inuestitura,per quam videtur restrin-
gi prima inuestitura, cùm & si verba ipsius
primæ inuestituræ restringi videantur per
illam clausulam, reseruato. de qua dictum
extitit. tamen expressiùs restringūtur & de-
clarantur per secūdam, qua dicitur pro ipso
filio,qui non erat expressus in prima inuesti
tura. & multum plus operatur expressio fi-
lij quàm si facta non esset,vt dixit Cyn.& Ia.
Bald.in l.si liberti.C.de oper.lib.Barto.in l.vt
iurisiurandi.§. si liberi.ff.eo.de oper.lib.dixi
2 post Bald.& docto.in d.c.si contigerit † venit
enim cum exprimitur filius ex propria pro-
uisione sua & domini. sic aliàs dicitur patre
inuestito pro se & filijs, vt omnes dicunt vbi
supra,& moderni in l.quod dicitur.ff.de ver.
oblig.& similiter additum est illud verbum,
vel eorū hæredibus masculis legitimis.quod
non expresse fuit dictum in dicta prima in-
uestitura,sed simpliciter dictū pro se, & suis
hæredibus,& si id omissis masculis & legiti-
mis subintelligatur,vt in c.j.§.& si clientuli.de
alienatione feudi.hodie in l. & si clientuli.eo.
tit.adiectaque est illa clausula,ita tamē quòd
non transeat in personam extraneam. per
quod clarè constat restringi verba primę in-
uestituræ, si illa dicerentur æquiualere illi
clausulæ,& cui dederis.vt non videatur data
licentia alienādi in quacumque personam
etiam extraneam, & præter domini licen-
tiam.d. l. si quis ea lege. iuncta glos. ibi & sic
3 etiā testādi.† quia appellatione alienationis.
etiam hęredis institutio comprehenditur. vt
in l.peto.§.fin.& ibi Dy.& Bart.ff.de legat.ij.
facit quod legitur & notatur in l.si ita quis.§.
ea lege.ff.de verb.oblig.& Bald.& Salic.post
Cy.in l.ea lege.C.de cōdictione ob causam.
quidā in l.filiusfamil.§.diui.ff. de leg.j. alij in
l.quoties.C.de fideicommis.stāte natura hu-
ius verbi, dabis.insti.de actio.§. sic itaque. in
l.vbi autē non apparet. in fine.ff.de verbor.
obligat.quod legitur in l.si ita distrahatur. ff.
de contr.empt.Sic ergo in prima inuestitura
poterat

poterat in quamlibet personam extraneam alienare ergo extraneum poterat etiā hæredē instituere, vel extraneis legare, & fortiùs potuisset de feudo illo vni ex filijs prouidere, non obstante eo quod dicitur in l. si quis decesserit, quòd illud verbum ita tamen, &c. positum in secunda inuestitura restringit, & si tertia inuestitura, quæ dicitur per tutorem facta idem contineat. Quarta verò plus dubitationis affert, qua dicitur, visis inuestituris prioribus, simpliciter inuestitus fuit in feudum nobile & gentile, antiquum & paternum, reseruato iure superioritatis fidelitatis homagio. In qua quidem inuestitura nihil alienū à regulari natura feudi. Et quod alienum ex alijs arguebatur, hoc videretur

4 sublatum & redditum fuisse † ad primeuam & regularem naturam, quod facilè fit, vt in l. si unus. §. quod in specie. ff. de pact. & quia hæc posterior derogat prioribus. l. pacta nouissima. C. de pact. vbi glo. Cin. & Mod. in l. si quis. in princ. ff. de leg. iij. & in l. si mihi & tibi. §. in legatis. ff. de legatis iij. & præcipuè cū ex hoc præiudicium non inferatur agnatis nec dominis, sed tantum ipsis inuestito, qui conuentione potuit sibi legē imponere. l. legem C. de pact. & iuri suo renuntiare. l. si iudex ff. de minor. l. si quis in conscribendo. C. de pact. Quibus multum dubitabilis uidebatur dicta institutio, & etiam stante doctrina Spec. tit. de feud. §. quoniam in practica in modo inuestiendi. vbi etiam ipse inseruit hæc verba, ad habendū, tenendum, & possidendum &c, per quæ tamen verba non dixit altera-

5 ri regularem naturam feudi. Et † quia etiam natura vniuersalis orationis accepit restrictionem ex qualitate personę. l. ij. C. de sacro. eccl. iuncta. glo. & dictis per Cin. & Batt. ibi, & idem Barto. post Iacob. de Arena. in l. j. §. nuntiatio. ff. de. oper. nou. nunt. & in l. ut gradatim. §. sed si lege. ff. de muner. & honor. & secundum qualitatem rei habita relatione ad personam. l. plenum. §. equitij. ff. de vsu & habit. & uidetur hodie casus in d. l. si feudum. quæ est final. quæ sit causa benef. amit. vbi dicitur, si feudum ea lege datū sit, vt ipse hæredesque sui masculi & fœminæ & cui dederint, habeant, eisdem culpis amittitur, quibus & aliud feudum, quòd si vasallus alienauerit feudum apud emptorē esse desinet. Et sic illa verba, cui dederint, ristringantur, vt non comprehendant potestatem alienandi contra naturam regularem directi feudi. ergo nec etiam potestatem disponendi in testamento. per regulam in d. l. peto. §. fratre. de leg. ij. & uidetur firmare auctoritate Bal. in l. liberti. C. de oper. lib. dicentis, quòd per hæc verba, cui dederis, in nullo videtur abrogatum regulari naturæ feudorum, minus ergo in casu de quo quæritur, ubi in nulla ex dictis inuestituris hoc verbum additū est. Vltimò ad corroborationem præmissorum videtur facere ultima inuestitura qua pater. uidetur inuestitus pro se, & liberis simplici-

6 ter, per quæ verba † filij sunt uocati vt filij tantum, quo casu vocantur in capita, etiam absque eo quòd sint patris hæredes, vt pulchrè conclusit Barto. in l. vt iurisiurandi. §. si liberi. ff. de oper. liber. Cin. & Moder. in l. si liberti. & Bald. in l. si tibi. §. pactus. ff. de pact. in l. Gaius. ff. sol. matrim. maximè in contractu emphyteotico à quo in hoc regulatur feudum, iuxtam regulam positam per And. de Iser. in prælud. feud. vt plenissimè dico in c. j. an agnat. vel fil. & hoc plurimum faciebat dubitationem contra d. Ant. & eius fratrem velut hæredes sui patris, in quorum fauorē plurima occurrere videntur. in primis attenta natura primæ inuestituræ factæ in præsentiam. d. Azon. primò inuestiti, in qua ipse inuestitus fuit in feudum nobile, antiquum & paternum, eo modo quibus dicta feuda solita erant teneri à dictis d. Marchionibus Saluciarum. & cum nec de alijs modis constat, nec de alijs inuestituris, per quod illa

7 verba, † eo modo, &c. habentur pro non adiectis. ut in Lasse toto. & in l. si quis ita scripserit. de hæred. instit. & quod legitur & notatur in l. si stipulatus fuero hanc summam. ff. de verb. oblig. & in l. si testamentum. C. de inst. & substit. sub cond. fact. & l. cum pater. §. uicos. ff. de lega. ij. ad quod facit, quod pulchrè uoluit Din. in l. Triticum. ff. de verbo.

8 obligat. dicens, quòd † si arbiter laudando aliquid declarandum reseruauerit, licèt postea nihil declaret, valet ī eo quod laudauit, & sequitur Bald. in d. l. si testamentum. nam declarandum est de substantia ipsius arbitrij per l. in hoc iudicio. ff. eod. l. item labeo. §. j. eod. tit. & l. clemens. §. fin. ff. de hæred. instit. Quæ autem possent contineri in præcedentibus inuestituris, non possunt esse de substantia feudi, quæ solum sunt inuestitor & inuestitus, & res & iuramenti præstatio. c. j. de iur. fid. notatur. in c. j. §. res quæ. per quos fiat. inuest. cum itaque hic. d. Marchio Zomas pater Azo inuestitor & ipse d. Azo. inuestitus, & castra de quibus facta est inuesti-

tura interuenerint, & sufficiant pro validitatæ inuestituræ.illa adiectio, eo modo, &c. non debet viciare inuestituram, etiam si non appareat, qbus modis, & cõditionibus, &c. quia inuestitura facta est ab eo qui illam, & si anteà nulla tempore facta fuerit, facere potest, & simpliciter & purè, & absque aliqua qualitate.c.j.qui feud. dar. poss. & facit in similib. Doct.glo. Dyn. & aliorum in l.iij.§.j.ff. de acquir.poss.dicentium quòd qui ingreditur possessionem animo continuandi, si nõ possideat, incipit possidere, & ideò cum ipsa lex feudalis non det certam formam domino in modo inuestiendi, ipsum feudum, & ipsa inuestitura recipit legem ex conuentione partium ab initio, per d.l.legẽ.C.de pact. & l.contractus. de regul.iur. & probatur in simil.in l.j.C.de iur.emphy. & in l. si duo. de succes.transact. Imò quod plus est, lex feudalis expressè ampliauit potestatem domini. in d.l.feudum. & in l. si quis ea lege vt possit plenissimam dare potestatẽ vasallo dum

9 dixit, & cui dederis. quod glo. ibi † dicit sumendum pro omni contractu venditionis & alienationis. & sic etiam testari poterit. vt l.sicut.§.venditionis.quibus mod.pignor. vel hypo.solu.& i l. j.§.j.quæ res pigno.obli.poss. & etiam subdit glo. sine domini voluntate vt probatur l.j.in princ. de prohib. alien. per Feder.ibi, sine permissione, &c.à contrario sensu, quòd ualidum est.l.j.§. huius rei.ff. de offic.eius cui mand. est iurisd. quasi cum permissione domini possit alienare, quæ pmissio hic rectè constat per illa verba posita in inuestitura, ad habendum & possidendum, & quid tibi perpetuo placuerit faciendum.

10 nam hoc verbum, † placuerit, in contractu appositum denotat meram & liberam voluntatem, licèt in testamentis arbitrium boni uiri l.fin.§.si sic.& §. quamquam.ff. de leg. iij.& l.quod si nolit.§. placet.ff.de ædil.edict. l.placuit.C.de iud.l. placet.ff.de acquir.hær. & sic idem est dicere, quicquid tibi placuerit, & quicquid uolueris, & hoc casu non est dubium quod habet locum.l.si ea lege quoniam verbum, volo, includit liberam potestatem.l.verbis legis.ff.de uerb.sign. & l.creditor.§. Lucius.ff. mandat. & Bart. plenè in l. filiusfamilias.ff. de donat.& l. cum quidam. de leg.ij.& in l. fideicommissaria libertas. de fid.liber. sic ergo erit de verbo, placuerit. & licèt Bart. in extrauagant. ad reprimendum quomodo.in læs.maie.crimin. dixerit in uerbo

11 videbitur, quòd † uerbum, placet, denotat arbitrium boni uiri. per l.Thais ancilla.§. sorore.ff.de fid.lib. hoc in testamento, non in cõtractu, vt dixi, & probatur in l.j.ff. de pact. ibi, in idem placitum, & cõsensus, & pactum est voluntarium.l.nec emere.C.de iur.delib. l.sicut.C. de act.empt. hoc etiam probatur ex illis verbis, ita tamen quòd extraneã personam, &c. per quam inducitur prohibitio alienationis in certum genus personarum, ergo in alijs videtur collata potestas.argum. eius quod dicit glo.in l.in his.ff. de leg.ij. per regulam.l.cum prætor.ff.de iudic.Item quia exclusio unius est inclusio alterius.l.maritus. C.de procur.sic econtra.in l.Marcellus.ff.de donat. inter vir. & quia alias illa verba nihil operarentur contra.l. si quando.ff. de leg.j. nam cum vasallus sit vtiliter dominus, vt voluit glo.in l.iij.§.ex contrario.ff. de acquiren. poss.& text. cum glo. in c.j. de inuest. de re alien.fact.hodie. in l.j. quid iur.hab. in feud. vasal. omnia potest uasallus præterquam potestatem alienandi, ideo illa intelligi debet

12 concessa hoc etiam plus per illa verba, † & constituit eum procuratorem in rem ipsam cum illa potestate quam habet ipse Baro inuestitor, per quæ uerba intelligitur omnis potestas concessa, ut uoluit in simil.b. Ange. in l.si is qui ducenta.ff. ad Trebel. probatur in l.j.ff.de constit. princip. Sed ipse Baro potuisset & donare & uendere & de his testari, & adhuc potest ratione proprietatis. ergo idem poterit uasallus ratione vtilis dominij, quod habet in simili. etiam probatur, inhærẽdo opinioni Iacob.de Bel.& Odoff. dicen-

13 tium † quod adiectio hæredis, in inuestitura facit ut transeat in hæredem extraneum, vt verbum aliquid operetur, & si hoc communiter non teneatur, nisi cum dictum fuerit quibuscunque secundum Bald.in d.rubr.de rerum diuis. & in l. imperialem. de prohib. feud.alien, licèt aliud senserit in l.j. eod.tit.& fortè non benè, per quæ declaratur & limitatur.d.l.si quis decesserit.ut intelligitur, nisi aliud actũ sit, quod potest iuribus præallegatis.& in l.j.de natur. succes.feud. & d.§. cum verò Conradus.& in l. si duo.de succes. trãs. uer.vbi valet pactum, quòd filia fœmina succedat, præter naturam feudi pariter ergo valet quod possit disponere de feudo, prout volet, maximè inter filios, inter quos etiam sine uoluntate domini posset alienare. d.l. alienatio.& sic totũ feudum posset ad vnum reuerti. fortius ergo potuit dominus concedere uasallo vt vni assignare possit, & conueniet

ueniet cum iure scripto in iure patronatus, quòd pater vni filiorum possit.l.j.§. assignare. ff. de assigna.liber. & in specie voluit hoc Odofred.& quidam alij antiqui etiam absq; licentia domini vasallum posse, & si alij contra in d.l.si quis decesserit.& Bald. dixit in d. rubr.de rerum diuis.Nec obstat illa reseruatio, saluo iure superioritatis & feudi, per ea quæ dicta sunt supra in alijs consilijs,vbi concluditur, quòd ijsdem culpis perdatur, quibus verum feudum, prout dicitur in d. l. si
14 quis ea lege. & hoc † quia verba prolata debent intelligi secundum subiectam materiã. in l.si stipulatus.ff.de vsur.& solum voluit reseruare ius superioritatis, ad quemcunque transeat, attento quòd si illud verbum non esset adiectum, desijsset esse dominus,& ipse primò inuestitus fuisset effectus dominus pleno iure.per l. sancimus. C. de donat.& l. beneficium.de constit.princip.cap.cum dilectus.de donat.facit quod in similib. habetur in c.j.§. nulla. per quos fiat inuest. in l.nulla. de iure.fidel. per quæ concluditur dictos institutos in re certa in testamento per patrem potuisse à feudi successione excludi.

Et si quis diceret non posse per d.l. si quis decesserit. considero quòd inter cætera re-
15 gularia feudorum est, vt hodie † si quis simpliciter inuestitur,puta,inuestio te de tali castro in feudo absque alia expressione intelligitur inuestitus pro se & filijs & nepotibus.c.j.§.quia non.qui feud.dar.poss.& licet olim vsque in tertiam generationem, hodie in infinitum.d.l.§. hoc hodie.in l. sciendum. de success. transuer. quo casu & si filij vocentur,& cæteri descendentes per directam lineam prædictis iuribus.& in l.j. de nat. succ. feud.vocantur tamen vt hæredes & non aliter.in c.j.an agnat.vel fil. in l. si contigerit. de success. transuer. & hoc est, quia accurs. dixit in l.item videndum.ff.de pet.hęre. quòd feudum venit in iudicio petitionis hęreditatis, & in iudicio familiæ erciscundæ. l. si familię iudicio. C.fam. ercisc. & sic filius non succedet,nisi prout patris hæres.d. c. si contigerit. & si ab hęreditate abstineant, nec feudum habebunt,vt in text.& gloss.& per Iacob.de Bel.And. de Isern. Odofr.in summa qui succ. in feud.& clariss.Andr. de Isern.in d.l.si quis decesserit. circa principium, dicentes, quòd modum subtilius considerantes,dicũt quòd si feudum concedatur patri & consequenter filijs, quia vnusquisque sibi suisque hęredibus prospexisse videntur. l. si pactum. ff. de probat.& contemplatione patris videtur datum filijs, & per ordinem primo patri, post filijs.l.cum pater.§.fina.de legat.ij.l.heredes. mei.§.ij.ff.ad Trebel. & illi succedunt in feudum si patri sunt hęredes. & filijs tunc datur contemplatione patris,quando eos nominatim non designat nominando proprijs nominibus, aliter notata in l. item quæritur. §. qui proprio.ff.de procur.l. annua.§.j. de ann. leg.l.sed & si plures.§.in arrogato.ff. de vulg. & pupil.itaque concludit idem Andr. quòd videtur pater esse inuestitus simpliciter, & filij vocati ordine successiuo, etiam si dicatur pro se & filijs videtur expressum, quòd tacitè inerat, ideo non videntur venire nisi vt hęredes patris, & non hęredes non venirent ad feudum, nec exhęredari nisi filius fuerit proprio nomine expressus in inuestitura, quia tunc paterna exhęredatio ei non nocet.allegat l.dedit dotem.ff.de coll. bono. l.quodcunque.§.j.de verb. oblig.l. filiusfam. §.cum quis. de leg.j.l. veteris.C. de contrah. & com.stipu.& non multum discrepat idem And.in d.l. si contigerit. dicens in feudo paterno & antiquo, quod hi successores non habent feudum à defuncto, qui in feudo & de feudo nihil potuit ordinare.d.l.si quis decesserit, sed habet ex prouidentia concedentis illi prędecessori, qui fuit agnatus communis.in cap.j.de grad.succ.in feud.& l.j.eo. tit. quod dixit procedere vbi inuestitura facta est pro se,& liberis, prout in summa voluit Bald. & Pileus. licet si conceditur feudum Titio, intelligitur hęredibus d. l. si duo. & vbi sibi & hęredibus dixit feudum esse hęreditarium,quod venit in petitione hæreditatis in quo non succedit nisi hęres, sed vbi dictum est Titio, & liberis suis, tunc voluit concedens præuidere omnibus, qui sunt de numero liberorum,& in hoc succedit regula,qui non est hęres.ff.de oper.lib.l. si operarum.& hoc dicit And. procedere secundum quosdam,quos ipse sequi videtur. Per quod sequitur quòd virtute primæ inuestituræ factæ in personam. d. Azo. hi filij d. Ioan. non possunt venire nisi vt hęredes, & fortius virtute inuestiturę factæ in personam.d. Ioann. prima vice pro se, & hæredibus, sed virtute alterius inuestituræ factæ pro se & liberis, etiam si non sunt heredes, liberi venire poterunt,quibus satis consonat effectu doctrina Bald.in d. l. si quis decesserit. mirabiliter
16 dicentis, quod † si pater decesserit filijs institutis vel ab intestato,& si filij succedant in

feudo non veniunt iure testati vel intestati, sed iure successionis feudorum. nec mirum quia aliàs hoc euenit.instit. de reg.procur. & C.de fideicomm. auth. hoc amplius.allegatur simile de pupillo qui propriè non dicitur decedere intestatus.l.j.in fi. ff.de suis. & leg. licèt de benignitate ipse sumpto vocabulo, habeatur pro intestato. simile dicitur in his qui succedunt damnato ad mortẽ, vt l. vnic. C.de rapt.virgin. Et si quidam etiam dicant non succedere ex testamento, sed quia feudum transit cum vniuersitate, & propterea feudum venit in petitione hæredit.l.item videndum.§.fin.de pet.hær. & in l.fin. de edict.
17 diu. Adr tol. ex quo infertur, quòd † pater potest filium instituere in feudo cum vniuersitate, quia vna res non potest separari ab institutione hæredis.l. si miles vnum ex fundo. ff.de testa.mili.& l.si quis ita.de hæred instit. vnde facta coniunctione istarum inuestiturarum, prima qua simpliciter fuit inuestitus d. Azo. & alterius qua fuit Ioan.pro se. & d. Azo.& suis hęredib.altera qua idem d. Ioan fuit inuestitus pro se & liberis, secundum duas primas filij ad feudum non veniunt, nisi hæredes sint, secundum tertiam veniunt absque eo, & ideo cùm hic Ioan. pater instituerit Antonium & Georgium vniuersales hęredes, non dubium quod admittuntur etiam ad successionem feudi. vt in d.l. si contigerit.& in l.si quis decesserit. & in l.j.de nat. succ. feud. sed cæteros filios instituit in rebus certis, quæ si non sufficiunt ad legitimam, ad supplementum agere potuerunt.l. sciendum.§.repletione.C.de inoffi.testam.& l.omninò. & quia iure institutionis hæc habent & pro sua legitima, vt sonant verba testamenti, non est dubitandum quòd hæredes dicuntur pro quota.in authen. de trient. & semis. & Bald. in l. vnica. C. quando non pet.partes.& benefacit l.Papinianus.§. quoniam quarta.& quod ibi per glo.ff. de inoffi. testamen.& dixi latissimè in l.in quartam. ad leg. Falcid. & si tamen talis institutio secundum Bart.& Bald.in l.quoties. de hær. instit. sit tertia species, per text.in Authent.vt cum de appel.cogn.§.aliud quoque capitulum.& notatur per scrib.in auth.ex causa. C. de lib. præter. dico in l. filio præterito. ff. de iniust. rupt.test. quo casu non reperitur lex feudalis, quæ ita institutos excludat vel admittat expresè, & ideo recurrendum est ad interpretationem vel ad ius ciuile.l.j. vbi per omnes.de cogn. feud. hoc tamen ius feudorum cum vsque ad hæc nostra tempora fuerit, pro non scripto, etsi paulò ante Conradum habuerit initium, vt in cap.j.§.quia. qui feud. dar. poss. & si hodiè sit lex scripta per Federicum approbata die xv. Ianuarij præsentis anni, fuit tamen incognita iuri Digestorum. C.& Auth. & si Accursio cognita fuerit, vt dixi in l. de quibus. ff. de legib. & in l.j. C. quæ sit longa.consue. per quod non possum dicere eo iure, nec authẽticorum prouisum esse nisi ex similitudine casuũ.per l. non possunt. ff. de legib. & sic non nemini me legisse iure Lōgobardo fore prouisum, quo etiã quãdo causa feudalis terminatur, vt in l. j. de cons. feud.& ex verb.Iacob. de Bel. in d.l. si contigerit.& Odofr.in summa, qui succe.in feud. latis dici videbatur eos admittendos vna cum vniuersaliter institutis, dicentis quòd cum facto patris non instituentis filios vniuersaliter, ipsi non sint hæredes vniuersales, & pater non potest disponere in præiudiciũ filiorum, vt in d.l.si quis decesserit.Ideo si pater etiã filios exhæredauerit, & iniustè non erunt exclusi à successione feudi, sed succedent vna cum institutis, non obstante. l.si contigerit. quam dicit intelligendam in filijs, qui possunt esse hæredes & nolunt esse, vnde non potest alterum ab altero separari, & fortius ex his videretur vera determina-
18 tio Bald. in l.si liberi. dicentis † filios institutos in re certa, non intelligi exclusos à successione feudi, quod Bald. clarè firmauit in d.l.si quis decesserit. dicens quòd sufficit titulus nominis absque eo quòd sit vniuersaliter institutus, iuxta notata per Specul. in tit. de testam.in fi. & allegant. quia cum feudũ non sit propriè de corpore hęreditatis, istud nomen, hęres, respectu bonorum extrinsecorum, quę non sunt de corpore hęreditatis, verificatur etiam in hęrede in re certa, ita dicit Bald.vbi supra. quod ego clarius deducebam in d.l. si contigerit. primò, quia si per huiuscemodi institutionem in re certa, filius excluderetur à feudo, quia non hęres, licèt directo non possit filium priuare feudo.d.l.si quis decesserit.posset per indirectũ, contra l.scire oportet.§. oportet. de excus.tut. Scdò q in filio hẽt ius vniuersalis institutionis.d.§. aliud.in Authẽ.vt cum de appel.cogn.& gl. in authen. vnde si parens.C.de inoffic. testa. Tertiò ex doctrina Bartol. in l. quoties. & l. ex facto.supra allegatis.dicẽtis, quòd est tertia species seu tertium genus medium inter institutionem vniuersalem & legatum.

Quartò

Quartò ratione iuris accrescendi instituto vniuersaliter repudiante, quod contingere
19 nō potest, nisi esset hæres, quia† inter succedentes iure diuerso cessat ius accrescendi. l. si mulieri & Titio. ff. de vsufr. accr. & Bart. in
20 l. re coniuncti. ff. de leg. iij. Quintò, quia in filio instituto in re certa, illa institutio succedit loco legitimæ, vt d. §. Aliud quoque capitulum. in Authē. vt cum de app. cognit. & si res illa non suppleret legitimam, ad supplementum agit d. l. Si quando. in fine. & d. l. Omnimodo. C. de inoffi. testam. legitima vero est quarta in Auth. de trien. & semis. §. quò niā quarta. Bald. etiam in d. l. j. quando non pet. part. ergo etiam institutio ex re certa ex regula subrogatorum, vt l. Item de const. pecun. vbi Gul. & l. si quis eum. §. Qui iniuriarum. ff. si quis caut. Bartol. post Din. in l. j. ff. si quis testa. lib. iuss. esse fuerit. Sextò quia inspecta natura feudi filius plus vocari videtur iure filiationis quàm iure hæreditario d. l. j. de succ. feud. iunct. cap. j. §. & si clientulus, de aliena. feudi in vsib. feud. multis enim casibus vocatur, vt filius absque eo quòd sit hæres, vt per Cyn. Bar. & Bal. in l. liberti. §. si liberi. ergo potius debet cōsiderari illa prior causa quàm secunda. argu. l. si quis nec causam. Si cert. pet. & l. qui exceptis. ff. de cōd. indeb.

Septimò quia hoc non reperio prohibitum iure feudorum, vt institutus in re certa non succedat in feudo, ergo stamus in regula. d. l. j. de nat. succ. feud. Octauò quia in his quæ principaliter transeunt ad filium vt filium, & si vt hæres non attenditur quantum apud filium remaneat, quominus illa in totum quæ iure sanguinis ascribuntur, vt est text. cum glo. prima. ff. ad Trebellian. text. cum glo. & ibi Bart. & Bald. in l. pro hærede. in fine. ff. de acquir. hæredi. Nonò quia filio instituto in re certa, hoc pendet à patre & non à filio. l. j. C. de sacr. eccl. fuit enim in patris potestate instituere filium quo modo vellet, vt dicit Gulielmus in l. scimus antea. §. repletionem. C. de inoffi. testam. quod ergo non fit hæres vniuersalis fuit culpa patris non filij, quæ non debet filio nocere. l. iij. de interdict. & releg. l. emancipatum. ff. de sena. per Bald. in cap. vassalli. si vassal. feud. priua. Decimò quia hoc esset damnosum domino cuius interest pro eodem feudo habere plures vassallos. in c. omnes. si de feud. def. & l. omnes. de iur. fidel. Vndecimò quia in l. si contigerit. filius excluditur facto suo renunciando hereditatem paternam, per quam fit etiā patri quasi iniuriā. C. de iure deliberan. infam. l. renitente. & quidam notant in l. in suis. de libe. & posth. reputat enim lex vnum corpus patris & filij. l. fi. C. de imp. & al. subst. & vox patris vox filij. §. si quis alij. Inst. de inu. stipu. & omni iure dicitur filius, ergo hæres. Paulus Apost. ad Gal. iiij. xxxij. quæst. iiij. dicit, & glo. in l. si quis ad declinandam. C. de episc. & cler. l. fin. C. de repud. hæred. in l. necessarijs. ff. de acquir. hæred. in §. sui Instit. de hær. qual. & diff. & ius feudorum reputauit hanc iniuriam abstinere ab hæreditate paterna, adhesitque illi regulæ, vt ex iudicio quod impugnat, commodum non sentiat. l. fin. ff. de inoffi. testamen. in l. post te. de his quib. vt indi. & ad feudū quomodocunque vocetur, venit ex patris prouidentia. per Bar. & Moder. in l. quod dicitur. ff. de verb. oblig. dixi in l. j. quemadm. feud. succes. & in l. si capitanei. eod. titu. vt dixi. siue ex testamento siue ab intestato renuntiat, impugnat iudicium defuncti. l. abrate. de iur. codi. cuius interest habere hæredē. l. quia. ff. de inter. act. quæ iniuria cessat vbi filius institutus in re certa paternum iudicium sequitur, & si plus petit, quàm pater reliquerit ad supplementum legitimæ, & firmare videtur. auct. Guil.
21 in Spec. de testam. in §. j. in fin. in† filia instituta in re certa, quam dicit succedere vnà cum fratribus vniuersaliter institutis in emphyteusi ecclesiastica, per plures rationes, etiam si fuerit iussa non plus petere, de quo etiam dixit in titu. de locato. §. nunc aliqua. versi. lxxviij. per quam doctrinam Bart. firmauit quod dixit d. §. si liberi. & fortè non bene, cum Spec. loquatur in emphyteusi accepta pro se, & filijs, quo casu procedunt rationes ibi allegatę, sed vbi simpliciter accepisset pro se vel pro se & hæredibus, nō procederent iura & rationes, nec etiam conclusio, vt dico in d. l. si contigerit. & videtur fuisse de mente Bald. in d. l. liberti. in verbo, sed quid si statutum, reprehendentis Bart. & dicentis, si quid pater accepit pro se, & filijs, non est vis an sit institutus, vel non. Si autem dixerit pro se, & hæredibus, solutio Bart. est falsa, quia cùm verbum, hæredibus, intelligatur propriè. l. quædam. §. is autē. de edend. & res certa hæreditatis appellatione non contineatur, quia hoc nomen, hæredis, non tantum demonstrat quantum distribuit, & non habenti quotam nihil potest proportionabiliter distribui. l. j. C. de impub. nec Bart. (vt dixi) bene allegat doct. Specu. secundū

B 4 cum

eum allegantem.in l. cum à matre.C. de rei vendi. & ideo tali casu fratres vniuersaliter instituti totum habebunt, & filia in re certa instituta nihil plus etiam videtur voluisse, quòd illis fratribus suis filijs deficientibus, filio nihil accrescit, sed ad dominum reuertetur non extantibus alijs agnatis, tanquam
22 non consorti. Nam † consortium est radix & fundamentum iuris accrescendi.l. ex facto. in fi.ff.de vulg.& pupil. & si propter hoc plurimum dubius fuerim.in dicta l.si contigerit. nunc maturius considerans, & quod negari non potest, hoc in re certa institutos esse filios,& quòd puri sunt hæredes etiam iuris dispositione, vt in §. aliud quoque. & quòd feudalis ex vtroque capite filium vocat ad feudum,& quia filius, & quia hæres, vbi aliter nec patris prouidentia,nec domini, & in pluribus institutio in re certa adhæret vniuersaliter instituto in quota, & quia lex feudalis multum restrinxit potestatem patris in l. si quis decesserit. & etiam quia hoc casu lex feudalis expresè non vocat nec excludit hunc institutum in re certa,& absurdum videretur hunc institutum in re certa adæquari vniuersaliter instituto, & absurdum esset eum in totum excludi, sequendo mediam viam, vt plerumque faciunt leges, vt notatur in l.siue.& l.nesenius.ff.de neg.gest. & vt ex bono & æquo iuxta illud Iuliani in l. seruum.§.sequitur.ff.de verbor.oblig.& ex quo omnes dicunt esse quasi speciem mistam institutionem in re certa, præsertim filio instituto, & materia fauorabili regulabitur ex quasi natura simplicium, vt l.si ita scriptum. de liber.& posth.& l.Clemens. de hær. insti. & Bart.plenè in l.ij.in princ.ff.de verb.oblig.
23 & † in quacunque re diuisibili, de defuncto ad hæredes transitus fiunt per portiones hæreditarias, & non in plus. l. cum à matre. C. de rei vend.l. pro hæreditarijs. C. de hæred. act. vbi Cyn.& Petr. in l. hæredes. §. an ea.ff. famil.ercisc.text.glo.& Bar. in l.iiij.§. Cato.ff. de verb.oblig. & non in plus. sed vltra id est extraneus defuncto. text.cum glo.& Bart.in l.ij.§.si quis ex his.ff.de præt. stip facit quod plenè legitur & notatur in l.ij.§.ex his. ff. de verbo.oblig. & cum effectu isti instituti in re certa sunt hæredes pro quota legitimæ, quæ est habito numero filiorum,prout dicitur in Authē.nouissima.C.de inoffi.test.& in corp. vnde sumitur, pro ea rata feudum habebit, prout deduxi in d.l.si cōtigerit. in magna distinct. in modis, & formis inuestiturarum, vt primo casu cum vasallus fuit inuestitus simpliciter,si decesserit ab intestato, sicut in viriles hæreditas & patrimoniale diuiditur. l.fin.C. de lib.præter. instit. de hære. quę ab intest.defe.ita & feudum,quia ita illos vocauit Conradus in d.§.cum vero Conradus.& idem si decessit testatus filios ęqualiter instituendo,vt natura docet & ius ciuile.l.fin. C.
24 famil.ercisc.vbi † verò inæqualiter filios instituerit,tunc pro portionibus hæreditarijs, attento quòd ad feudum vocatur vt hęres,nō vt filius, licèt non alius quàm filius possit venire.l.j.de natu. succ.feud. & in cap.j.§.& si clientulus.& tunc glos.& Mod. in l. hæredibus.§.fin.& in l.ex facto.§. si quis rogatus.ff. ad Trebel. quia pluribus hæredibus institutis nemo dicitur personam testatoris pręsentare,nisi pro parte pro qua est hęres,& in residuo dicitur extraneus,& licèt filius, non tamen hæres,vt dixit glo.in l.ij.§.si quis ex his. de præt. stipul.& in d.l.cum à matre. & in l. fina.§.in computatione.vbi Doct. C. de iure delib.in ea parte tantum vocabitur ad feudum.& pro his ratis, quia feudum accedat hæreditati, vt dixit glo. in d.l.item videndū. & Bald. post antiq. vbi supra dicendum est vt ex quota reguletur ab eo,cui accedit.vt in
15 regula accessoriorum, ne alijs plus esset in accessorio quam in principali, contra l. græce. §.illud.ff. de fideiuss. nec est vera ratio Bald. in d. l. si quis decesserit. quam supra retuli,
25 quia aliàs dicendo, cum † filius vocetur ad legitimam ex necessitate iuris.in authen. de trient.& semiss.in princi. & l. Papinianus. §.quoniā quarta.ff.de inoffi. testam. in Auth. vt cum de appel.cogn.§.aliud quoque.in Authen.nouissima.C. de inoffi. testam.quòd illam non haberet filius nec iure testati, nec iure intestati,sed quodam iure successiuo sicut dicitur in monasterio in Authē. ingressi. C.de sacr.sanct. eccl. & in fisco. per Dyn. & Bart.in l.j.§.de bona.C.de iur. fisci. quod est falsum,vt plenè notatur in l.vnic.C. quando non pet.part.per Cyn. & Bal. nā si institutus in leg.non caperet ex testamento, esset præteritus,& ideo testamentum nullum,nec haberet ius accrescendi,contra quæ omnis lex clamat.solum enim Conradus illud ius succedendi in feudis & illam necessitatem statuit,quam ius commune imponit patri in legitima, quasi sicut pater non potest filium excludere à iure legitimæ.d.§. aliud quoque capitulū.ita nec à iure feudi.vt d.l. si quis decesserit, & similiter sicut non potest illum grauare

grauare in legitima, vt d.l.quoniam in prioribus.C.de inoffic.testam. Nec video, quòd competentius ius filius non specialiter vocatus in inuestitura habere debeat plus iuris succedendi in feudis, quàm in bonis patrimonialibus patris, ad quorum successionẽ lex naturæ vocat. vt l.cum ratio. ff. de bon. dam.l.si quis legatum. ff. de fals. l.scripto. ff. vn.liberi.& lex ciuilis.l. in suis. ff. de liber.& postius canonum xvij.quæst.vltima.ius diuinum ad Galatas, iiij.cap.xxx.quæst.iiij.dicat aliquis & in feudis solum Conradus imperator prior vocauit, & sic hodie illa deducta sunt, & restricta ad legitimam quantum ad necessitandum patrem ita, & etiam in feudis, licèt Iacob.Columb.gl.in d.§.cum verò
26 dixerit, quòd † filius non vocatur tantum ex prouisione patris, quantum ex prouisione domini, hoc verum quando in inuestitura fuerit hoc dictum, puta, pro se, & filijs, vel pro se & hæredibus; sed vbi simpliciter vt in primo casu, tunc ex prouisione Conradi, & ad instantiam patris, vt d.§.cum verò Conradus. non enim domini ibi supplicauerunt Conrado, sed vasalli, quorum intererat, vt etiam dominis inuitis feudum ad filios & nepotes transiret, & si hoc esset verum indistinctè, quod dixit glos. ex hoc quod hi filij in re certa instituti succedant in legitima tantum, vel in maiori parte, non interest dominorum, cum ratione cuiuslibet minimæ partis teneatur quilibet fidelitatem iurare & præstare seruitia in solidum. d.l. omnes filij. nec obstat l. si quis decesserit. quia per hoc pater non dicitur disponere de feudo, licèt per quandam cõsequentiam ratione partis legitimæ, nec hoc est inconueniens, vt ratione adiuncti ei accedit aliquid quod est ex se prohibitum veniat, vt l.j.ff.de fund.dot.& l.in modicis.ff.de contrah.empt.& l.Quædã ff.de acquiren.rer.dom. Nec obstat si diceretur ex hoc sequi posse hoc inconueniens, quòd patre habente tantum vnum filium, quem instituit in legitima, & extraneum in vniuerso, quòd tunc filius habebit tantum tertiam partem feudi, & reliquæ partes transibunt ad extraneum hæredem, quod est falsum vel vacuæ stabunt, quod non est dicendum, ex quo feudum est hæreditarium per regul.l.ius nostrum.ff.de regul.iur. vel ad dominum redibit, quod magis est absurdum, & contra regulã feudalem, quæ est vt feudũ ad dominum redeat, cùm vasallus sine descendente masculo & agnatis decesserit. in

27 d.c.j.de nat. succe.feud.c.j.& licèt † vassallus decedat cum filio instituto in re certa, verũ est dicere eum decessisse cum filio hærede, non ergo dicendum est ad dominum reuerti, vnde eo casu totum habebit vassallus, per ius suum accrescendi, & ius suum nõ decrescendi, data incapacitate cohæredum.arg.l. huiusmodi.§.Si quis Titio.ff.de leg.j.vbi glo. Bar.& mod.& in l.si Titio & ei.ff.de leg.ij. & præcipue cum ius accrescendi cohereat rei & non personæ, vt in l. si ex pluribus. ff. de suis, & leg.& hic cõuenit res scilicet pars seu di & persona, quia filius, & etiam nomen, quia hæres, licèt non in solidum. facit l. pro hærede.in fine iuncta d.l.quia. cum sua glos. ff.ad trebel.& etiam in simili in l.prima.§. & si sit.ff.de assig. liber. Nec obstat quod hic d. Ioan. fuit solus inuestitus pro se, & liberis, quo casu (vt dictum est) liberi vocantur, quia cum inspecta prima inuestitura.d.Azo.& secunda etiam pro domino Azon. & Ioan. in quarum prima fuit simpliciter inuestitus, in secũda pro se & hæredibus liberi sunt vocati vt heredes, & omnibus descendentibus in infinitum est ius quæsitum quasi ex prouidentia patris & domini, non potuit illa qualitas alterari, sed perinde habetur ac si illud verbum pro liberis, non fuisset appositum, primo ex doctrina Bald.in simil. in authent. qui rem.aliàs in auth.perpetua.C.de sacros. eccl.dicentis, quòd vbi emphyteusis incipit habere certã formam, puta, vsque in tertiam generationem, si renouaretur in quartam, non teneret illa qualitatis mutatio, similiter pro hoc etiam facit glo.in l.quinta.ff.de con
28 dit.instit.quæ voluit † quòd inusitata clausula in actu dispositiuo, reddit suspicionem. Tertiò quod etiam tertio loco videtur sensisse Spe.in titu.de feud. §.quoniam.versi.& nota quòd non debet.& Bald.in cap.j.qualiter vassall. dicentes, quòd in huiusmodi inuestituris debet seruari consuetudo vsitata, aliàs præsumitur surreptio, vt refert Bald.se consuluisse. faciunt quæ dicit idem Bald. in rubr.ff.de rer.diuis.in iiij.quæst. dicens, quòd vbi est data noua forma inuestituræ, ibi dicitur esse nouum feudum, allegat notata in cap.hi qui. de præb. lib. vj. allegat etiam notata per Barto.in l. si mihi & Titio.ff. de verborum oblig. vnde hoc videtur includere cõtrarietatem in eodem subiecto, vt sit antiquum & nouum, quia sunt vt species appositæ, iuxta notata in l. cum quid. ff. si certum petat. in l. vinum. ff. de vin. triti. ole. legat.

quæ

29 quæ † non possunt simul in eodem subiecto cadere. l. j. C. de furt. l. vbi repugnantia. ff. de regul. iur. & si Bald. in cap. alienatio. de alie. feud. dixerit, etiam nouum datum possidendum vt antiquum assumere naturam feudi antiqui. argum. l. quicunque. de om. agr. desert. vt ergo mens verbis conueniat, iuxta illud Tuberonis. in l. Labeo. §. idẽ Tubero. ff. de supel. leg. est oportunum, vt illud sit feudum antiquum, vt primò erat, non mutata qualitate. & hoc colligi videtur ex prima inuestitura, in qua refert se ad præcedentes inuestituras. & similiter in ea qua dicitur, visis inuestituris, &c. per quæ clara colligitur intentio cõtrahentium nolle recedere à primis in quibus expressio liberorum minimè facta est, & similiter non intelligitur derogatum lauissime potestati datæ. d. Azo. circa feudum, quæ maior esse non posset, cum solum in casibus non expressis nec contentis sub illa clausula, remaneat ius feudi saluum, & ideo poterit vendere, donare & alteri dare, & de eo disponere pro libito voluntatis. secundùm Andr. de Iser. in d. l. feudum. & bene facit quod idem voluit in d. l. si quis lege. dicẽs, quòd per illa verba, donec ipsa alij non concedit, dicitur esse iure feudi, & intelligitur data potestas dandi alteri iure feudi secundùm quosdam, secundùm alios vt possit alteri dare liberè, & ideo ad tollendã hanc diuersitatem opinionum, in inuestitu-
30 ra concedens adiecit. † Saluo iure, &c. vt huic intelligatur data potestas alij dãdi etiã absque consensu domini, dummodò det iure feudi, & sic reseruata fidelitate & directo dominio, & vt ex culpis feudum perdatur. d. l. feudum. facit quod in simili dixit glos. de hac clausula saluo iure meo in l. Labeo. ff. famil. ercisc. & Spec. de locato. §. nunc aliqua. versicul. xxv. & secundùm prædicta intelligo practicam eiusdem Spe. de feud. §. j. in prin. vbi propriè adiecit hanc clausulam saluo iure superioritatis, & feudi, non tamen quod hic sequitur, & similiter intelligatur Docto. Ioan. And. in addit. ad Spe. de præscr. in rub. in vlti. quæst. prout intelligantur illa verba, dedit in feudum nobile, & liberum, ac francum, vt per hoc non videantur remissa seruitia, de quibus in l. j. & ij. de iur. fidel. xxij. quæst. vltima. c. de forma. & cap. veritatis. de iuramento. etiam si fuerit remissum iuramẽtum quod potest, per quos fiat inuest. cap. j. in l. nulla. de iur. fidel. per quæ colligitur responsio ad rationes in contrarium adductas & quia si per illam clausulam intelligeretur reseruata omnis regularis natura feudi, & restricta essent illa verba ita generaliter pro-
31 lata, illa nihil operarentur. & † licèt generalis locutio recipiat restrictionẽ, vt d. l. j. C. de sacr. sanct. eccles. illud est verum, quando illa dispositio esset restricta adhuc aliquid includeret, vt dixit Iacob. de Aret. & sequitur Barto. in l. primo. §. nuntiatio. ff. de oper. nou. nuntiatio. aliàs debet remanere in eius generalitate. l. prima. §. & generaliter. ff. de leg. præst. & in dubio à verbis non est recedendum. l. aliter. ff. de leg. iij.

Itaque ex his rectè videtur cõcludi, quòd inspectis verbis positis in inuestitura, poterit sibi eligere quos voluerit filios. Quòd si quidam alij pertinaces dicerent non esse recedendũ à prima facie verborum de quibus in dicta l. si quis decesserit, quod tamen non bene per prædicta, non tamen debent instituti in re certa, plus ratione quotæ in feudis habere, quàm habeant in patrimonialibus paternis, ne accessorium sit maius principali, cui accedit. Et ita (vt suprascriptum est dico) & consulo ego Anthonius de Prato veteri iur. v. Docto. & comes, & sacri Imperialis consistorij consiliarius, Bononiæ iura ciuilia legens, & in fidem me subscripsi.

Et pariter prædictæ sententiæ subscripserunt excellen. docto. D. Andreas de Bartholomeo Siculus, & d. Christophorus de Nicellis, nec non ac Iacobus de Lusano Mediolanensis, qui allegabat ad confirmationem, Ioan. Ramaudum in suo libello, quem comprehensionum feudor. appellauit in xij. car. & per Alberic. in suo repert. in verbo feudũ. in v. columna versiculo item subitio. & in quæst. sequen. ibi, immediate. quæ incipit, Alia etiam pulchra quæstio, &c. vbi loquitur de Marchionibus Saluciarum. & se fundant potissimè in natura feudi, quæ non videtur regulanda, secundùm rigorem iuris feudalis, sed secundùm tenorem inuestiturarum.

Argumentum.

Appellatio à proclamate vel alia interlocutoria quando procedat, & an cuique liberum sit ponderare ad pondera priuata, dummodo sint iusta, & de probatione, & quando censeatur inducta quasi possessio prohibendi.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Intentionis suæ fundamentum unusquisque probare tenetur.*
2 *Pondera, & mensuræ sunt de regalibus quæ ad dominum territorij pertinent.*
3 *Appellatio tenet & bene appellari dicitur, si appelletur in scriptis à grauamine et cum insertione causarum, ex quibus appellatio iustificatur.*
4 *Ponderare ad qualibet pondera iusta singulis permittitur.*
5 *Ponderare ad quæcunque pondera siue iusta sint siue iniusta dummodo dolus aut deceptio non adsit, omnibus licitum est.*
6 *Sponte faciens aliquid quod de iure communi facere potest si postea facere nolit, ad id compelli non potest, nec compellere uolens esse in quasi possessione cogendi id facere dicere potest.*
7 *Inferior à principe quem priuare dominio rei suæ sine causæ cognitione non potest.*

CONSILIVM L.

IN causa appellationis cõmunitatis Salutiatũ contra procuratorẽ fiscalẽ illustrissimi d. Marchionis videndũ est, an parte dictę cõitati fuerit bene appellatũ, & male proclamatum, an verò ecõtra. Et prima facie vr̃ dicendũ malè fuisse appellatũ, quia appellatũ fuit à quodam proclamate, vt constat ex ipsa appellatiõne, de quoquidẽ non apparet. & certi iuris est, ꝙ appellãs male appellat, & succũbere dẽt, nisi de grauamine fidẽ faciat, quia est fundamentũ suæ intẽtionis.l.j.in pñn.ff.de app. Et
1 † quilibet tenet probare id quod est fundamentũ suę intẽtionis, siue sumatur ex affirmatiua siue ex negatiua.l.actor. C.de prob. l.pen.§.docere. ff.ne quis eũ qui in ius hr̃ per Bar.in l.hoc iure.ff.de verb.oblig.& si de ipso ꝓclamate cõstaret, vr̃ licuisse ordinario proclamari facere, ꝙ nulla persona audeat ponderare ab vno rubo supra nisi ad põdus dñi
2 sub pœna, &c. quia † pondera, & mensuræ sunt de regalibus, quę pertinẽt ad ipsum dominũ in territorio suo. c.vni. quę sint regalia in vsib.feu. Sed istis nõ obstantibus dicendũ est cõitatem bene appellasse, quia suã appellationẽ interposuit in scriptis adiecto ꝓclamate, & cũ expressione causarũ, quibus probatis iustificatur ipsa appellatio. Quãdo
3 † aũt appellatur in scriptis à grauamine & cũ insertione causarũ, ex quibus appellatio iustificatur, dicitur bene appellari, & tenet appellatio.c.cordi.extra de appella.in vj.habet per Bar.in l.eius.ff.de appel.recip. An aũt appellatio iustificetur ex causis in ipsa appellatione insertis, vel ex aliqua earũ, quod sufficeret, vt habetur in cle.appellanti.de appel. in cle.& facit in authen.vt cum de appell.cogn.§.aliud quoque capitulũ. videndũ est primò, an liceat singulis de populo Saluciarũ ponderare merces eorũ ad quælibet põdera priuata, dũmodò sint iusta. Secundò an probatũ fuerit pondus esse domini, & aliquẽ tenuisse ipsum pondus vt domini. Tertiò an homines Saluciarum possint compelli ad ponderandum ad pondus domini.
4 Et circa primum dicendũ est, † singulis licere ponderare ad quęlibet pondera dummodo sint iusta, qui omnia quę sunt de genere permissorũ intelliguntur permissa, si specialiter non reperiantur prohibita.l.nec non §.sed eos.ff.ex quib.cau.maior. l.ab ea parte. ff.de proba.l.j.§.j.de testib.l.inuitus.§.cũ quęritur. ff.de procur. l. Statuas. C. de relig. sed ponderare ad iusta põdera est de genere permissorũ, quia põderans non delinquit in aliquo, si pondera sunt iusta.l.arbitrio. §.de eo. ff.de dolo.l.pen.§.j.ff.ad leg. Corneliã.de fal. l.annona.§.fi.ff.de extraor. quinimò nedum ad pondera iusta dũmodò partes conueniãt velle mercari ad illa pondera, quę sciunt nõ esse iusta, vt notatur per glo.in d.§.de eo. est
5 † ergo vnicuique licitum de iure ponderare ad quæcunque pondera tam iusta quàm iniusta, dummodò non adsit dolus vel deceptio, quia hoc non reperitur prohibitum imò expressè permissum.

Ad secundum dico non fuisse probatum pondus publicum, quod per Iofredum Vacham exercetur.tit.locati esse pondus domini, quinimò videtur probatum esse pondus communitatis, licèt ab aliquo tempore citra per dictum Iofredum teneatur, sub nomine domini, quia testes tã pro parte fisci, quàm parte communitatis, dicũt quòd appellatur & appellari consueuit pondus communitatis, non autem domini, quæ quidem verba denotant ipsum esse communitatis non autẽ domini.l.ij.§.in locum.ff.de relig.& sump. fun.notatur per Bar.in rub. ff.de op.no.nun.

Ad tertium respondetur, quòd licèt probatũ fuisset singulos de Salucijs ponderasse

ad illud pondus pro præterito tempore, & consueuisse ponderare per longissimũ tempus, tamen compelli non possunt ad ponderandum inuiti, cum id sponte fecerint.
6 Quia † quando quis facit illud quod potest facere de iure communi, & facit sponte, si postea non vult facere, ad id compelli non potest, nec volens compellere potest dici esse in quasi possessione cogendi istum sic facere, vt notatur per Cyn. in l.ij. C. quæ sit long. consu. in iij. quæst. & per Alber. in rubr. illa. vbi dicit quòd licèt multi de populo, multis vicibus veniant ad molẽdum ad tuũ molendinum, & tu recipias eos pro certa parte seu lucro, & longo tempore, non per hoc inducitur consuetudo vt possint deinde compelli, nisi probaretur quòd fuissent prohibiti ponderare ad alia pondera, vel ire ad aliud molendinum, & acquieuissent prohibitioni. vt per Cyn. & Albe. vbi supra, & per tradita per Doct. in l. si certis annis. C. de pact. & in l. cum de in rem verso. ff. de vsur. & per Cano. in cap. significante. extra de appel. & ideo positiones d. procuratoris fiscalis instante dicto Iosredo Vacha ponderatore fuerunt impertinentes, quia dato quòd idem Vacha tenuisset pondus, titu. locati, & à ponderantibus accepisset certum lucrum, non tamen sequitur quòd non liceat ad alia pondera ponderare, quia non deduxit nec probauit aliquam prohibitionem factã esse de non ponderando alibi, & ipsos acquieuisse, quinimò probarum fuit ipsos ad illud pondus ponderasse sponte.

7 His præsuppositis, sequitur quòd appellatio iustificatur ex causis allegatis, & etiam ex eo, quòd fuerunt in quasi possessione libertatis ponderandi ad pondus liberum, vt probauerunt, in qua non sunt turbandi iure incognito, toto tit. ff. & C. vti poss. Item iustificatur, quia emanauit sine causæ cognitione. l. programma. C. com. vel epist. Item quia emanauit ad instantiam dicti Iosredi cuius non interest, cum de iure suo aliquid non fuerit probatum. Præterea non est dubiũ, quòd potestas non potuit apponere pœnã
8 amissionis rerum. † quia, inferior à principe sine causæ cognitione non potest quem priuare dominio rei suæ. l. id quod nostram. ff. de regu. iur. faciunt notata in l. fina. C. si contra ius, vel vtil. publ. & in d. l. programma. & in l. vnica. C. ne sine iuss. princip. sed causæ cognitio requirebat petitione data, lite contestata, & seruato iuris ordine, hoc fieri. Instit. de offic. iudic. in fin. l. Pomponius. §. si iussu. ff. de acquir. possessio. & facit quod habetur in l. qui vniuersas. §. item eum prætor. eod. titu. vbi dicitur, quòd prætor potest priuare quem sua possessione, & intelligitur quando procedit ordine iuris seruato, aliàs non. Vnde concluditur benè appellatum & malè proclamatum. & ex supradictis patet responsio ad contraria. Nec obstat 9 pondus dicatur esse de regalibus, quia hoc non est verum, cum non connumeretur in dicto cap. j. Et dato quod si à quibusdam fuisset aliquid solutum pro pondere, & contra ipsos fuisset aliquo dius quæsitum, tamẽ non posset trahi ad alios, qui non ponderauerunt nec soluerunt, per ea, quæ habentur per Bartol. in l. j. §. si quis hoc iudicio. ff. de iti. actuque priuat. & in c. cum dilectus. extra de capel. monach.

Christophorus de Nicellis,
I. V. D. & Præses.

Argumentum.

An sententia lata cõtra principalem possit exequi contra fideiussorem iudicatum solui, sine excussione principalis & nouo processu.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata contra principalem licèt executioni demandari possit contra fideiussorem de iudicatum soluendo sine nouo processu, non autem contra fideiussorem contractus.*
2 *Sententia lata contra principalem, executioni demandari contra fideiussorem de soluendo iudicatum, non nisi prius excusso principali, potest.*
3 *Exceptio quòd prius conueniatur & excutiatur principalis quàm fideiussor se cum sententia compatitur, & est de exceptionibus, quæ in executione opponi possunt & sic post sententiam.*
4 *Excussionis beneficium latissimè interpretandũ est.*

CONSILIVM LI.

Visis notabilibus dubijs traditis in causa Sebastiani Lorenci, ad primũ super quo consistere videtur tota siue maior pars meritorũ huius
1 causæ, respondetur, quòd † licèt sententia lata cõtra principalẽ possit executioni demãdari cõtra fideiussorẽ de iudicato soluendo sine nouo processu, non autem contra

contra fideiussorem contractus, secundum communem sententiam legistarum & canonistarum, vt notatur in l. vnica. C. de satis. in l. fin. C. de vsur. rei iudi. & in l. duobus. §. antepen. ff. de iureiur. & per Bart. & alios in l. j. ff. iud. solu. & in hoc non sit fienda hæsitatio,
2 tamen † sententia lata contra principalem non potest executioni demandari contra fideiussorem de iudicatu soluendo, nisi prius principali excusso. Ita quòd licet contra fideiussorem de iudicatum soluendo non sit necessarius nouus libellus, & noua sententia, tamen est necessaria excussio contra principalem ante, quàm possit deueniri ad fideiussorem. vt authen. de fideiuss. §. primo. & authen. presente. C. eod. tit. & hanc sententiam tenet Bart. in rub. ff. de iudic. solu. in q. quam format in versic. quærit Dyn. quando procurator promittit, & dominus fideiubet pro eo. & clarius determinat Bald. in l. fin. de vsur. rei iudi. vbi cōcludit, quòd licet fideiussor de iudicatum soluendo sine nouo processu possit compelli, tamē habet beneficiū excussionis, vt prius excutiatur principalis, quàm fideiussor, quia ista exceptio non opponitur ordini petitionis sed ordini excussionis, & competit fideiussori ex persona sua, non autem ex persona rei, & ideo non prohibetur eam opponere. Item cum attentata fuerit executio contra hæredem principalis, non potest deueniri ad fideiussorem de iudicatum soluendo excussione non facta.
3 Nam † huiusmodi exceptio, quòd prius conueniatur & excutiatur principalis quàm fideiussor, se compatitur cum sententia, & est de exceptionibus quę opponi possunt i executione, de quibus in l. à diuo Pio. in §. in venditione. cum sequē. de re iudic. vbi exceptio ordinis habet locum. sic & in l. sunt qui. & in l. Nesennius. ff. eod. titu. & habetur in l. si maritus ius. §. pręscriptionis. per glo. ff. de adul. & est glo. clarissima in l. aj. in fin. & est glo. fi. ff. de excep. vbi dicit, quòd hæ exceptiones, sunt anormalæ & possunt esse temporales & perpetuę, & possunt opponi etiam post litem contestatam, imò etiam post sententiam, quia non impugnant sententiam sed ordinem executionis. Authen. præsente. C. de fideiuss. & Authen. hoc si debit. C. de pignor. & ita dicit glos. in simil. in l. ex diuersio. §. fina. ff. solu. matrimo. & facit Consil. Bart. consil. lxxxix. in j. parte. & Cyn. qui arguit pro & contra in l. exceptionem. C. de prob. quo fit, vt si non impugnent sententiam sed se compatiantur cum sentētia vt est verum, & patet ad sensum, quia non dicunt sententiam non valere, nec esse iniustam, imò nec processum, sed ordinem habendum in executione, ergo in executione opponi poterunt, per iura pręallegata. Satis enim est quòd sine nouo processu & sine noua sententia excusso principali, & reperto non soluendo statim fiat executio contra ipsum fideiussorem pro alieno debito absque eo quod tollatur tale beneficium excussionis,
4 quod † cum sit beneficium iuris latissimè est interpretandum. c. cùm dilecti. extra de dona. & in l. pen. ff. de constit. princip. & sentit Specul. in tit. de excep. §. dicto de dilatorijs. versicu. hoc tamen fallit in casibus, &c. & in Spec. de senten. exec. §. fin. versi. xv. si executor. Et ex his patet resolutio ad omnia dubia & ita dico, & concludo ego Georgius de Eccles. I. V. D.

Argumentum.

An ex consuetudine, vel temporis diuturnitate acquiratur domino ius compellendi subditos ad roldas.

SVMMARIVM.

1 *Indefinita æquipollet vniversali.*
2 *Obligatio siue franchisia obscura, incerta & generalis nulla est.*
3 *Opera reuerentiales & obsequiales naturaliter ab omnibus subditis, dominis debentur.*
4 *Seruitutes seu exactiones seu seruitia roldarum seu rosierum & similium an tempore acquiri possint.*
5 *Consuetudo obseruata tanto tempore cuius initij memoria in contrarium non sit, attendi debet, ut quæ ius tribuat.*
6 *Ex præstatione in præteritum, præsumitur debere fieri in futurum.*
7 *Patronus qui est in quasi possessione libertatis siue iuris patronatus si dicat operas sibi deberi à liberto hoc negāte, ab operas sibi debitas probare tenet.*
8 *Quilibet liber & immunis præsumitur, nisi seruitus probetur.*
9 *Tempus non est modus tollendæ uel inducendæ obligationis.*
10 *Actio pro seruitutibus etiam per centum annos præscribi non potest, licet in exceptione contrariū sit.*
11 *In seruitutibus habentibus causam discontinuam requiritur tantum tempus, cuius initij memoria non sit in contrarium.*
12 *Seruitus neque præstationis & exhibitionis necessitas in futurum non inducitur ex seruitijs quę ex*

mera voluntate fiunt.

13 *Consuetudo ex deformibus præstationibus inducta dici non potest.*

14 *iuramenta hominum & alia exacta præter & contra antiquam consuetudinem, præsumuntur extorta à prælatis & dominis per impressionem.*

15 *Præscriptioni locus ne quidem ullus est, quando constat de originali causa inualida.*

CONSILIVM LII.

Icit franchisia domini, &c. de Canelto cōcessa hominibus. C. Item qd̃ homines. C. sint immunes ab omnibus muneribus, angarijs, & perangarijs & rosijs, personalibus præstationibus, nisi solūmodo de lignis, & carbonibus, qui apportantur circa festum Natiuitatis Domini, & de opere castri Camcrane, &c.

Quæritur nunquid vigore dictæ franchisiæ domini. C. possint compellere ipsos homines ad portandum, & conducendū calcē, ligna, lapides, arenam, & alia necessaria pro ædificatione castri, & an saltem ex consuetudine, vel temporis diuturnitate præscriptū sit, vt dicti homines possint compelli. Inuocato nomine Iesu Christi, secundum quod dicit Apostolus scribens ad Corin. iij. & ad Coll. x. & scribitur in actis Apostolorū cap. vj. & transsumptiuè. xxvj. quæst. j. v. cap. non licèt, vt res fiat clarior arguam ad partes in vtroque quæsito. Primò enim videtur ex solo instrumento quòd dicti nobiles habeant intentum suum, quia à franchisia excipitur opus castri, ergo indefinitè, & generaliter ad quocūq; opus castri tenent̄ homines, quia

1 † indefinita equipollet vniuersali. l. si pluribus. ff. de leg. ij. & sic qui omne generaliter dicit, nihil excludit. c. si Romanorū xix. dist. c. solite. de maior. & obed. l. de pretio, de publ. in rē actio. l. j. §. generaliter. ff. de leg. præst. Omne ergo opus castri vr̄ debitum per ipsos

2 homines. Sed in cōtrariū est veritas, quia † dicta frāchisia, & obligatio est obscura, incerta & generalis, ideo ratione obscuritatis est nulla. l. cū post diuortiū. §. genere. ff. de iur. dot. à specialitate cessante, item domini se fundant ex illa franchisia seu pacto, ergo eis imputetur, & contra eos fiat interpretatio, qui potuerūt apertius legē exprimere, ex regula. l. veteribus. ff. de pact. l. Labeo. ff. de contrah. emp. Itē beneficiū domini latissimè est interpretandū contra ipsum concedentem, ita intelligitur. l. beneficiū. ff. de const. princ. c. cū dilecti. extra de dona. Cū ergo multæ sint operæ aliæ obsequiales, aliæ artificiales, aliæ fabriles, vt notatur in l. si nō fortè. §. libertus. ff. de condi. indeb. & in summa d. Azon. C. de oper. liber. §. hic assignat̄ contrariū, &c. vel ratione incertitudinis erit obligatio ista

3 nulla & inefficax, vel interpretabimur † de opere obsequiali & reuerentiali naturaliter ab omnibus debito dominis suis. arg. ex notatis in d. §. libertus. & ex notatis in c. j. qualiter vasallus. debeat &c. maxime cū isti sint & essent tēpore franchisiæ liberi homines & ingenui. Vnde impositio operarū non tenet. arg. l. dedi. §. si liberi. ff. de condict. causa dat. & l. si quis pro eo. ff. de fideiussor. & pro hoc accedat fauor, qui debetur libertati. l. j. §. quæ onerandæ. quar. rerū act. nō det. & c. pen. de re iudi. & facit. C. de præscr. quæ pro libert. & aduer. liber. l. iij. & ff. de oper. libert. l. operis. & ff. ad leg. Falc. l. quod de bonis. §. ij. & ex his cōcludo dictos dominos nō posse se fundare ex dicto instrumēto frāchisiæ, quia est obscurū & incertū. ad quod ēt facit, quia de iure non est determinatū, q̄ dicatur opus castri, nec castrum habet aliquod opus sibi debitū vel annexū de iure cōmuni, secundum Innoc. in c. cum ad sedem. de restit. spol.

Circa secundum, super quo se fundare

4 fortè videtur dicti nobiles † an tēpore acquirātur huiusmodi seruitutes seu exactiones, seu seruitia roidarum seu rosiarum & similiū, &c. possent plura quæri & tractari, primò an seruitia omnia possint tēpore acquiri, vt necessariò in futurū præstentur. Secūdò an posito quod nō omnia, an ista de roidis, & conducendis lignis & lapidibus, arena & similibus necessarijs pro ædificatione castri. Tertiò: quanto tēpore acquiri possit. Quartò quot vicibus præstita inducat possessionē, & acquiratur quasi possessio. Quintò an pro istis cōpetat interdictū possessoriū. Sed sic multa ex his de industria omissio, & solū ad principale quæsitū deueniens arguo q̄ ex tempore, consuetudine ac præscriptione acquisiuerint domini vt homines sui prædicti de necessitate faciant & seruiant in futurū. & primò hoc probatur in c. seruitium xvij. quæst. ij. & quæst. iij. c. quæsitū. & l. cū de in rem verso. ff. de vsur. & ff. de aqua pluuia. l. vltima. & l. si quis diuturno. ff. si seruit. vend.

Nam

Nam de seruitijs acquirendis loqui videtur. l.litibus.C.de agr.& censit.& xviij. quæst. ij. c.seruitium.& huiusmodi seruiria videntur acquiri spatio xl.annorum in his, quæ ius cō mune possideri non vetat;alia vero quæ possideri non possunt, non præscribuntur sine tit.vt habetur de præscriptio.cap.si diligenti. hæc sunt arg.glo.in c.peruenit.præterea prę scribitur causante negligentia l.sicut.l. omnes.C.de præscri.xxx.annor. ergo multoma gis causante & operante præstatione, quia plus est præstare aliquid annuatim,vt in l.cū de in rem verso præallegata, quàm negligere, vt in l.sicut.& quem pati ire per fundum meum,quia ibi scio ius meum vbique durare.l.sicut.§. non videtur. ff. de distract. pign. item quæ solita sunt præstari ratione à iure non improbata, præstanda sunt, licèt præscripta non sint.j. quęstio.j. c.quæsitum. in fi. xviij.quæstio.ij.cap.seruitium.pręallegato.de censib.cap.olim.Item maxime, quia huiusmodi præstationes sunt signa subiectionis. arg.de censibus.cap.omnis anima.Item si sic est obtentum x.annis & seruatum,consuetudo videtur inducta.l.j.C. quæ sit long. cōsue. l.diuturna.ff.de legib.& sic ea operarū præstatio ad cōducenda necessaria castello prædicto seruanda est, quia † consuetudo attendi debet.c. cum dilectus. de consue. c. cū ecclesia Sutrina.de caus.pos.& propr.l. de quibus.ff.de legib.multo magis hoc videtur verum si longo tempore hoc seruatum fuit, & maxime si tempore tanto cuius initij memoria nòn sit in contrarium.l.j.§. fina.& in l. in summa.§.antepenult.& l.fin.ff.de aqu.pluu. & ff.de probationibus.l.si arbiter.nam si bis, vel ter conduxerint dicti homines.C. arenam,ligna,lapides,&c. dictis nobilibus inducta videtur consuetudo per talem binū vel trinum actum,vt C. de Episc.aud. ergo multo magis si vigesies vel centies & per longissima tempora vel secula, quis enim dubitabit quòd talis consuetudo ius tribuet dictis nobilibus.l.venditor.§.si constat.ff. com. præd.l.vni.C.de auro.coro.lib.x.& de eman. liber.l.j.& dato quod tempore requisito ad præscriptionem complendam, vel consuetudinem inducendam non essent præstitæ huiusmodi roidæ & operæ, sufficere videtur dictis nobilibus si sint in possessione, vt in ea defendantur. extra de præscriptionibus. c. auditis cum concor.ff.si vsusfructus petatur. l. vti frui. in princip.& C. de rei vendic.l. nos alienas.cum similibus. Nam homo proclamans in libertatem succumbere debere videtur, si prætendens se dominum sit in quasi possessione illius seruitutis.arg.l. si filius.ff. de probat. & casus legis videtur expressus d.l.litibus. C.de arg.& cēsit. & quod sufficiat ipsis nobilibus, quòd ipsi sint in dicta quasi possessione exigendi dictas operas, facit.C. de appoc.pub.l.quicunque.lib.x.& de varijs & extraordinarijs cognitionibus.l.vsu. & C.

6 de aquæductu.l.vsum.lib.xj. Vltimo ex † præstatione in prętęritum præsumitur debere fieri in futurum, vt in simil.dicitur, quòd qui fuit in prętęrito malus, in futurum talis quoquæ præsumatur.l. si cui.§. ijsdem. de accus. c.qui semel.extra de reg.iur. & hoc est argumentum Bald.in l. si certis annis.C. de pact. ad hoc potest adduci quod habetur in cap. querelam. de electio.& quod ponunt Doct. maxime Cyn.Bald.& Angel. in d. l. si certis annis. vbi tractatur materia, etiā pro talibus præstationibus personalibus habeat locum possessorium,&c. Sed in contrarium dicit

7 lex, † quòd si patronus est in quasi possessione libertatis siue iuris patronatus, & dicat sibi operas deberi à liberto hoc negāte, qđ tamen habet probare operas sibi debitas.ff.

8 de proba.l. quoties. Item secundò † quilibet præsumitur liber & immunis, etiā quælibet res libera, nisi seruitus probetur imposita.l.manumissiones. & §. ius naturale.l.j.ff. de iustitia & iure.C. de seruit.& aqu.l.altius. Vnde cum istorum hominum.C.intentio sit fundata in iure communi, dictos nobiles nō iuuat eorum possessio seu quasi.Item ad hoc vt quis teneatur ad annuum censum seu ad annuam præstationem oportet præstari causam & quomodo. cap. peruenit. de censib. & quòd talia tempore acquiri non possint

9 probatur manifeste, quia † tempus non est modus tollendæ vel inducēdę obligationis. l.obligationū fere.§.placet.ff. de act.& obli. & maxime contra libertatem hominis.j. q.j. c.nullus.& c.quæsitū est.& x.quæst.in c. quia cognouimus. vbi de hoc traditur. & C. de pact. dicta l.si certis annis.& l.creditor.C.de vsur.nisi probetur huiusmodi seruitus imposita, vt de censib.c.iij.& facit pro hac parte.ff. de seruitutibus.l.seruitutes.& ff. de vsuca.l. sequitur.§.fin.xviij.quæst.ij.cap.j.& de simonia.c.non satis.& cap.cum in ecclesia. Item pro hoc facit, quia dicti nobiles videntur habere malam fidem & sciētiam rei alienæ, & indebitæ cum sciant & sciuerint & scire debuerint, istos suos homines esse liberos, &

opus conducēdi materiā ad castrum ad eos
10 non pertinere. l. fin. C. vnde vir. Et ideo † nec etiam per centum annos videtur præscribere actionem, licèt sic exceptionem. l. si quis. C. de præscr. xxx. annor. ad hoc facit, quia talia seruitia indebitè præstita condicuntur, ff. de condi. indeb. l. si non sortem. §. libertis, præterea non currit præscriptio contra libertatem. C. de pręscrip. quæ pro libert. l. iij. ergo præscriptionem & tempus in hoc casu allegare nō possunt dicti nobiles. & pro hoc videtur expressum. ff. de oper. liber. l. operis. & ff. ad leg. Falcid. l. quod de bonis. §. secūdo.
11 Et † si quis diceret, tempore hæc talia & similia seruitia acquiri posse, cùm habeāt causam discontinuam, videtur exigi tantum tempus cuius initij memoria non sit in contrarium. l. seruitutes. ff. de seruit. l. ij. cum ibi notatis. C. de seruit. & aqu. & si quis dixerit quod tempore & præscriptione seu consuetudine huiusmodi debeant dicti nobiles obtinere, allegando causam quam probant præsumptiuè ex temporali diuturna præstatione, attamen in casu isto nō videtur quòd talia seruitia roidarum præscribantur, quia
12 † talia seruitia sunt quæ potius fiunt ex vrbanitate, quia recipiantur animo seruitutem inducendi, ergo non inducitur seruitus & necessitas præstationis & exhibitionis in futurum, secundùm gloss. Guli. & Bald. in l. solent. §. fina. ff. de offic. proconsul. & legat. qualitas enim seruitij & personæ seruientis illud facit præsumi, quod ex gratia & liberalitate, &c. & hoc idem dixit Angel. post Pet. in d. l. si certis annis. ad idem allegans Inno. & Ioan. Andr. in c. cum ecclesia Sutrina. de cau sa possess. & propr. dicentes, quòd si prælatus vel nobilis consueuerint quolibet anno dare prandium, nō per hoc insurgit obligatio vel probatio debiti præsumpti, vt præbeatur in futurum, maximè quia ij rustici sunt, qui & de talibus roidis seruiunt ex gratia, & qui imperiti sunt, & per simplicitatem præstant. pro hoc facit. C. de his qui sponte mun. susci. l. j. & iij. cum ibi not. lib. x. & quod notauit Cyn. secundùm Petr. & quosdam alios Doct. in d. l. si certis annis. in ix. quæstio. cum loquitur de muliere, minore, & rustico. argum. l. cum de indebito. §. primo. de prob. ff. pro hoc quod habetur in l. quod non ratione. ff. de legib. in c. ad nostram. & in capit. vltimo. extra de consuet. accedit etiam ad hoc l. placet. C. de excus. muner. lib. decimo.

Sed vlterius pro ista parte contra nobiles prædictos, quia præsupponitur quòd præstatio non fuerit facta vniformis sed difformis, quia aliquādo plus aliquando minus in hoc
13 seruierunt, ergo † ex difformibus præstationibus non potest dici inducta consuetudo prædictorum hominum. ff. de annu. legat. l. Seio. secundùm Bald. in d. l. si certis annis. & ad hoc facit quod habetur per doct. in tract. consuet. maximè per Alber. in rubr. C. quæ sit longa consue. Item præsupponitur quòd aliquando metu fecerint dicti homines, imò vt plurimū, ergo domini nō præscripserunt, tum propter malam fidem. vt in cap. fina. de præscript. c. possessor malæ fidei. de reg. iur. libr. vj. tum quòd non potest haberi istorum iurium quasi possessio, nisi cum patientia hominum. l. quoties. ff. de seruit. sed patientia non est vbi coactio, &c. Et pro hoc facit quod habetur in §. quæ onerandæ. in l. j. ff. quarum rerum actio non der. & in l. si per impressionem. & toto tit. C. quod met. causa. & ff. eod. tit. & l. interpositas. C. de transac. & pro hoc facit quod notauit originaliter Hostien. in c. si diligenti. de præscrip. & post eum Andr. de Iser. & Bald. in capit. j. qualiter
14 vasallus iurare debeat. vbi dicunt, † quòd consegnamenta & iuramenta hominum & alia exacta contra antiquam consuetudinē, intelliguntur & præsumuntur extorta per impressionem à prælatis & à dominis. & ita de facto consultus respondit ipse Bald. in ar dua causa. ad quod facit. c. sanè. de excessib. prælat. & præallegat. l. si per impressionem. & quod habetur in c. ad aures. qđ met. causa. & per Innoc. in cap. petitio. de iureiur. & quod notatur in l. si qua loca. C. de fund. & salt. reip. lib. x. & quod notauit ipse Hostien. in summa de pœnitent. §. cui confitendum sub. §. cui Marchio. versicu. peccant hi omnes. vbi dicit quòd domini & prælati, & habētes iurisdictionem præcipuè debent confiteri de grauaminibus, quæ inferunt hominibus, &c. præterea causa primordialis istius exactionis est inualida, quia obscura & generalis de opere castri, &c. Igitur nullo modo ex tempore possunt iuuari dicti domini. Ita secundùm vnam solutionem gloss. in l. cum de in rem verso. de vsur. loquitur & intelligitur. text. in l. si cert. annis. vnde ibi dicunt
15 Bald. & Angel. quòd † quando constat de originali causa inualida, vt in casu nostro, nullo modo habet locum præscriptio. & l. cum de in rem verso. præsumptio enim prędicta cessat, cum pro certo constet de origine

gine causę, & illa est nulla à primordio, ergo in tali posterior formatur euentus. l. j. C. de impo. luc. descript. Concludo igitur in casu præsenti dictos dominos Cam. non posse nec debere obtinere, nec fouere iustitiam, nec ex franchisia prædicta, nec ex tempore, nec alio modo, & ex supradictis patet respõsio ad contraria. Laus Deo.

Et ibi dico & consulo ego Ambrosius de Vignate. I.V.D. miles & Comes, me semper subijciendo correctioni melius sentientis exemplo Aurelij Augustini. xxiij. quæst. iij. in capitu. si homines.

Argumentum.

Actio ciuilis quando cum criminali cumulari possit, & quando sit locus torturæ, & quando inquisitio vel captura sint nulla, & quando testes probent vel non, maximè in causa criminali, & quod testes requirantur ad probandum inditia sufficientia ad torturam, & quando vacillatio faciat indicium sufficiens, & ex quibus ipsa indicia purgentur, & quando sit locus iuramento in litem. Vide supra consilio nono consilium protsus contrarium huic.

SVMMARIVM.

1 *Inquisitio iudicis & actio partis cumulari possunt.*
2 *Accusationis & actionis cumulatio prohibita, est.*
3 *Captura facta sine inquisitione saltem sufficienti nulla est, nec representari debet ad effectum torturæ & numero 4*
5 *Pecunia si mittatur in peluim ex sono cognosci non potest.*
6 *Pecunia quo ad materiam & numerum quomodo cognosci possit.*
7 *Testis qui per uerba indicij, ut tenet deponit, non probat.*
8 *Testis ambiguus fidem non facit.*
9 *Tortura an in causa ciuili in qua de priuato interesse tantùm agitur inferri possit.*
10 *Furtum quid.*
11 *Homo liber in causa pecuniaria & ciuili etiam in subsidium & quando ueritas aliter haberi non potest torquendus non est.*
12 *In causa ciuili usuraria quis torqueri potest, ut quæ delictum annexum habeat.*
13 *Mercatores falliti & fugitiui torqueri possunt, ut pecunias quas dicunt perdidisse, indicent.*
14 *Regulæ standum est quando delicti connexitas concurrit, si limitata non reperiatur.*
15 *Liber homo in causa usurarum ciuiliter intentata torqueri non debet.*
16 *Delicti substantia ad hoc ut probetur in causa pecuniaria ex indicijs ad tormenta non deuenitur.*
17 *Torturæ ad hoc ut locus sit, quæ requiratur.*
18 *Iudicis arbitrium iuri & æquitati cõsonũ esse debet.*
19 *Indicia quæ esse debeant ad hoc ut ad quæstionem deueniri possit.*
20 *Testes quando agitur de quæstione ad hoc, ut indicium faciant, rationem etiam non interrogari assignare tenentur.*
21 *Indicium sufficiens ad torturam ad hoc ut probetur, requiritur unus testis de uisu, & omni exceptione maior.*
22 *Testimonium quando est de remotis à maleficio, duo testes requiruntur ad probationem indicij.*
23 *Testimonia per iudicem recipi debent reo ad testium iuramenta citato, antequam indiciorum uigore ad torturam deueniri possit*
24 *Reus si in respondendo trepidat, balbutiet, & uariat, iudice authore scribi debet, ut quæ sint indicia ad torturam sufficientia*
25 *Reus uarians in responsionibus ad inquirentis interrogatoria an torqueri debeat. & nu. 26.*
27 *Cõmissarij enuntiationi non creditur, an reus respondendo uacillarit, trepidarit, et colorem mutauerit, nisi per notarium per uerba attestatiua scribatur.*
28 *Variatio, trepidatio, & palor, ex quo reus iniustè detinetur, indicium neque operantur neque faciunt.*
29 *Variationes quæ substantialia delicti pro quo quis intitulatur, non concernunt, attendi non debent.*
30 *Testis qui de actu deponit, & rationem assignat, quia ita sibi uidetur, non probat, cùm ratio per sensum scientiam non concludat.*
31 *Furtum si factũ sit, & aliquis, qui antea erat tenuissimæ fortunæ pecuniam habere reperiatur, furti commissi suspitione uacuus non erit.*
32 *Furti commissi indicium ad hoc ut contra aliquem fiat, quæ requirantur.*
33 *Homo solers & diligẽs qui breui tẽpore diues factum est, hoc non uitio sed suę industriæ ad scribendũ est.*
34 *Testes deponentes quòd ita publicè dici audierunt, uel quòd à maiore parte populi, cum & à quibus dici audierunt, seu unde fama originem habuerit non deponant, famam non probant.*
35 *Testis deponens aliquem ab annis decem citra possedisse, cum in uno uerificetur, de decẽ non cõcludit.*
36 *Pecunias qui semel habuit, posteà semper habuisse non præsumitur.*
37 *Scriptura priuata mortuorum magis creditur quàm uiuorum.*
38 *Testimonium auditus nullã fidem facit, nec indicium.*
39 *Delicti præsumptio ex bonæ famę probatione tollitur*
40 *Vitæ præcedentis qualitas suspitionem tollit.*
41 *Accusatio redditur suspecta, si accusator ad accusandum per multum longum tempus steterit.*
42 *Qui palam sua negotia facit, in dolo esse non præsumitur.*
43 *Probationes rei si pares uel maiores sunt quam accu*

 satoris

ſatoris ꝓbationes, probationes contrarias eliditt.

44 *Iuramentum in litem accuſatori deferendum nõ eſt, niſi reus doloſus ſit.*

45 *Iuramentum in litem dolum & probationis difficultatem copulatiuè requirit.*

46 *Iuramentũ in litẽ ſolũ datur illis qui bene informati ſunt de re propter quam iuramentum poſtulatur.*

47 *Condemnatio facienda non eſt, niſi clariſſimæ probationes fuerint.*

48 *Fama cum uno teſte non probat.*

49 *Inquiſitio & accuſatio imperfecta ſunt, ſi non contineant, quæ continere debent.*

CONSILIVM LIII.



N hac cauſa egre
gij Guioni Bochi
inpetiti per domi
num procurato-
rem fiſci Marchio
nalis, de pluribus
eſt videndũ. Et in
primis ſuper reie
ctione cumulatio
num poſtulata, in
quo etſi verũ videatur illud quod ex aduer-
1 ſo dicitur, ꝙ† inquiſitio iudicis & partis actio
cumulari poſſent, ſm Bald. in l. j. col. iiij. C. de
appell. dicens, ꝙ regula tituli quando ciuilis
actio præiudicet criminali, & an vtraque ab
eodẽ exerceri poſſit, nõ habeat locum in iu-
dice inquirente. Et comprobaui in repetitio
ne l. edita. C. de eden. col. xxxix. verſi. vltimo
ampliatur, vt inquiſitio, &c. tamen aduertẽ
dum in propoſito ꝙ Michael. Boſſius procu-
rauit fieri monitiones eccleſiaſticas, quarũ
vigore factæ ſunt aſſertæ propalationes, &
deinde reſcriptum ab excellentia Marchio-
nali, quas, & quod produxit vndecima Maij,
nominauitq; teſtes, & requiſiuit contra cul-
pabiles procedi, & puniri, & iuxta eius ſup-
plicata condemnari ad pecuniarũ reſtitutio
2 nẽ, & ſic propoſuit† accuſationẽ, & actionẽ,
quæ cumulatio eſt prohibita. l. fin. C. de ord.
cognit. tradit Barto. in d. l. edita. in primo ge-
nere cumulationis. & in Authen. & conſe-
quenter. col. iij. verſicu. ſecundò quæro. C. de
ſenten. & interlocu. omn. iudic. & propterea
petitio nouiſſimè facta de iuramento in li-
tem. Nec ẽt admitti debuit, ꝙ Michael accu-
ſaret, & præcenſus delegatus inquireret, vt
concludit Bald. in repet. paduana. d. l. edi-
ta. col. xviij. verſi. Decimò quæritur. quia ac-
cuſatio tollit inquiſitionem, quando accuſa-
tor proſequitur iniuriam ſuam...

3 Secundò principaliter eſt videndum, † an
ſit fienda aſſignatio, vt repreſentetur perſo-
naliter Guionus ad effectum torturæ requi-
ſitum. Et in hoc primò videndum eſt, an
torturæ locus eſſe poſſit. in quo concluden-
dum eſt quòd non, primò quia Guionus
fuit indebitè captus, & iam erat conſtitutus
in caſtro xvj. Maij, & tamen teſtes exami-
nati, & etiam qui propalantur ante ipſam
diem non loquuntur de ipſo Guiono. Ideo
4 † talis captura nulla fuit, & detentio illicita.
Bald. in l. quod euitandi. C. de conditio. ob.
turp. cau. Aretin. in l. ſi quis poſt accuſatio-
nem. ff. de teſtament. columna finali nec po-
teſt captura iuſtificari ex ſuperuenientibus
probationibus. Bald. libro quarto conſilio
cccxxxviij. de iure communi. & hæc locum
habent etiam in grauioribus criminibus.
Bald. in l. ſi quis alicui. C. ad legem Iuliam
maieſt. Ex quo infertur, quòd malè, &
nulliter fuit in eodem caſtro interrogatus,
& in eum formata inquiſitio, quam debe-
bat præcedere infamatio ipſius rei. ca. qua-
liter, & quando. el ij. de accuſ. Et ideo ex te-
ſtibus examinatis ſuper tali inquiſitione nul
lo modo condemnari poteſt ipſe Guionus,
ſecundùm Speculat. titu. de inquiſitione. §.
nunc videndum. cum ſimilibus. vt tale pro-
ſequitur Marſilius in ſua practica criminali.
in §. conſtante. columna vj. verſicu. ſed ante-
quam intrem. Nec præmiſſis obſtat, quòd
Ioannes de Vlmo tertius teſtis in ordine exa
minatus primo loco dicat, quòd audiuit po-
ni quandam pecuniarum quantitatem,
prout ex ſono cognouit, in vna baſlea loto-
ni, quam pecuniarum quantitatem (vt te-
net ipſe propalans) recepit Guionus Bochi.
quia ex huiuſmodi depoſitione nullum re-
ſultat delictum, quod nec præſumendum
eſt. l. meritò. ff. pro ſocio. cap. eſtote miſericor
des. de regu. iur. in antiq. & dictum teſtis de-
bet in dubio capi, vt non includat delictum.
Bartol. in l. non ſolum. §. ſed vt probari. ff. de
nou. oper. nuntia.

Secundò dictum teſtis huiuſmodi nihil
5 probat, quia † ex ſono non poteſt cognoſci,
quòd pecunia mitteretur in peluim, cum ſo
nus cauſari potuerit ex lapillis, vel alijs reb'.
& propterea ſuccedit regula. l. non hoc. ff.
vnd. cogna. & c. in præſentia. de probationib.
& in ſpecie facit Barto. in tract. de teſti. col. x.
cap. incipiente, quantitas. verſic. corporum
6 verò ſeparatorum. vbi vult, quòd † pecunia
ſit cognoſcibilis quo ad materiam & nume
rum

rum per visum tantùm,& si de materia con-
stet & solum dubitaretur de nu mero, est e-
tiam cognoscibilis per tactũ non autem per
alios sensus pecunia cognosci potest.
7 Tertiò testis qui deponit per verbum,† vt
tenet, & sic per verba indicij, non probat,
cum non deponat per sensum corporis.l. q
testamento.ff.de testam. & ita Bart.in l.quid
tamen.ff.si arbitrer.ff. de arbitris. Angel.in l.
sciendum.col.ij.ff.de verb. oblig.& maximè
in causa criminali in qua tenetur reddere ra
tionem, etiam non interrogatus. Salyc.in l.
fina.C.de probat. & ita Alexand. dicit libr.j.
cõsil.xv. viso processu inquisitionis.colũ.iiij.
Non obstat quoque depositio, seu propa-
lario Antonij de Vlmo, qui deponit, quòd
vidit Augustinam euacuantem quandam
pecuniarũ summam, vt cognouit ex sono,&
vt dicit audiui in vna bassea lotoni, quas ex-
portauit vnus fratrum dictę Augustinę.quia
(vt prædictum est) ratio quòd cognouit per
sonum est inepta. Et pariter eum sumitur
ex auditu alieno. d.l.testium. & ibi gloss. C.
de testibus.l.ij.§.idem Labeo.ff.de aqua plu.
arcen.& in causa criminali scribit Alexand.
consilio.j.vol.iij.incip. Viso processu inquisi-
8 tionis.col.ij.versi. Thomas.Est † quoque am
biguus, cùm plures sint fratres dictę Augu-
stinæ.l. duo sunt Titij. ff. de resta. tutel. ideo
non probat.l.Pomponius scribit.§.fina.ff.de
rei vend.c.in præsentia.de prob. & in termi-
nis tradit Specul.in titu.de testib.§.j.versicu.
Item quòd testis obscurè deponit & Alexã.
lib.j.consil.xxxij.Viso puncto.
Non obstat etiam propalatio Sebastiani
Chiaramgli dicentis, quòd vidit vxorem
quondam Ioan. Thomæ Costæ portantem
in faudali magnam pecuniarum quantitatẽ
auri,argenti, & annulorũ, quam euacuauit
in bassino, in quo erat acetũ. Et Guiglonus,
vel Nicola' alter fratrũ ipsius vxoris bassinũ
arripuit,quia non dicit,quòd pecunię essent
alienę maximè dicti Boxij, & quia respectu
Guigloni non simpliciter sed alternariuè. ar
gu.l.vbi autem non apparet.§.qui illud, aut
illud.ff.de verb. obli. & ita in test.dicit Alex.
in l.& si post tres.col.ij. ff. si quis caut. & cla-
rius.lib.quinto.consi.clij. Viso processu cau-
sę matrimonialis. col.j.versi.secundus testis.
Et cùm effectualiter ad capturam sit pro-
cessum sine debitis indicijs, quæ delictum
suggererẽt,debet pristinæ libertati relaxari.
argu.l.j.ff.de liber.ho.exhi.& tradit Paris de
Puteo in tract.syndicatus in verbo, capturá.

9 Secundò † non potest in hac causa tracta
ri de tortura inserenda, ex quo est ciuilis,&
in ea agitur de priuato interesse. Nam ex di
ctis testium non potest resultare aliquod
indicium, quod sonet dolum malum ipsius
Guigloni, qui nec pręsumendus est. l. quo-
ties.§.qui dolo.ff.de prob.l.dolũ. C.de dolo.
Nec etiam ex confessionibus suis, quę non
possunt scindi,sed debent cum sua qualitate
acceptari.iuxta doctrinam Barto. in l.Aure-
lius.§.quęsiit.ff.de libe.lega.cùm non habeãt
præsumptionem cõtra se, sed magis pro se.
iuxta.l.merito.ff.pro socio. & c. estote mise-
ricordes.de regul.iur.in antiq. Et ideo licèt
videtur restare controuersia,an plus habue-
rit quàm confiteatur per ea quę deponit
Obertus Micha, tamẽ non potest esse locus
quęstioni.l.maritus. ff. de quæst. & ibi Mod.
col.j. rationem assignant, quia si in tali casu
quis posset torqueri magis affligeretur in in-
quisitione veritatis,quàm puniretur veritate
reperta.vt ibi per eos, & per illum text.Bal.
lib. vlt.consil.vj.factum tale est.quidam Bla-
xius dicit, quòd quando accusator adultera
ad effectum dotis perdendę, quia causa est
quodammodo ciuilis, licèt ex crimine non
potest procedi ex indicijs ad torturam. pro-
prius ad terminos nostros decidit Marsilius
consil.vj.in causa accusationum.col. fi. quòd
etiam si adessent plura indicia sufficientia,
non potest deueniri ad torturam contra ac-
cusatos, quando in causa agitur ciuiliter de
priuato interesse. Et quòd in casu nostro
causa non possit esse criminalis demonstra-
tur,quia Guiglonus non potest dici commis
10 sisse furtum, quod † est contrectatio rei alie-
næ inuito domino animo lucrandi.l.j.ff. de
furt. & non committitur siue animo furan-
di.l.si quis testamentum.ff.ad leg. Aquil.§. j.
Institu.vi bono rapt. Guiglonus enim eller-
tam pecuniam nõ proponitur cepisse inui-
to aliquo, sed habuit ab Augustina sorore,
apud quam erat. & ita in fortioribus termi-
nis deducit idem Marsilius consil.xxxv. Mi-
sericordia domini. col. iij. versicu. concurrit
etiam illa ratio. ex quibus patet, quòd nec
commisit crimen expilatę hæreditatis, qui-
nimò quòd cum sui discrimine pecuniam à
sorore suspectam de peste suscepit, & ita nõ
verificantur ea de quibus in l.j.& toto tit. ff.
& C. de crimen. expil. hęred.& consequen-
ter infertur, quòd tota controuersia respicit
principaliter interesse priuatum Michaelis
Boxij accusatoris prætendentis maiorem

 quan-

quantitatem paternæ pecuniæ peruenisse ad Guiglonum quàm ipse fateatur, vnde tormentis locus esse non debet, per ea quę prædicta sunt, & text. vbi Bar. in l. diuus Pius. in
11 princ. ff. de quæst. vbi probatur, quòd † in causa pecuniaria & ciuili non torquetur liber homo etiam in subsidium, quando aliter veritas haberi non potest.

Et quamuis Socyn. lib. ij. consi. ccxix. circa primam difficultatẽ in vltimo dubio dicat,
12 quòd † in causa ciuili vsuraria quis potest torqueri, ex quo habet delictum annexũ, sicut in c. j. extra de deposit. Belial depositarius dicitur torquendus, quia negando depositum cõmittebat furtũ. l. iij. C. depos. & illum text. not. ibi Imol. post Butrium & Paulum, & ita etiam Ias. scribit in l. Imperium. ff. de iurisd. om. iud. colũ. xiij. ver. sed aduerte quòd repetuntur quædam causæ. qui ex hoc idem dicit in causa falsi ciuiliter intentata. per l. sicut. C. de fal. & ita consuluit Alexand. lib. j. consi. lxxvij. in causa accusationis. quod repetitum est lib. iij. consi. lxij. colũ. pen. versi. non obstat quòd causa est ciuiliter intẽtata. & cũ Imol. & prædictis canonistis transit idem Alexan. lib. vij. consi. clxxxviij. Viso processu inquisitionis formatæ. colum. fin. & in d. l. diuus. in additio. ad Bart. & ibid. Moder. Bononienses. col. ij. post Paridem Puteum in tract. syn-
13 dicatus dicunt, † quòd † mercatores falliti, & cessantes, & fugitiui possunt torqueri, vt indicent pecunias ipsis datas ad mercandum, quas nunc negant habere, & dicunt perdidisse. & ita ista videtur esse communis opinio, & etiam in causa ciuili quis potest torqueri propter connexitatem delicti. Tamen ista non nocent in proposito.

Primò quia non videtur vera absolutè illa conclusio, quòd propter connexitatem delicti licita sit tortura, cùm regula sit, quòd in causa pecuniaria est prohibita. d. l. diuus. in princ. & ideo dicit ibi Bart. quòd causæ pecuniariæ in hoc differunt à capitalibus, & grauibus, quia in eis non deuenitur ad torturã hominis liberi, vel statuliberi, in capitalibus autem & grauibus etiam liberi torquentur. Et quòd generaliter non ita de facili peruenitur ad torturam in causa pecuniaria, sicut
14 in capitali & graui. Et † cùm hæc regula non reperiatur limitata, quando concurrit connexitas delicti igitur ipsi regulæ standum est, glo. in l. omnis definitio. ff. de reg. iur. quia facit rem certam. Bartol. in l. quoties. ff. si quis caut. & propterea secundum eam est pronuntiandum, nisi contrarium probetur. Bal. in c. j. col. ij. de alien. iud. mutan. ca. fact. vnde alleganti exceptionem à regula incumbit onus probãdi. l. ab ea pact. ff. de probat. c. ad decimas. de resti. spoliato. lib. vj. & Ias. in l. ij. col. vij. ff. si quis caut. & alibi sæpè.

Non obstat, quòd imò videatur limitata per d. c. j. de deposit. quia non probat quòd ibi inferatur tortura ad veritatem depositi indagandam. quia pontifex præsupponebat depositum factum Bellialli clerico, & illum teneri ad restitutionem depositi. vt patet ex illis verbis, pecuniã tuam quam ille vir Bellial furatus est. ideo suadet vt in illum furem actio dirigatur, & solùm erat ibi quæstio, an ecclesia teneretur ex tali deposito, & rescribitur quòd ex quo non constat pecuniam conuersam in vtilitatem ecclesiæ, non debet præcisè iuberi, vt ab ecclesia restituatur, sed mandatur iudicibus, vt illum iniquum furem in quæstionibus ponant, & vinculis alligent, vt pecuniam reddere compellatur. Nã cùm in eo textu principaliter dubitaretur, an ecclesia teneretur ex deposito apud clericum facto, præsupponebatur ipsum depositum. l. qui testamento. in princ. ff. de testamen. & in hoc non est dubitandi, quia verba text. clara sunt l. cùm ille, aut ille. §. cùm in verbis. de leg. iij. vnde text. ille solũ probat, quòd vbi in causa pecuniaria iustificata est substantia delicti & quantitas pecuniæ, potest delinquens torqueri vt indicet pecuniã. Et hoc modo bene iustificatur, quòd prædictum est de mercatoribus fugitiuis. Sed non probat text. ille, quòd vbi in causa pecuniaria non constat plenè de crimine, sed de eo dubitatur, quòd propter indicia possit ad quæstiones seu tormenta decurri, quia refragatur ratio per Marsilium Bononiensem in locis prædictis assignata. Et ratio differentiæ in promptu est, quia in causis etiam capitalibus non infertur tortura, nisi prius liqueat iudici delictum ipsum esse commissum, ex quo tractatur de præiudicio irreparabili. l. j. §. illud autem. ff. ad Sillan. & ibi Bart. & clarius Romanus & Angel. in maleficijs in verbo, fama publica. versi. xij. tu iudex. Ideo nimirum si primo casu quando plenè constat de delicto, tortura inferatur, vt pecunia indicetur, & non in secundo, quando causa ciuilis est. Nam facilius etiam in ciuilibus deuenitur ad subsidiarias probationes, quando plenè constat de delicto. l. si quando. C. vnde vi. cap. fin. quòd metus causa.

Non

Non obstat quoque text.in d.l. sicut falsi. quia se ipsum soluit,dum ait, vt quæstio fiat de ijs de quibus interrogatio fieri potest. quod relatiuum,quibus,stat restrictiuè.l. ea tamen adiectio.ff.de leg.iij. Bar.in l.j.vbi scri psi.C.de sum. Trin. & restrictio est respectu seruorum, qui in causa ciuili torqueri pos sunt.d.l.diuus.non tamen liberi homines. & ita vult glo.d.l. sicut.in verb. interrogatio. & ita consuluit Alexand. lib. vj. consi. cxxxiij. Stantibus ijs quæ in facto. in vltimo dubio. Et ita paret quod dictum notabile Imol. & canonistarum iure non probatur. ideo rema nemus sub d.reg.l.diuus.cum Bar. quòd sue cedit quod dicitur in l. illam. C. de collat. & meritò Angel. in disputatione incip. Aften sis miles.col.iij.versi. sed adhuc dubitari po
15 test.determinat,quòd†in causa vsurarum ci uiliter intentata, liber homo torqueri non potest. Et pro hac opinione facit, quia licèt in causa criminali quis torqueatur ex con fessione criminis extraiudicialiter facta tan quam sufficiat pro indicio.glo.& Battol. in l. capite quinto. ff. de adult. secus tamen est vbi ciuiliter agitur de crimine,ex quo tali cã su quis non est torquendus.ita dicit Abb. in c.olim.de rescript.col.fin.versi. quarta solu tio.& sequitur Felin.in c. at si clerici. de iudi. in princi.col.vj. versi.restringe.Ex quibus pa tet,quòd Bartol.Bald.Angel.Marsilius Abb. Alexand.& Felin. tenent hanc partem quæ ritè consideranti videtur communis, quòd
16 ad† probandũ substãtiam delicti ex indicijs non deueniatur ad tormenta in causa pecu niaria.& etiam si non esset communis,tamẽ esset tenenda,ex quo habet pro se regulam iuris, à qua non reperitur facta exceptio, & quia opinio contraria conuincitur non fun dari iuribus quibus mouetur Abb. in cap.ca pellanus. per illum text. de ferijs in penult. not.cum similibus.vt tradit Felyn.in cap.j.de constitu.& nouissimè Decius plures allegãs consi.ccccclvj.Consului aliàs.colũ.iij.& consi. dcxxx.colũ.ij.nume.10.& nisi ita diceremus, sequeretur,quòd in casu d.l. si quando. & si milib.in quibus agitur ex vi aut de dolo qui dicitur delictum, seu crimen.l.j. in fin. & ibi Bart.ff.de auct.tutor. semper posset esse lo cus torturæ, & tamen contrarium in termi nis d.l.si quando,vult Ias.ibi col.vij.versi. sue cessiuè pro intellectu gl.dum allegat Bart.in l.si.ff.de quest. Secundò etiam si vera esset conclusio cõtraria, quòd in causa ciuili pos sit inferri tortura, quando habet annexum delictum,tamẽ non adaptatur casui nostro, in quo non constat de aliquo crimine verè per indicia sufficientia, prout omnes doct. exigunt,qui parti contrariæ adherent, vt sta tim demonstrabo. Tertiò igitur principa
17 liter considerandum est, quòd†nullo modo ad torturam deueniri potest. Nam inter alia exigitur quòd præcedant indicia & præsum ptiones,ita vt sola confessio deesse videatur. l.j. in princ. ff.de quæstio. cum simılib. vt ibi Moder. ponunt in primo notando, & in se cundo requisito torturæ.& iudex debet esse quasi certus de delicto, antequam torqueat. Bald. in consilio decisiuo ad ducem Medio lani edito virtutum Comitem, quod est lib. iij. consi. lxxvij. Ad euidentiam præmitto, quòd fama. Et licèt hoc relinquatur arbitrio iudicis, quæ indicia & quæ præsumptiones sufficiant.Bart.in l.fin.ff.de quæstio. cum si
18 milibus, quæ nota sunt. Tamen†tale arbi trium debet esse consonum iuri,& æquitati. l.j.ff.de vsu.Roman. consil. cccxxvj. quæstio est,nunquid.col. iij. & ita in terminis tradit egregius inter criminales doctor Marsilius in sua practica criminali.in §.diligenter. col. xj.nume.24.& in consi. viij. in causa Ioannis incarcerati ob suspicionem furti. colum.viij. versi.Restat modo.nume.25. subdens, quòd arbitrium dici non potest, vbi ostenditur in dicia non esse de iure sufficientia per regu lam l. continuus.§.cùm ita.ff.de verb. oblig. Arbitrium enim debet esse iustum & regu latum,aliàs ab eo appellatur.tex. est in ma teria probatoria quem ibi not. Aretin. in c. præterea. de testib. Et in indicijs ista est
19 communis doctrina,quòd†debent esse per fecta in genere suo certa probantia & veri si milia.l.milites.§.oportet.C.de quæst. non le uia,non perfunctoria, nec quæ possint plu ribus modis interpretari,quoniam de salute hominis agitur,ideo indicia debent esse lu ce clariora in sua specie indiciorum. ita pul crè Bald.lib.j.consi.cclix. verba inquisitionis dicunt.versic.septima ratio est. & dicit idem Bald.lib.v.consil.cccclj. quæritur, an per so lam diffamationem. quòd indicia debẽt esse clara,non perfunctoria, quia in tanto discri mine non est eundum per ambages. non enim ex leui præsumptione, seu indicio est ad tormenta hominis procedendum.l. j. §. idem Cornelio.& ibi Bartol.ff.de quæstio.& Alexan.lib.iij.consi.xiiij. colũ.ij. Et testes ad probãdum indiciũ debent reddere causam scientiæ concludentem, si sint interrogati, vt

vt fuerunt in casu nostro.l.solam. & ibi gloss. & Barto.C. de testib. & etiam si non fuissent interrogati, quia sicut in criminalibus hoc exigitur. Salicet.in l.fina.C.de probat.ita vbi ex allegato crimine petitur tortura, requiri-
20 tur † vt testes assignent rationem etiam non interrogati, ad hoc vt indicium faciant, ita singulariter Marsilius in præallegato §. diligenter.col.xiij.versi.Et ideo ex hoc dicebam. & quamuis contra se adducat auctoritatem Decij in cōsil.100.in causa inquisitionis.col.j. versi. Capio primum testem, &c. & respondeat, quòd allegata per Decium in ciuilibus loquuntur, & non in criminalibus, & talis responsio non euacuet ex toto contrarium, quia Decius allegat Bald.post Imol. in capit. præterea, de testib. qui loquitur in criminalibus.vltra quem addo eundem Bald.in c.fina. in fin.de iura.calumniæ, qui loquitur in crimine homicidij probando. Tamen conclusio Marsilij vera est, quia communis est conclusio contra id quod consuluit Decius præter morem suum in causa capitali.Nam præmissam decisionem Salyce.tenuit Alex.lib.j. consi.xv.in causa inquisitionis.col.iiij.& ipsemet Decius sibi contrarius. consil. xxxvij. in causa rigorosæ accusationis.colum.iij.versic. Secundò principaliter dico. ibi, similiter in criminalibus.Iason in repeti.l.admonendi.ff. de iureiur.col.ix. versicu. ex ista conclusione inferuntur. Et specialiter facit, quod dicit Bald.in l.presbyteri.C.de episc.& cler.col.fi. & Felin.in c. tertio loco.col.iij. de probat. & videtur de hoc glo.in l.prius. ff. ad Sillanian. & ad auctoritatem Bal.in locis supra in contrarium adductis respōdetur, quòd in dicto cap.præterea.Bald. statim subdit, quòd si testes causam non adduxerint in criminalibus, iudex debet eos ex officio repetere, quia in illis debet diligentius examinari. & in d.cap. final.Bald. tangit principaliter differentiam an testis dicat se scire, an dicat verum esse, quia primo casu non probat, si causam scientiæ non adducat, quia multa scimus, de quibus concludens testimonium non redderemus. In secundo casu probat nisi interrogatus de causa scientiæ eam non adducat. Et quamuis incidenter exemplificaret in teste dicenti verum esse, quòd Titius commisit homicidium, tamen ex tali incidenti dicto non est sumenda conclusio contra dictam communem, quòd in criminalibus requiratur in teste redditio causæ, etiam si non interrogetur, maxime quia Bald.super Decre-

talibus multa dicta posuit, quæ non sunt iuridica. Decius referens Alexand.ita solitum dicere consil.cx. Viso themate suprascripto. col.ij.versic. Secundo potest responderi. Et maxime locum habet dicta communis, cum iudex examinat super inquisitione, quia post quam assumit officium inquirēdi, debet à se ipso testes interrogare de causis scientiæ. argumen.l.vnus.§. cogniturum. ff.de quæst.ita
21 Bald.lib.iij.consi.lxxvij.præallegato. Et † ad probandum indicium sufficiēs ad torturam exigitur vnus testis de visu, & omni exceptione maior.Barto.in l.Maritus.ff.de quæst. & adhuc talis testis non sufficit ad torturam inferendam, nisi concurrant alia indicia, secundum Marsilium consi.cj. illumina quæso me.col.iiij.num.37.& nu.38.& consi.sequen. pauci sunt dies.col.iij.n.40.& cuius opinio in casu proposito placet propter qualitatē causæ & personæ. Sin † autem testis deponat
22 de remotis à maleficio, tunc vnus non sufficit, sed requiruntur saltim duo contestes. vt est glo.reputata singularis in l.fina. C. famil. ercis. vbi Bart.cum similibus. vt Alexan. scribit j.lib.consil.xiij. Ex ijs col. penult. & latius eodem lib.cons.v.in casu inquisitionis.in primo dubio.& per illam glo.dicit Angel.in l.fi. in princ.ff.quòd metus causa. quòd si aliquis intituletur de furto facto in domo Titij, non sufficit ad faciendum indicium vnus testis omni exceptione maior; qui deponeret se vidisse intitulatum exeuntem de domo Titij habētem fardellum sub chlamide, quia hoc est indicium à remotis, sed duo exigerentur ad huiusmodi indicij à remotis probationem. Et ista gloss. est communis vt patet ex concordantibus signatis per Ias. in d. repeti. l.admonendi.col.lxxxiij.versi. Quintò dicta regula procedit. vt per dictos Modernos in d.l.fin.col.ij. ff.de quæst. versic. Quærit vlterius hic Barto.quomodò probetur indicium. dicentes, quòd ita pluries obtinuerunt in quæstione facti. Et ita consuluit idem Marsilius consil.xx. Digneris quæso clementissime Deus.col.viij.versi. Vltra prædicta.nume. 44. & consil. lxxij. munda cor meum. col. ij. nume.9.versicu.præterea.& consil.lxxxviij. in causa inquisitionis.col.iij.num.15.versi. quod clare ostendo.sed in casu de quo agitur, prædicta non currunt, vt statim ostendam particulariter discurrendo testes & responsiones ipsius Guigloni. Ergo nullo modo ad torturam deueniri potest. primò quo ad testes qui propalarunt & primo loco examinati sunt

ti sunt, non est fienda vis, quia non probant
tunc ratione dicti in quo non concludunt,
vt supra probatum est, tunc rationis efficien
23 tis ordinis. quia † vt vigore indiciorum ad tor
turam deueniri possit, exigitur, quòd rece-
pta sint per iudicem citato reo ad iuramen-
ta testium, iuxta l. si quando. C. de testib. alias
depositiones non nocent. Bart. in d. l. fi. in fi.
Felyn. in cap. ij. in ampliationibus illius text.
extra de testibus. etiam si stilus aliter se habe-
ret, nec aliter posset princeps rescribere, vt
prosequitur Hyppolitus dicto consi. viij. col.
vij. nume. n. versi. transfero me modo.

Secundò ponderatur variatio in respon-
sionibus Guigloni qui primo examinatus
respondet, quòd Augustina euacuauit pecu-
nias Ioan. Thomæ sui mariti, & erant com-
plures tam in auro quàm in moneta, quarũ
numerũ ignorat, & post euacuauit bursam
Boxij in qua erant pecuniæ ascendentes ad
septem florenos vel circa, & vnus scutus Sa-
baudiæ in auro. In secunda vero examina-
tione respondet, quòd videre suo pecuniæ
excedebant numerum florenorum trecen-
tum. Præterea in prima responsione dicit,
quòd Nicolaus eius frater erat presens quã-
do ipse Guiglonus consignauit pecunias Ioã
ni eorum fratri, in secunda vero dicit, quòd
nulli erant præsentes quando pecuniam cõ-
signauit eidem Ioanni eorum fratri. Rursus
in prima depositione dicit, quòd pecuniam
mariti euacuauit in aceto sposito in vno baf-
fino aut in vna gauia terræ. deinde euacua
uit pecuniam Boxij in gaula terræ. Insuper
in responsionibus suis dicit, quòd cum præ-
dictis pecunijs non fuerunt sibi traditi nec
consignati aliqui annuli aurei, & tamen ex
lista sui parte producta continetur, quòd ha
buit duos annulos auri. Ex quibus variatio-
nibus videtur insurgere indicium vt torque-
ri possit per doctrinam Imol. in c. quoniam
24 contra falsam. de probat. quòd † quãdo reus
trepidat, balbutiat, variat, iudex faciat scribe
re; quoniam sunt sufficientia ad torturam
indicia. Et idem vult Bartol. in l. minore. §. tor
menta. in versic. plurimum. per illum text. ff.
de quęst. col. j. hoc pro regula videntur sequi
communiter crimina lęsæ maiestatis. Augus.
opere maleficiorum. in glo. super verb. fama
publica præcedente. colum. xl. in vndecima
quæstione in materia torturæ dicens, quòd
hoc multotiens praticando fecit sibi hono-
rem. & ideo tenet Curtius Senior consi. xlj.
super processu inquisitionali ad finem, qui
loquitur in materia furti. & idem Guido Pa-
pæ doctor Dalph. consil. clxxiiij. circa pro-
cessum in hoc dubio. & hoc idẽ firmat Bart.
in d. l. fin. col. ij. per l. si vnus. §. sed si testes. ff.
de quæstio. & cap. literas. de præsumptio.

Sed ad hoc respondetur multis modis, &
primo ad maiorem partem argum. quæ ha-
25 bet † varians in responsionibus ad inquiren-
tis interrogatoria potest torqueri, quòd nõ
est vera absolute & contrarium tenet An-
dręas de Isernia in cõstitutione regni, si dam-
na clandestina. dicens, quòd testis vacillans
in testimonio torquetur, non in eo qui in-
terrogatus à iudice negat seu fatetur. & post
contrarium dicit, quia licet contraria depo-
nere propter sui salutem. l. nemo. ff. de ex-
cept. & istam opinionem latè prosequendo
firmat Paris Puteus in tractatu de sindicatu
in materia torturæ, char. cx. cap. incipien. Vi-
so de indicijs indubitatis. & de teste loquitur
Imol. & non de tortura. in d. cap. quoniam
contra falsam. admonens iudicem vt faciat
scribi per notarium causæ vacillationem te-
stis, quia aliàs si testis non credat propter va
cillationem posset contingere, quòd senten-
tia reuocaretur per iudicem appellationis,
cui de vacillatione non constaret, vt ibi latè
prosequitur Abb. col. xxj. Et tria iura quibus
Bart. mouetur non probant. Primò d. §. plu
rimum. quia & si dicat, quòd ad veritatem
indagandam multum conferat subtilis con
sideratio, quo sermone, qua ve constantia,
seu trepidatione quis loquatur, cuiusque in
ciuitate æstimationis sit. Tamen ex hoc non
sequitur, quòd predicta faciant ad torturam
per se indicium. quia non omne quod con-
fert ad veritatis indaginem est indicium suf-
ficiens ad torturam, vt patet ad sensum ex
his quæ de indicijs dicit Abb. in c. tertio loco
de probat. col. vltima. Secundò d. §. testes
non debet extendi ad torturam principalis
per ea, quę post Iserniam dicta sunt, & vltra
non probat quòd sola vacillatio sufficiat ad
torturam testis, cùm tantum ponat regulã
negatiuam, quòd non torqueantur testes
qui facto non interfuerũt. Tertiò in d. cap.
literas. nihil de tortura dicitur, sed ponde-
ratur quòd stante contrarietate testis in dua
bus confessionibus, statur primæ, pro qua
erat maior pręsumptio. & idem admitti pos-
sent in duabus depositionibus contrarijs in-
quisiti, vt dicit Paris loco preallegato post
Iserniam. Rursus & secundò respondetur,
26 quòd † Bartol. non tenet solam variationem
inditium

indicium facere, quod sufficiat ad torturam,
sed copulatiuè considerat variationem, tre-
pidationem, & vocem balbutientem. & ita
pôderat velle Bartol. Augustinus de Arimi-
no in additionibus. Ang. in tractatu & opere
malefi. præallegato, & sequitur Marsilius in
d. §. plurimum. col. v. At in præsenti casu ista
non concurrunt copulatiuè, igitur indicium
non insurgit etiam ex mente Bart. & ad hoc
non obstat quòd imò die 22. Maij legatur in
processu, quòd prætensus commissarius at-
testo, quòd prędictus Guiglonus cum vultu
pallido, & trepidando recusauit interroga-
torio respondere, quòd sumpsit subornatio-
nem, & admonitionem latius in actis descri-
bitur, quia de hoc non creditur enuntiatio-
27 ni commissarij. Sed † debet vacillatio, trepi-
datio & mutatio coloris scribi per notarium
per verba attestatiua hoc modo, & prædicto
interrogatorio facto dictus interrogatus fa-
ctus est vultu pallidus, & trepidauit vidente
me not. & dicto commissario interrogante,
qui in præsentia ipsius Guigloni audientis &
non côtradicentis iussit mihi qui ita in actis
scriberem. sic enim vult Imol. in d. c. quoniã,
contra falsam assertionem iniqui iudicis ple-
rumque innocens litigator occumbit. extra
de probat. per illum text. & ibi latè prosequi
tur Abb. col. xxj. Et si notarius non percipiat
trepidationem & mutationem coloris, non
debet scribere, quòd ita sit, sed quòd iudex
ita dixit Bald. in l. nullum. C. de test. colum. j.
quia cùm ęquiparetur testi. l. domitius labeo
ff. de testib. non debet scribere, nisi ea quæ
suo sensu corporeo intelligit. l. qui testamen
to. eodem tit. etiam si de assertis trepidatio-
ne & mutatione coloris constaret, non sunt
habendæ in consideratione, prout nec com-
missarius eas considerauit pro indicio ad tor
turam, sed tantum præsumpsit Guiglonum
monitum & subornatum ab aliquo, ne re-
sponderet. quia vt supra probaui q indebitè
detinebatur & in castro, & vt acta die xxj.
Maij cantant iussus ne cum aliquo loquere-
tur, & interrogabatur de eo, de quo iam de-
posuerat respectu scientiæ bonorum Ioan.
Thomæ Costæ, & respectu credulitatis non
tenebatur inquirenti respondere, quia suum
putare vel credere non præiudicaret. l. inter
omnes. §. recte. ff. de furt. & ita Bart. in l. Mar
cellus. §. j. ff. rer. amot. & quia non responde-
bat, fuit illi imposita pœna centum ducato-
rum & trium ictuum cordæ, ideo non esset
mirum, si trepidasset, & propter decurrêtem
sanguinem ad cor palluisset in vultu attêta
præsertim qualitate suæ personæ, cum sit
idiota per id quod dicit in fortioribus ter-
minis Paris loco præallegato se vidisse in
quodam nobili inculpato de magno crimi-
ne, qui cum intrauit aulam, in qua stabat
corda statim cecidit in terram, & minxit, &
egestionem emisit, & tamen innocens reper-
tus fuit. & dicit post Lucam de penna in l.
quotiens. C. de digni. lib. xij. quòd pallere, ti-
tubare & incôstanter loqui in aliquibus cô-
tingit ob periculi magnitudinem vel cordis
debilitatem, aut pusillanimitatem, allegando
Ciceronem lib. quarto rethorices, sed est lib.
ij. ad Herennium. titu. vij. de consecutione,
vbi probat huiusmodi esse signa æquiuoca,
quia multi magnitudine periculi sic agunt,
etiã innocêtes, & alij præmeditati constãter
loquuntur, cùm tamen sint criminosi. Igitur
iudicis arbitrio relinquitur, qui secundum
Bald. in l. presbyteri, C. de episco. & cler. in ij.
not. debet arbitrari ex alijs coniecturis, non
ex solo colore vel trepidatione. Et ita intelli-
git d. l. de minore. §. tormenta. in versi. pluri-
mum. & communiter approbatur ab infra
statim allegandis. & ita loquitur Roma. con-
sil. viij. Viso facto. ponderans cum Monda-
no alia indicia furti. Insuper & tertiò ad hæc
28 quæ dicuntur † de variatione, trepidatione,
& pallore potest responderi, quòd ex quo
iniusta erat detentio, talia non operantur in
dicium per id quod scribit Augustinus Ari-
minêsis loco supra allegato, quem sequitur
Franciscus Brunus tractatu de indicijs & tor
tura. col. xiij. vers. Alia quædam indicia. Hyp-
politus in d. §. diligenter. col. xxxij. nume. 74.
& licèt loquatur in tortura illata iniustè, ta-
men idem dicendum in detentione & carce
re iniustis, quia indebitè incarceratus potest
dici indebitè tortus. Bald. in l. falsus. ad fin. C.
de furt. Alexan. in apostillis ad Bartol. in l. j. §.
diuus Seuerus. ff. de quæst. col. ij. & ibi Mod.
carcer enim cruciat, & dicitur mala mansio,
& affert incommodum irreparabile. c. nulli
dubium, iij. quæstio. j. & est species torturæ,
adeo vt confessio per incarceratum non po-
test dici spontanea sed violenta. Hyppol. in
d. pratica. §. expedita. col. iij. num. 11. & latius
in §. attingam. col. xij. nu. 28. ideo sicut à tor-
tura semper appellatur, ita à carceratione,
Bald. in l. ij. C. de episco. aud. col. iij. versi. Se-
cundò verò & carcer dicitur tormentum.
Bald. in l. j. ad fin. C. qui non possunt ad liber.
perue. Et licèt ex aduerso dicatur, quòd non
fuit

fuit Guiglonus detrusus in carcere; sed solùm detentus per castrum; ex hoc non sequitur, quin gesta contra eum dicantur facta in carcere, in quem de facili dertudi potuisset. argum. l. nouissimè. vbi Bald. ff. quod fal. tuto. auct. Ideo sicut. corruũt gesta per indebitè carcerarũ. l. qui in carcerẽ. ff. quod met. cau. ita gesta per arrestarũ, iniuste, licèt in carcere non iniectum. Guido Papæ. consil. clxxv. repræsaliæ. Et ad hæc conferunt quę de confessione facta ex cõminatione officialis scribit Anchar. consi. xxiiij. Visa inquisitione formata contra Philiponũ de Mantua. col. j. & Alexan. lib. iiij. consi. xlvij. in causa prædicta. col. ij. iniusta autem dicitur detentio vel incarceratio ad quam deuentum est non seruato iuris ordine. Angel. in l. j. ff. ne quis eum, qui in ius voc. vi eximat. Quartò re-

29 spondetur † quòd prætensæ variationes quæ non cõcernunt substantialia delicti; pro quo quis intitulatur, non attenduntur, sed tantũ concernunt accidentalia, vt illa, quòd in consignatione pecuniarum facta Ioanni interfuerit, uel non interfuerit Nicola. & illa, quòd pecuniæ fuerunt euacuatæ in bacino vel gauia. per id quod dicit Iacobus Butrigarius in l. Lucius. ff. de his, qui not. Infa. cum similibus. Moderni scribunt de teste deponente falsum in accidentalibus tantum. in l. si ex falsis. C. de transact. Et ita in terminis nostris respondet Marsilius d. consil. xv. col. iij. pro quo vltra facit glo. in c. cum ecclesia Sutrina. de cauf. possess. & prop. in versic. vacillare. cum similibus. vt Alexand. dicit lib. v. consi. lxxxviij. Quoniam omne datum optimum. colum. v. versic. Secundò respondeo. Quintò & ultimò dico, quòd nulla effectua lis est variatio. quia si quis primo loco dicat, quòd ignorat numerũ pecuniarum Costæ; & secundo dicat, quòd uidere suo excedebant numerum florenorum tercentum; nõ dicitur uarius. quia primo modo loquitur secundum ignorantiam, quæ opponitur scientiæ, quæ scientia præsupponit aliquid præcognitum per sensum. l. j. §. scientiam. ff. de tributo. Barto. in d. l. admonendi. ubi latè dixi col. xxj. versic. Secundo modo scientia vera. ff. de iureiur. & ideo qui ignorat potest de ignorato suspicari vel pręsumere; vt patet ex dictis Bald. in l. ea quidem. ij. col. cum sequenti. C. qui accu. non pos. & qui heri dixit, quòd ignorat discretum numerum pecuniarum, potest siue vitio variationis hodie respondere, quòd videre suo erat talis numerus per id quod in fortioribus terminis dicit Ang. in l. quidam tabularum. in princ. ff. de furt. Nam illa verba, videre suo, sunt indicij non scientię. ita quòd non opponantur igno-

30 rantiæ, & propterea † testis qui deponit de actu, & rationem assignat; quia ita sibi videtur, non probat; quia ratio non concludit scientiam per consensu. Bart. in l. quid tamẽ. §. si arbiter. ff. de arbit. & in tract. testis circa secundam cart. cum similibus. vt Alexand. scribit j. lib. consi. xv. Viso processu inquisitionis. colum. iiij. Ad secundam prætensam variationem de absentia, & præsentia Nicolai fratris tempore consignationis factæ Ioanni fratri seniori iam supra respondi, quòd non consideratur, ex quo non concernit substantialia. & vltra cùm consignatio pecuniarum sit actus multiplicabilis, pręsumitur quòd pluries consignauerit. cap. cùm Ioannes & ibi Abbas. & Felin. col. iij. de fide instrument. Et est uerisimile, quod Ioanni reuerso ex Lugduno statim consignauit etiã post cum cessauit suspicio pestis. Ad tertiam quoque ponderationem varietatis supra est responsum, quòd sit circa accidentalia tantum. ultra tamen considerandũ est, quòd in prima depositione dicit quòd pecuniæ Ioã. Thomæ fuerunt euacuatæ in aceto posito in vnò bacino, aut vna gauia per Augustinũ dicentem; istæ sunt pecuniæ Ioan. Thomæ mariti mei. Et inde dixit, hæc est bursa Boxij, quam euacuauit in dicto aceto. In secunda uerò respondit, quòd pecunia. Io. Thomę fuit euacuata in bacino; & illa Boxij in gauia. & ista non sunt contraria; quia prima depositio potest intelligi, quòd & bacinus & gauia ibidem essent. quandoquidem & si in alternatiuis sufficiat alterũ verificari, tamen potest vtrunque etiam concurrere; vt patet ex his, quæ Alexand. scribit in l. vbi autem non apparet. §. qui illud, aut illud. ff. de verb. oblig. & est verisimile, quòd essent sibi duo instrumenta ad recipiendas pecunias duorum diuersorum, ne per commixtionem induceretur incertitudo. l. si alieni. ff. de solut. & in vtroque vase acetum, ad euitandum contagium pestis. verum in prima non recordans distinctim in quo instrumẽto fuerit posita pecunia Costæ & in quo pecunia Boxij fuit alternatiuè loquutus; conclusiuè tamen dicens, quod vtraque pecunia posita est in aceto. recordatus autem post in secunda distinxit instrumẽta & ista non est variatio, vt patet ex his, q̃ scribit Paris Puteus loco supra

D alle

allegato. & si potest variatio dici, cum sit modica, non attenditur. Anto. de Butrio. in c. ij. de regula. per glo. ibi Alex. lib. ij. consil. cxxij. Viso processu col. ij. ver. nō obstat, si dicatur. Ad quartam assertam uariationem de annulis, patet responsio, quia in lista exhibita annulli leguntur fuisse quōdam Io. Thomę. & non quondam Boxij de cuius pecunijs est quæstio. Et responsio negatiua Guigloni intelligitur de annulis, qui essent cū pecunijs Boxij, referendo eum ad proximè præcedentia, vt fieri debet regulariter, maximè ad euitandam contrarietatem. vt Ias. latè scribit in l. j. C. de lib. præt. & ita cōcludēdū quod ex respōsionibus intitulati non insurgit inditiū. Tertiò igitur principaliter venio ad testes post processum formatum examinatos, & repetitos, & ad unum in quo responsiones delati videntur concurrere; videlicet, quòd Boxius reputabatur pecuniosus; Ioan. Thomas cognatos inquisiti idemque inquisitus, & fratres sui pauca bona habebant, exercentes vnicam, & exiguam apothecam marcantiæ. sed post tempus, quo remissæ fuerunt pecuniæ Guiglono ipsi fratres Bechi erexerunt plures apothecas; videlicet Raconisij, Clarasch, & Albæ. & fama est, ꝙ hoc fecerunt ex dictis pecunijs Boxij. Igitur hoc videtur facere inditiū cōtra Guiglonū per id, quod
31 scribit Bart. in d. l. fi. col. ij. quòd † si sit factum furtū, & quispiam, qui anteà erat pauper reperiatur habere pecuniam præsumetur contra eum. argum. l. Quintus. ff. de donat. inter vir. & vxo. & cum Bart. tenet Ang. in l. fin. C. de quæst. col. j. versi. possunt plura indicia. & ibi Salicetus col. iij. versi. nunc transeamus ad apparatum. Et cognitio hanc causam detētionis habet fuisse quæ à remissione pecuniarū Cargnani facta dilata fuit tot annos. Sed respondetur, quòd dicta Bart. nullo modo nostris terminis adaptari possunt; qui volens dare inditia furti primò præsupponit furtum certæ rei, certæ summæ fuisse factū, licèt ignoretur à quo; prout regulariter ante constare debet quàm inquisitio formetur. l. is, qui. §. qui Titium. ff. de furt. Angel. in d. versi. fama publica. col. xlij. ver. Duodecimò, tu iudex. & Barto. in d. l. fin. ff. de quæst. col. j.
Secundò Bart. ibi copulatiuè considerat,
32 quòd † inquisitus sit malè vocis, conditionis, & famæ, solitus similia facere, & qui notam haberet qualitatem domus, in qua commissum est furtum, & quòd in ea cōuersaretur; Et quòd cum prius esset pauper, commisso furto statim visus est habere pecuniam. Ista enim quatuor simul iuncta cū primo, quòd constet furtum esse factū, faciunt inditium contra inquisitum de furto, nō quoque per se; aliàs commisso furto quilibet malæ vocis torqueretur, etiam qui ignoraret domum, vel non conuersaretur in domo furti commissi. Et pariter quilibet bonæ vocis, aut nec bonæ nec malæ, qui tantum notam haberet domum vel in ea versaretur. Et pariter quilibet bonæ uocis, ignorās domum, qui prius esset pauper, post furtū visus est habere pecuniam. quæ tres consequentiæ per se considerataæ sunt falsissimæ, & absurdum continent cuicunque cōsideranti, quia sola qualitas malæ famæ personæ solitæ similia facere non sufficeret. Barto. in d. l. fin. & in d. §. tormenta. Salyc. in l. ea quidem. C. de accus. nisi concurreret probatio alterius famæ de furto ipso, quòd ab inquisito sit commissum, quæ incontinenti orta sit commisso crimine in loco commissi criminis; & à personis fide dignis. Et hoc concurrente adhuc est quæstio disputabilis, vt per Guadinū de malef. sub rub. de quæst. & tormentis. col. viij. versi. Sed vno quæro. Et pariter sola notitia vel conuersatio domus, non sufficit. Bald. in l. j. in ij. oppo. C. commod. minus sufficeret apparentia pecuniarū in paupere, qui domum ignoret & maximè si esset bonæ vocis per infrà dicenda. Igitur Bart. cum ministerio in prædicto inditio furti vsus est copulatiuis, quæ requirunt concursum copulatorum. Bart. in l. j. ff. de iust. & iure. per l. si hæredi plures. ff. de condit. institut. & ideo cùm in casu nostro non constet de aliquo furto certę rei, vel summæ, nec de mala fama inquisiti potius de bona, vt patet ex testibus etiam ex aduerso examinatis. Nec fama prætensi delicti sit probata, vt statim probabo. Sequitur quod nullū resultat inditium ex eo quia inquisitus, & fratres ab annis duodecim post dictam commissionē pecuniarū successiuis annis errexerunt dictas apothecas, maximè cùm cœperint apothecā habere anno salutis 1515. & sic decem nouem præteritis, & pater uendiderit prædia ad florenos quatuor centum pro capitali fiendo, & Ioannes alius filiorum contulerit lucra salariorum habitorum à Matthæo de Facijs, vt legitur in depositione Guigloni. Et ex testibus ex aduerso examinatis, & nostris constet quod ante annos duodecim, & mortem. Boxij seu tempus pestis apotheca valebat vltra mille florenos,

nos.& quòd ipsi fratres sunt industrij, & solliciti. non est dubium, quòd verisimiliter multiplicarunt lucra, ex quibus alias apothecas erexerunt, & ita ius præsumit. l. si defunctus. C. arbitr. tul. dicens, quòd ex quo nec Guiglonus nec fratres quicquã ante remissionem pecuniarũ habuerunt, nõ idoneum continetur indicium. nec enim pauperibus industria, vel augmentum patrimonij, quòd laboribus & multis casibus quæritur, interdicendũ est. Et illa præsumptio inducitur à lege, vt tollatur præsumptio furti, & sic delicti. per l. Meritò. ff. pro socio. & maximè cùm probatur q s esse solicitus & nõ iners. Rom. cõsi. clix. super eo. col. ij. & ideo gl. in l. defensionis facultas. C. de iur. fisc. lib. x. reprobatur, quæ dicebat acquisita per administratorem rerum fiscalium præsumi acquisita de bonis fisci. Et ita Barto. ibi reprobat & Alexan. in l. diuus. ff. de bo. dam. in prima additione Bar.

33 Et † quando est diligens, & solers, talis præsumptio militat etiam vbi alias non militaret, vt pro Episcopo qui breue tempore magnas acquisiuit diuitias. Decius scribit consi. clxxv. in causa falsitatis. col. vlt. versi. vltimo. Præterea in casu isto multiplicatio apothecarum in diuersis locis non arguit quin ex vna satis honesta, quæ erat Carmagnoliæ vt dicit Sebastianus de Ianacis ex aduerso examinatus, potuerint plures fieri, prout factum fuit partim post forum Cargnani, partim propter discrimina militum, & bellorum, sicut ex vno agro fiunt plures gratia commodioris culturę. l. Gaius. ff. de leg. iij. & ex vno libro fiũt plura volumina. gl. in rubrica inforciati. & sic diuisi paulatim industria fratrum, & lucris quotidianis potuit augeri, vt docet experientia rerum magistra, capitu. quàm sit. de electio. lib. vj. & possem nomina re multos mareerios, qui minore principio, & tempore maximas diuitias congresserunt, & maximè cùm nota sint eorum probitas, multa emunt sub credẽtia, ex quibus ita lucrantur, sicut ex propria pecunia. Etiam ex dotibus vxorum auctum est capitale, & ex pecunia Costæ, de qua in lista producta potuerunt mercari. l. qui rem. in princ. & ibi notat Angel. ff. de furt. ita vt, omnibus consideratis, potuerint licitè à tempore primæ apothecæ conflare capitale viginti milium florenorum & vltra, secundùm quòd aliàs vidi deduci & probari in ardua causa mercatoria, & audio in hac ciuitate inter socios eiusdem mercantię contigisse.

34 Testes † quoque non probant famam esse quòd pecunia esset Boxij. quia etsi dicant aliqui, quòd ita publicè dici audierunt, & aliqui addunt, quòd à maiore parte populi; Tamen non deponunt, à quibus dici audierunt, seu vnde fama habuerit originem. Imò in c. qualiter & quando. de accus. Barto. in §. iam dicto, plurimum, vbi moderni, & latè Decius clareque consi. xxxvij. in causa rigorosæ accusationis. col. vj. versic. secundus testis. & exigeretur in probãda fama probare, quòd orta est ex probabilibus coniecturis, & à personis fide dignis. Ange. in l. solam. C. de testib. Dec. post Abb. in c. veniens. col. fin. extra eod. titu. versicul. vlt. & dicit oportunè Bald. lib. v. consil. ccccij. Quæritur, an per solam diffamationem, quòd ad tormenta non peruenitur per famam, quando nõ est orta ex causis probabilibus, quæ inducant populum ad sic credendum, & dicendum, quia aliàs non est fama, sed vana vox populi, cui non est credendum. l. decurionum. C. de pœnis. & etiam legitimè probata sola non sufficit, vt ibi per eum. & dicit pulchrè idem Bal. lib. iij. consil. lxxvij. præallegato, quòd fama debet esse solida, non vaga, inconcussa, non leuis, recens, nõ contraria. Et quòd aliud est probare famam, & nõ causam famæ. & propterea iudex inuestigare debet causas, ex quibus processit fama, & qualitatem personarum, contra quas processit, vtrum in fames, an probatæ vitæ, iuxta l. non omnes. §. à barbaris. ff. de re mili. & sola fama nõ sufficit ad torturã, per quam si quis torqueretur, & confiteretur, & in confessione perseueraret, non valeret confessio. secundùm Bald. per l. Maritus. ff. de quæst. Non obstant nunc particulariter, quæ testes repetiti ex aduerso deponũt. Et primò Sebastiani Iarauigli, primò quia nõ probat respectu personæ, cùm dicat se possidere florenos ducentum, & exerceat officium villæ. l. quisquis. in versi. paupertate sordescat. C. ad leg. Iul. ma. & causa sit ardua ex asserto crimine. & ita Rom. tradit consil. ccclxxxij. quoad primũ. in ij. dub. & pauper dicatur qui non possidet tantum in bonis quantum ascẽdit causa, super qua deponit. glo. in verb. substantiam. in §. si verò absunt. in Authen. de hæred. & falcid. Et ita quòd in criminalibus non probet pauper, & vilis, firmat Alexan. in l. spadonem. ff. de execu. tut. in additio. & Franciscus Aretin. consilio x. iij. Viso diligenter themate. colum. decima.

Præterea dictus testis in dicto non concludit

cludit dicens, quòd vidit Augustinam enūciantem pecunias in bassino, inserens numerum in quibus erant berlinghæ, testoni, & aliæ pecuniæ aureæ & argeutæ diuersarū stamparū, & maior pars in argento, ex quibus bassinū non erat plenū in quarta parte. Ista enim nec repugnāt responsionibus Guigloni, & listæ ab eo productæ, in cuius lectura videntur omnia hæc verificari. nec testis dicit quòd Augustina tradiderit vt pecuniā Boxij tantum, sed in dubio præsumeretur dantis. l. secunda. vbi Barto. C. pro socio. aut Ioan. Thomæ quondam mariti. l. quintus. ff. de donat. inter vir. & vxorum. & cum testis dicat quòd bassinū nō implebatur in quarta parte, hoc potest intelligi in modica pecunia, quia etiam si maior summa fuisset quòd Guiglonus dicat, verū esset, quòd bassinum non implebatur in quarta parte, vt ad sensum paret. Et † in simili Bart. considerat testem dicentem Titium possedisse ab annis decem citrà. quia in vno verificatur, & de decem non concludit. in l. celsus. ff. de vsuca. & dictum testis non concludens nō probat. l. non hoc. C. vnd. cognat. sed interpretatur contra producentem. c. in præsentia. de probat. maximè in pœnalibus. l. fi. C. de proba. etiam si ad pœnam ciuiliter ageretur. l. in testamento. la picola. ff. de cond. & demonstra.

34 Et † in simili

Secundus testis Ioannes Chicho, & tertius Antonius Petiti nihil deponunt, quod tangat negotium principale, de quo agitur, sed solùm, quòd Antonius Boxius lucraretur, & esset pecuniosus mercator salis & victualium. Et adhuc in hoc concludunt minimè dicta eorum, per rationes, quas tamen tali casu assignare tenentur, etiam non interrogati, per dicta Barto. in tracta. testium. col. iij. versi. testis dixit fundum. & latè Felin. in c. cùm causam. de test. col. ij. versi. fallit secundò. Secundò etiam si probarent, quòd dictus Antonius quandoque visus est habere magnas pecunias, non sequitur, ergo eas habebat tempore mortis tunc, quia mercatores plerumq; plus debent, quàm habeant tunc quia † qui habuit semel pecunias, non præsumitur ex post semper habuisse. & ita Specul. tit. de act. & petitio. §. primo. versicu. quid, si ego. limitat text. in l. siue possideris. C. de probat. volentem, quòd qui semel possedit, præsumitur ex post possidere, vt in rei immobilis possessione, secus in re mobili, cuius propterea possessio dicitur vilis & abiecta, cùm de facili amittatur. l. si in rē mobilē. ff. de acquir. poss. Et in terminis mercatoris, qui probatur habuisse pecunias, merces & huiusmodi mobilia, Alexand. tradit libro j. consilio. xlvij. Circa primum videtur dicendum B. teneri ad restitutionem capitalis. col. j. versi. & si diceret. Tertiò etiam si probatum foret cōcludenter per omnes testes, quòd Antonius Boxius erat pecuniosus, & quòd magna quantitas peruenit ex illis ad Costam cognatum, qui erat pauper habens modicum capitale, & onus familiæ, & quòd vxor Costæ defuncti tradiderit Guiglono quantitatem vnam pecuniæ, de cuius numero nullus testium deponit, nec deponere pro veritate possunt, quia dicit Sebastianus Ianacius, quòd non fuerunt numeratæ per Ginam vxorem Boxii. quia de hoc monita dicit, quòd confidebat de Costa. Et quia pecuniæ post datæ Guiglono per Augustinam relictam Costæ, non fuerunt numeratæ dationis tempore, vt ex testibus colligitur, non sequitur quòd Guiglonus habuisset maiorē quantitatem à sorore Augustina, quàm in actis confessus fuerit. Nec sunt prædicta indicia per se in vno quoque leuia & insufficientia simul iungenda ad faciendum probationem de certa & maiore quantitate quam Guiglonus confiteatur, ad effectum torturæ, vt in ea maiorem exprimat quantitatem & minus vt cōdemnetur, per id quod voluit glo. & doct. in c. veniens. el primo. de testib. & Marsilius consil. lxxxviij. in causa. col. vlt. & pulchrè tradit Decius consi. clxxv. in causa falsitatis. col. fin. & nouissimè consi. ccccccxv. visa inquisitione. col. vlti. Et etiam simul iuncta nihil concludunt verè, aut præsumptiuè de certa quantitate, quæ arguat dolum contra confessionem. Guigloni, vel super qua possit certa sententia ferri. iuxta §. curare. instit. de actio. & postquam pecunia non fuit numerata, nec tradita sigillata in saculo, vel alio instrumento, onus probandi certam quantitatem maiorem, quàm Guiglonus confitearur, incumbit parti agenti, & dolus non præsumitur in depositario. l. j. §. cista. ff. depos. & ibi Bar. facit l. quoties. §. qui dolo. & glo. in l. cùm de lege. ff. de probatio. Et propterea Ioan. de Imol. tenendo opinionem, quam tenuit in d. c. grauis. extra de depos. quam supra oppugnaui, quòd in causa ciuili possit quis torqueri, dicit in consi. ij. in furorem populi, sub titu. de iudæis, quòd ille qui accepit depositum factum à iudæa rimore populi deprædantis domum, & contra quem

quem vt Christianum iudæa non potest iurare in litem.c.iudęi.de teste. ita demum poterit torqueri in subsidium habendæ veritatis,si res sint datę in saculo, & accipiens negauerit aliquod depositum habuisse, secus, si res fuerint in pręsentia testium ostésę, qui possunt examinari,quia tunc cessat tortura etiam in mendacem depositarium. quantò ergo magis in casu nostro, in quo Guiglonus confessus est ingenuè, quòd habuit par cellam habitatorum exhibuit,& pecunię datę prius fuerunt euacuatę coram testibus.

Quartus testis Dominicus de Maghinoter examinatus se referens primę depositioni deponit,quòd tempore pestis Carmagn. cùm esset Cargnam in domo habitationis Ioannis Bechi,fuit ipsi & Nicolino de Ianacio præsentata pecunia portata ex bonis infectorum, quæ fuit computata, & descripta in lista manu dicti Nicolai, qui testis nihil deponit faciens contra Guiglonum,de quo mentionem non facit. Et si dicatur,quòd cū Guiglonus dicat quòd bassinum intus accepit præsentibus prędictis,qui accesserunt ad domum, & pecunias numerarunt, & computum tenuerunt multis alijs pręsentibus, & sic condicere videtur testi, qui dicit Ioannem pecuniam portasse & numerationi interfuisse. Respondetur potius standum responsioni Guigloni, cum qua concordat lista exhibita facta manu dicti quondam Nicolini, quæ de Guiglono meminit, non de Ioanne,cuius persona non subauditur. l. ita stipulatus.§.Chrysogonus.ff. de verb. oblig. & cui magis credendum est, eò quòd manu dicti Nicolai, mortui ante litem scripta sit,
37 quia†cùm defuncti sint in corruptibiles magis creditur eorum priuatæ scripturæ quàm viuorum.Bald.in l.rationes.C.de probation. Alexan.lib.ij.consil.lix. Viso processu col.iij. & Socy.lib.ij.consi.clxxxvj. in controuersia. col.vj.versic.multum. & quòd lista exhibita scripta sit manu dicti quondam Nicolai, potest magnificus dominus iudicaturus se informare,& debet in hoc casu.l.j. §. si quis vltro.ff.de quæst.& maxime, quia fuit requisitus.Bart.in l.iiij.§.hoc autē.ff.de dam.infect. Etiam cum lista legatur scripta die xvj. Nouembris.& tamen in secunda repetitione dicit,quòd erat de mense Augusti. quia come debantur melones, qui non comeduntur in mense Nouembris, ita vt depositio ista non possit saluari in numeratione pecuniarum,de quibus agimus, quæ vt dicit primus testis ex repetitis fuit facta post festum sancti Michaelis, vsque ad festa Natalia. sed si quis vellet saluare testem,expediret dicere, quòd loquatur in diuersa numeratione,iuxta notata in l. quinquaginta. ff. de probatio Ad quintum sextum & alios testes vsque ad nonum,qui deponunt de facultatibus Boxij & fratrum de Bechis,responsio patet ex ijs, quæ superius dicta sunt. Nonus testis Margarita de Mamelle & Sebastianus Ianacij duodecimus in ordine vltimæ repetitionis non obsunt,dum deponunt de prætensa remissione pecuniæ factæ Carmagnoliæ per Ginam Antonij Boxij mortui peste in manibus Ioan.Thomæ Costæ in olla octo scutellarum euacuatis taschetis.quia ex hoc nihil infertur contra Guiglonum tunc absentem sed sanctius fuisset experiri in hęredes Ioā.Thomæ si qua actio competebat nō criminaliter,& sine actione Guiglonū inuolucre.Decimus testis Iulius Falap. refert se primæ depositioni,quæ nihil probat,cùm deponat de auditu alieno mundatoris domorū,
38 qui etiam loquebatur per audire dici. &†clarum est, q̀ tale testimonium non probat, vt in præcedentibus tactum est. & ita vt nō faciat indicium. Alexand. scribit lib.iij. consi.j. Viso processu inquisitionis.col.ij. benè subdit in prima depositione, quòd pecuniæ remissę Guiglono fuerunt computatæ ea.die, qua per Augustinam datæ fuerunt,quod iustificat parcellam exhibitam, & facit præsumptionem innocentię Guigloni,qui si voluisset occultare pecuniam habitam, illam non computasset ea die coram eis qui interfuerunt dationi, & minus fecisset computū redigi in scriptis,cùm furari volēs nō id ageret, sed occultè procederet.l.j. ff. de furt. & quamuis in repetitione Luc. testis addat, q̀ existens super hostio suę domus audiēs pulsationem metalli aspiciendo vidit euacuari in bassino per Augustinam, quam clarè non cognouit propter distantiam certum quid indicat esse pecunias, tamen nihil dicit incompatibile cum confessione Guiglo ni,& indicādo nō probat.Bart.in d.§.si arbitet.& per hęc tollitur ea, quę deponūt Antonius de Vlmo vndecimus testis in numero repetitorū,qui pariter indicat, & fatetur, quòd distabat à loco euacuationis pecuniarum per iactum lapidis,& vltra, ita vt pecunias non viderit,quas in prima depositione dicit singulariter euacuatas in vna baccea, ad quam primā depositionem in principio

consultationis respondi. Bene dicit fauens Guiglono, quòd ipsi fratres Bechi tunc tenebant apotecham Cargnani ita vt sit verisimile, quòd lucrabantur, & quòd Ioannes esset Lugduni in nundinis, quæ eò mensæ Nouembris teneri solent, sicque responsiones Guigloni iustificantur. Ad depositionē Sebastiani Ianacij testis vltimo repetiti abundè supra fuit responsum, qui magis est, vt prosit, quàm noceat, cùm etiam subdit fratres Bechos potuisse habere pecunias, & alias res vltra apothecam florenorum mille, quos dicit laboriosos, & industriosos, quę omnia sunt media multū lucrandi. d.l. si defunctus. C. arbit. tutel. Ex pręmissis liquidè patet nullū probari in Guiglonū indicium diuisim, vel coniunctim, quod iudicem rectū & in iudicādo liberū moueret ad torturam.

Sed posito citra præiudicium veri, quam suspitionem in eum concipi posse purgata procul dubio manet, & in auras euanescit ex

39 infra scripus. Et † primo ex probata bona voce, & fama, ac conuersatione eius, & fratrum, de qua testes eorum parte & etiam ex aduerso deponunt. Nam præsumptio debiti ex probatione bonæ famæ tollitur. Bald. in l.j. in fin. C. locat. Decius d. consil. clxxxix. col. pen. versi. Accedit bona fama. cum concordantibus signatis per Hyppolitum consilio lxxij. Munda cor meum. col. pen. versic. præterea dico. & dicit Bal. in l. fin. colū. vlt. C. de probat. versic. sed est tertia quòd quędam species probationis vocatur indicatiua faciēs indicium, propter quod torquetur persona vilis. glos. in l. cùm probatio. ff. de probat. secus est in persona graui, bonæ con-

40 uersationis. quia † qualitas vitæ præcedentis tollit omnem suspicionem. l. non omnes. §. à barbaris. ff. de re milita. c. cùm in iuuentute. de pręsumpt. per quæ dicta Alexan. in l. fina. ff. de quæst. in addit. ad Bart. vult, quòd probata bona fama inquisiti, non possit torqueri ex huiusmodi indicijs, vbi aliàs ad torturam sufficerent. & concordantes signat Hyppolit. cōsil. cxxx. supra allegato. col. pen. versi. imò etiam. nu. 48. & consi. lxv. & idem vult Alexand. lib. iij. consi. xcix. Viso themate inquisitionis. colum. ij. versi. Confirmo. & consi. xiiij. Ponderatis narratis. eodem lib. col. iij. versic. Ad defensionem. & vltra prædictos addo Alexand. in l. qui accusare. C. de edendo. col. ij. Ias. in l. j. in fi. C. comm. de leg. & Bal. d. consi. ccccij. quæritur. in v. lib. quòd quando non constat de causa infamiæ, præsumptio est pro bona fama, quæ homini est innata ex origine, & bonitate naturę. & ideo sicut indicium est præsumptio præsumptionum. l. diuus. ff. de in integ. rest. ita fama tollit famam. Et ea præualet quę cohęret naturę. subdens quòd indicia diuersa non iuuāt ad vnum perfectum hominis indicium. & dicit idem Bald. consi. lxxvij. Ad euidentiam. lib. iij. quòd fama habens præsumptionem bonitatis naturæ denigrat contrariam. & in fine subdit, quòd licet reperiatur triplex tortura, leuior, grauior, & grauissima, tamen nulla imponitur purgationibus, & contrarijs attestationibus cōsideratis nebulam sceleris remouentibus.

Secundò quia pręsumptio est, quòd Guiglonus & fratres licitè fuerunt lucrati stantibus præsertim capitali facto ex bonis paternis, qualitate anteriori suę apothecę, de qua testes deponunt, dotibus vxorum, industria, & laboribus ipsorum fide notória, quæ summum est capitale, & pręsumptione iuris suadente ad exclusionem delicti, de qua specialiter in terminis nostris dicitur in l. si defunctus. & generaliter i l. meritò. ff. pro socio. & in c. estote misericordes. de reg. iur. i antiq.

Tertiò quia pręsumptio est cōtra Michaelem Boxium aduersantem, & agentes pro eo, qui tam diu morati sunt ad agēdum seu accusandum ratione huiusmodi assertarum pecuniarum: cùm tamen de remissione facta per dictam Augustinam notitiam haberent, vt patet ex depositione nobilis Vberti Michę quondam tutoris ipsius Michaelis, vt in actis pronuntiatum est. argu. tex. in cap. j. de frig. & malefi. ibi, cum tam diu tacuit. & dicit Bald. lib. iij. consi. xxxvij. quidam tabel-

41 lio. in fin. quòd † accusatio redditur suspecta, si accusator multum stetit ad accusandum & in hoc dicitur multum stetisse, etiam qui non stetit per decem annos, quia non agitur de præscriptione, sed de suspicione elisiua alterius suspicionis. Et ita tempore septem annorum firmat Hippolit. consi. cxj. clemētissimi Dei. colū. ij. versicu. pręterea. & consil. cxvij. illumina, quęso, domine. col. vij. in ij. dubio. nume. 45. & in practica criminali. §. diligenter. nume. 200. versi. item aliud est indicium, pro reo.

Quartò indicat Guigloni innocentiam,

42 quia † pecunias ab Augustina sorore palam accepit, & eo die coram testibus qui interfuerunt numerationi, & per vnum ex illis scribi curauit, vt superius factum est: vnde

non

non præsumitur in dolo fuisse.l. non intelligitur.§. si quis palam.ff. de iure fisci. & ita hanc & multas aliàs præsumptiones pro intitulato de crimine expilatæ hereditatis, quę ad casum nostrum bene conferunt, considerat Barthol. Veronen. consi. lxxviij. circa primum dubium, an stante sententia. in ij. dubio. Et ibi subdit, quòd in huiusmodi vna
43 præsumptio aliam tollit. cui addo, † quòd quando probationes rei sunt pares, vel maiores, quàm sunt probationes accusatoris; proculdubiò elidunt contrariam probationem. Et si sint minores debilitant fidem ipsius contrariæ probationis, ut colligitur ex c. ex hominis.de probat.& ex dictis Bar in l.admonendi.ff. de iureiurando. circa vltimam chartam in versic. quid si actor probauit. & ita Alexand.tradit lib.vij. consil.xxx. ex allegatis in voce in secundo dubio. Et ex prædictis tandem concluditur, quòd ex natura causæ,& ex deficiẽtibus necessarijs indicijs; & ex probationibus,& pręsumptionibus militantibus pro ipso inquisito, nullatenus potest ad torturam deueniri. & consequenter resultat resolutio eius, de quo in principio consilij dubitabatur; an scilicet ordinandum esset ipsum Guiglonum debere sisti in iudicio, vt ex aduerso requiritur ad effectum, vt torqueatur, quia dicendum est quòd non; quia postquam de iure non potest esse locus torturæ; frustrà fieret talis præsentatio. contra text.in l. hæc stipulatio.§.diuus.ff. vt legat. nom.cauea. & hoc vult rectè intuenti Barto. in l.penult.versic. circa istam lecturam.ff. de quæst.præsupponens, quòd relaxatus fideiussoribus datis sit sistendus personaliter coram iudice, si post relaxationem appareant sufficientia inditia ad torturam, dans remedia contra eum qui tali casu reus nollet comparere. Ergo vult, quòd non superuenientibus huiusmodi indicijs ad torturam sufficientibus, non sit compellendus ad personalem comparitionem. Tertiò igitur principaliter est videndum; an † ipsi Michaeli Boxij
44 sit deferendum iuramentum in litem ab eo in actis postulatum. Et breuiter dicendum est, quòd non; quia huiusmodi iuramentum exigit dolum eius, aduersus quem postulatur.l.in actionibus.ff.de in lit.iurando adeò, quòd non sufficeret lata culpa; vt dicit ibi gl. quam sequitur Barto. col.j. versic. Venio. & idem Imol. dicto consi.ij. & confert, quòd disputando tradunt Cyn.& Bald.in l. argentarius.§.cùm autem.ff.de edendo.an sufficeret, quòd talis dolus esset in omittendo; an verò exigatur quòd sit in faciendo, vt ibi Alexan. refert in quinto notabili, & Ias. latè in l.si prius.col.xvj.ff. de noui oper. nunniat. Sed quòd Guiglonus fuerit in dolo non probatur, prout probari debet per communem regulã.d.l. quoties.§. qui dolo. & per specialem dispositionem d.l. in actionibus. & l. si quando.C. vnd. vi. & ibi Ias. in secundo & tertio notabili dicit, quòd debet esse plena probatio. Ita vt non sufficeret semiplena, licèt sufficeret præsumptiua. vt quia probatũ fuisset plenè quòd Augustina dedit Guiglone summam pecuniarum; quæ erat Antonij Boxij, vel capsia, vel bursa signata, & sigillata; & Guiglonus recusaret restituere, vel restitueret capsiam, vel bursam non signatam; vel sigillatam, ex hac enim restitutione denegata vel facta aperta capsia dolus præsumeretur, qui sufficeret, vt explicat Bar. in d.l.in actionibus.col.fin. versic. de isto iuramento in litem, post Innocentium in c.si. extra quod metus causa. & idem si datæ essent in saculo pleno, qui restitueretur semiplenus, vel aliter diminutus; secũdum Imo. in præallegata consultatione, qui secus vult, quando res in aperto datæ sunt coram testibus, & maximè hoc procedit in nostris terminis, in quo pecunię emittebantur à bursis contagiosis in instrumenta aperta & non clausibilia, & ad effectum vt in aceto ibi existente lauarentur, & inde extraherentur.
45 Secundò † quia iuramentum in litem copulatiuè exigit & dolum, & difficultatem probationis; cui difficultati dolus ille causã dederit, ut probatur in ipsa l. in actionibus, & ibi Bart. declarat in vltima col. & Abb. in c.fin.col.iij.versi.ex hoc.infert Angel.in §.fin. circa fin.instit.de oblig. quæ ex delict. nas. Ias.in §.sequens.col.vj.instit. de actio.& idem Ias. lib.j.consi.cxj. Spectabili domino Federico tesaurario. col.iij. Sed Guiglonus non probatur in dolo, nec dedit difficultatem probationi; verum exercuit officium probi viri acceptando pecuniam palàm, multis præsentibus in publica via, tempore lucis diturnę euacuatã per sororem peste infectã. Et eadem met die curauit illam numerari per duos, qui interfuerunt actui, & per alterum in parcella describit, ita vt videtur crudelissimum, quòd eo modo fuerit contra eũ actum, & criminaliter, & ciuiliter ex leui suspicione & nano rumore.
46 Tertiò † quia ius probandi per sacramentum

tum competit illis, qui sunt in tali conditione, vt bene verisimiliterque sint informati de quantitate pecuniæ, vel rerum, quarum prætextu iuramentum postulatur. vt si Michael agens fuisset maior tempore vitæ paternæ, & moratus in domo paterna, & gessisset negotio patris; aliàs secus ne anceps subeat iuramentum. Bald. in cap. primo. in j. col. per illum text. in titu. si de inuest. inter dominum, & vassal. lis oriatur. & reputet rationabile etiam si millies nō esset auctoritas Bald. Ias. in d. l. si quando. col. penult. versic. limita tamen singulariter. sed in casu nostro Michael tempore paternæ mortis erat infans, vt ex discursu processus elicitur, & diu fuit sub tutela Vberti Michæ, & adhuc agit minorē ætatē, vt ex processu patet sub quinta Iunij. Et infans non potest dici informatus. l. primam. C. de fal. mone. vbi dicit text. quòd illa ætas quicquid vidit ignorat. & hac ratione non potest esse testis. §. testes. instit. de testa. licèt secus esset, si Michael fuisset verisimiliter informatus, & pubes; quia non obstante quòd minor sit viginti quinque annis iurare posset. l. videamus. in prin. vbi Bar. ff. de in litē iuran. & ista dicta sunt ex abundanti, quia ex alijs præmissis huic iuramento nullo modo locus esse potest.

Quartò itaque principaliter dicendum postquam interloqui deber cumulationem non esse admittendam, & Guiglonum non esset aliter presentandum; minusque tormētis subijciendum, iuramentùque in litem postulatum non esse deferendum, quòd ad definitiuā deueniēdo absoluendus est Guiglonus a querela, seu accusatione in eum facta per Michaelem. Et subsequuta inquisitione per commissarium excellentiæ Marchionalis formata; condemnando Michaelem querelatorem in expensis mandando eidē expediri pecuniam si voluerit, à Guiglono confessatam ingenuè; & hanc litem suo tutori oblatam saluo eidem Michaeli iure agēdi ad ampliorem pecuniam quatenus de maiore constare possit, præsertim in hæredes Ioan. Thomæ Costæ. Sic enim absolutionem esse fiendam suadet trita regula. l. qui accusare. C. de eden. & dispositio. l. fin. C. de

47 probat. quæ vult † condemnationem non fieri nisi probationes clarissimæ sint; adeò vt non sufficiant verisimilitudines. Bald. in l. interpositas. in vlt. not. C. de transact. & Deci. in c. in præsentia. in xiij. not. extra de proba.

48 Et ideo † fama cum vno teste non probat glo. in d. cap. Veniens. iuramentum non defertur in defectum probationis. glo. in l. iij. in verbo, agatur. ff. de iureiuran. nec in litem iuratur. Barto. in l. fin. ff. de in litem iurand. testes debēt esse omni exceptione maiores. Anania consi. xvij. Visa relatione. & debent reddere causam scientiæ etiam non interrogati; vt superius scripsi. Et probationes imperfectæ non coniunguntur ad faciendam plenam probationem. Bal. in l. si quis ex argentarijs. §. j. ff. de eden. & ita Deci. consil. ccccxxix. licèt in causis. in secundo dubio. Et vltra suprascripta confirmatur hæc con-

49 clusio; quia † inquisitio & accusatio sunt imperfectæ, cùm non contineant de quibus in l. libellorum. ff. de accus. & ita Corn. libr. iiij. consi. cxxxiiij. in causa Gasparis inquisiti, de furto. Est quoque inepta inquisitio de furto; & in proposito esse non potest vt in præcedētibus probaui; & vltra iustificatur; quia Michael nunquam possedit pecuniam asser tam, quam desiderat; ideo illius furtum fieri non potuit. l. j. ff. de condictio. furt. & per alias rationes, quas assignat Angel. in l. hæreditariæ. per illum text. ff. de furt. & ita in terminis inquisitionis incertæ & ineptæ tradit Bal. libr. ij. consi. ccxxxviij. Verba accusationis. in primo & secūdo dubio. Et insuper iniusta; quia existente accusatore silere debebat. Nam querelator, accusator dicitur; maximè quando concludit, vt quis puniatur. & ita Barthol. Veronen. in d. consi. lxv. est què regulariter prohibita. l. rescripto. §. si quis accusationem non habet. ff. de mun. & honor. & ibi gl. allegat Euangelium quod habetur Ioan. octauo; Mulier vbi sunt, qui te accusant, &c. & item idem Barthol. consi. xxiij. Spectabilis dominus. in j. dubio. & vltra; quia non constitit ante inquisitionem de delicto, vt supra probaui. & etiam, vt iam dictum est Michaeli non competit actio. ergo nec reipublicæ inquisitio nascitur criminalis. Salyc. in l. eos. C. de furt. & ita per hanc & alias plures rationes, quas breuitatis causa non refero pro inquisito ratione bonorum mariti per vxorem in custodia, & cura remissorum consuluit Marsi. consi. xl. Scribitur. in capitu. nolite, & ex his corruit inquisitio, etiā quòd mandato principis formata fuisset, nisi princeps ipse rescribendo dixisset, quòd sibi constabat de tali delicto. vt Alexa. tradit consi. clxxix. lib. ij. in causa. col. penult. Sed hic princeps iustissimus hoc non asseruit; sed rescripsit quòd procederetur prout

iusticiæ

iustitiæ videtur conuenire. quæ verba important, quòd ordo iuris seruetur. Angel.in §.exhæredatos.in Auth.de hære.& falc.& in commissione facta per excellentiam Marchionalem.Decius scribit dicto consi. cxcix. col.penult.versi.non omitto etiam.Igitur ex prædictis omnibus ferenda est intrepidè sententia absolutoria, per quam iudex consequetur maiorem honorem, quàm ex condemnatione.Paul.de Cast.in secunda parte. consil.ccxcvj.Visa inquisitione.in fin.& Anchar.consi.xxiij.supra allegato inuehit contra iudices qui anhelant ad condemnationem,quãdo procedunt ex inquisitione contra l.Absentem.ff.de penis.

Quòd autem sit ferenda cõdemnatio expensarum,demonstratur, quia etiam in criminalibus talis condemnatio fit.gl.in c.cùm dilectus.de dolo,& contu. cum similibus.vt Iason scribit in l.properandum.§. sin autem alterutra.in octaua quæstione.C. de iudi. & in terminis contra querelatorem, quo instigante iudex inquisiuit de furto, latè consuluit Marsilius consi.xxxvj. Nuper mihi relatum est. & Decius consi.dcxv. Visa inquisitione.circa finem. & hæc sufficiant saluò saniori consilio.

Ioan.Franciscus Purpuratus.

Argumentum.

Renuntiatio beneficij, quibus pactionibus arguatur simoniaca, vbi pulchra doct.in materia, & subtiles decisiones.

SVMMARIVM.

1 *Simonia crimẽ probari potest per duas apochas scriptas manu resignatarij, in quibus apparet de promissionibus & donis collatis in resignantem.*

2 *Pro beneficijs collatis vel conferendis aliquid dare vel accipere non licet.*

3 *Disiunctiua, vel, inter diuersa ponitur.*

4 *Id quod fit eodem die, loco & testibus, factum correlatiuè & correspectiuè dicitur.*

5 *Simonia an cõtracta sit ex cõiecturis iudicandũ est.*

6 *Probationes in specie generalẽ præsumptionẽ eludũt.*

7 *Subdelegantis potestas per literas probãda est, sicut qualibet delegatio fallit, ut nu.sequ.*

9 *Pactio omnis in spiritualibus interueniens renuntiationis tempore & ante est illicita.*

10 *Cõtractus innominatus, do vt des, facio vt facias, in spiritualibus locum non habet.*

11 *Per renuntiationem renuntians beneficio priuatur.*

12 *Simoniam inducit omnis conditio, omnis promissio, omne pactum temporalis commoditatis.*

13 *Renuntiatione facta potest aliquid dari sponte per eũ in cuius fauorem renuntiatio processit, modo ante renuntiationem nullum pactum interuenit.*

14 *C.Sicut pro certo de simoni. enodatio.*

15 *Intel.c.final.x.quæst.iij.*

16 *Intel.c.Eos.1.quæst.i.*

17 *Promissio de renuntiando filiis renuntiantis dum erũt ætatis legitimæ dicta beneficia, simoniaca non est.*

18 *Iuramentum in defectum probationum in causa simoniæ non datur.*

19 *Simonia ex sola magnæ rei datione non iudicatur.*

20 *Absolutionem simpliciter petens, crimen fateri non uidetur.*

CONSILIVM LIIII.



1 Idetur prima con
sideratione † di-
cendum crimen
simoniæ per præ
fatum.d.H.inten
tatum fuisse pro-
batum ex dictis
duabus apochis
scriptis manu di
cti presbyteri.G.
& recognitis,in quibus apparet de pmissio-
nibus & donis collatis in dom.P. pro renun
tiatione dictarum ecclesiarum sibi facta. nã
etiam post renuntiationem nõ licet absque
labe simonię aliquid dare,vel accipere.quod
primò probatur per textũ in c.sicut pro cer-
2 to.de sim. vbi dicitur † quòd pro collatis &
conferendis nihil licèt dare, & accipere.
exemplo Giezi, quem constat post sanitatis
gratiam collatam numera accepisse, vt ha-
betur quarto Regum v.cap.Secundò addu-
citur text.in cap.fina.j.quæst.iij.ibi, ante vel
post aliquid exigat, vel ipse dare presumat,
pondero quod primò dixit de exactione,
quæ fit ab inuito, vide verba sequentia vel
ipse dare præsumat, & intelligenda sunt de
eo, quod affertur liberaliter, & gratis, pro-
3 pter illam disiunctiuam, vel, † quæ ponitur
inter diuersa iuxta notata in l. vbi pactum.
C.de transact.Tertiò ad idem text.in c. eos.
in fine.j.quæst.j.Quartò accedat Bald.in l.ab
Anastasio.col.ij.versicul. deinde inducas.C.
mand.vbi notat illum textum contra præla-
tũ,qui promotori suo donauit aliquid. nam
cùm non esset aliàs donaturus, nisi fuisset
promotus, ista donatio præsumitur colora-
ta,& simoniaca, & non liberalis, sed dictus
d.G.non erat aliàs donaturus, nisi facta sibi
renuntiatione dictorũ beneficiorum. quod
patet ex eo, quòd dona quæ fiũt per ipsũ d.
P.renun-

P. renuntiati exhauriuntur ab ipso corpore beneficiorum. nam donat annuos redditus dictorũ beneficiorũ per aliquot annos, item promittit quando dictus P. habuerit filios, illis facere renuntiationem eorundem beneficiorum. Quintò adducitur Anto. de Butr. in capit. ita nos. de simon. x. oppo. vbi dicit, quòd potest dari aliquid tempore ingressus purè dum tamen non detur correlatiuè ad inducendam dationem iuris spiritualis, sed dare correlatiuè vel respectiuè ad compensationem vel inductionem iuris spiritualis, siue cum pacto, siue sine pacto, siue ante siue post, bene inducit simoniam. per illum text. & per text. in c. emendari. j. quæst. j. sed promissiones. de quibus in apochis fuerũt factæ ob beneficiorum resignationem, vt in eis clarè legitur, & indicãt etiam illa verba, per non parer ingrato. quinimò etiam quod nõ esset dictum, præsumeretur, eum resignatio & apochæ fuerint factæ eodem die, loco, &
4 testibus. Et † quod fit eodem die, loco, & testibus, dicitur factũ correlatiuè & correspectiuè, adeo quòd duo instrumẽta habentur pro vno. Bald. in l. petens. col. penult. versic. nunc venio ad vul. gl. C. de pact. & in l. prima in fin. C. de oper. libert. & Socin. optimè consilio cclxxiij. in præsenti consultatione. colũ. tertia. versicu. confirmat hoc. libro secundo. facit vulgata regula, quòd quæ incontinenti fiunt, dicuntur inesse. l. lecta. versic. dicebam. ff. si certum peta. vbi Moderni dicunt, quod ea, quæ fiunt vnico contextu iudicanda sunt vt de vno actu. l. cum antiquitas. C. de testa. l. hæredes palam. §. vno contextu. ff. eod. & quod vni actui inest, alteri inesse creditur. l. patris & filij. ff. de vulg. & pupil. l. Titia. § adẽ respondit. ff. de verb. oblig. l. si quis ex argen
5 tarijs. §. si quis. ff. de eden. Sextò facit † quia vtrum contracta sint simonia iudicandũ est ex coniecturis. de quibus habetur in cap. & si quæstiones. eod. tit. de simo. inter quas coniecturas, ponitur doni quantitas. quia, vt Abb. ibi dicit iij. notab. quis non præsumitur conferre liberè ea, quæ sunt maximi pretij. c. super hoc. de renunt. l. cum de indebito. de probat. & ibi vlti. notab. subdit Abb. quòd in traditione spiritualium possunt interuenire munera cibaria modici pretij pacto omnino cessante, & vt ex quadã charitate, non pro re ipsa spirituali cõferantur. Sed in casu nostro donum est magnũ, vt de se patet, ergo, &c. Sextò d. G. conatus est impetrare absolutionem à dicto crimine simoniæ, & per consequens videtur fateri se ligatum dicto crimine, quia priuato præsupponit habitum. l. manumissiones. de iust. & iur. c. ad dissoluendum. de despons. impub. nõ obstat quòd d. G. scripsent in apochis qualiter d. P. sibi liberè renuntiauerat. quia responderi potest, quòd etiam post renuntiationem non licet aliquid sponte dare præsertim intuitu dictæ renuntiationis, per superius deducta. prætereà cũ appareat quòd dicta remuneratio non fuit liberaliter facta, sed ob munera, & facta verbis sunt contraria, facta præponderant. c. sollicitudinem. de appel. & cum simus in materia suspecta, non est standum verbis partium. l. si fortè. ff. de castr. pecu. l. qui testamentum. ff. de probatio. similiter non iuuat d. G. quòd fuerit pronuntiatum eum esse bonæ vocis, conditionis, & famæ sumptis infor
6 mationibus ab astãtibus, quia † probationes sunt contra eum in specie, quæ reijciunt hãc præsumptionem generalem, quia generi per speciem derogatur, secundum iuris regulas, facit text. vbi per Bart. in l. cum de indebito. de probat. Bald. in l. siue possidetis. col. ij. C. de probat. quadrat illud philosophi, quòd sermones in generali sunt faciliores, sed particulares veriores. Nec iuuat eundem G. absolutio obtenta à dicto crimine, quia non cõstat de potestate subdelegãtis eum à quo habita fuit dicta absolutio, & licet circa hoc fuerint examinati aliqui testes, illi non probant, cum sint singulares. Item inter eos fuit examinatus absoluens, cuius dictum non facit fidem, cũ deponat pro validitate à se gestorum. iuxta notata per Bart. in l. ne in arbitris. C. de arbitr. Cano. in c. cum à nobis. de
7 testibus. Item † huiusmodi potestas probari debet per literas, & non per testes, sicut quælibet delegatio. l. vnica. C. de mand. princi. cap. cum in iure. de offic. delegat. & ibi Ant. de Butr. col. iij. versic. si autem quæritur. vbi latè discutit. ponit gloss. in c. j. de censib. in vj. vbi enumerat casus requirentes scripturam, & inter cætera ponit etiam aliud faciens ad propositum de priuilegio, quod requirit scri
8 pturam. c. porrò. de priuil. & hoc nisi † esset amissum priuilegium, seu rescriptum, quia tunc posset probari tenor per testes peritos, & literatos habentes notitiam defectuum instrumentorum, vt Bart. dicit in Authen. si quis in aliquo. col. ij. C. de eden. per textũ in c. cum olim. de priuil. & idem Bar. in l. sicut. C. de fide instrum. & in l. ij. §. diuus. vbi Ang. ff. de iure fisc. Ant. de Butr. in d. c. cum olim. & ibi

& ibi Abb. super glo. fina. sed nemo istorum testium deponit de amissione originalis rescripti, per quod collegium fabricæ S. Petri concederet facultatem dispensandi cum simoniacis. Præterea non est bene expeditũ, quòd Papa possit dispẽsare in vitio simonię, circa beneficia ecclesiastica, quia contrariũ tenet Abb. reprobata glo. ibi. in cap. cum pridem. de pact. & in c. extirpandæ. §. quia vero. vlt. chart. de præb. Dom. in c. f. xij. dist. Ioã. de Ana. in c. j. de simon. Cùm igitur renuntiatio dictorum beneficiorum non tenuerit, vt quia simoniacè facta, nõ tenuit etiam collatio, vt beneficia tanquam vacantia per d. N. impetrari potuerunt, vt Abb. dicit in cap. cum vniuersorum. de rerum permut. & successiuè veniunt fienda requisita per d. N. in eius libello. Præmissis tamen non obstantibus, contrariam sententiam veriorem arbitror, videlicet d. G. non fuisse conuictum de crimine simoniæ. Nam si quæratur quomodo potuerit vel non potuerit contrahi simonia, distinguendum videtur, quia aut quærimus de pactione aut de datione. Quo

9 ad pactionem, dicendum est, quòd † omnis pactio est illicita tempore renuntiationis interueniens, & ante, quod procedit etiam si promissum non sequatur, vt inquiunt Anto. de Butr. & Abb. post Hostien. ibi in c. veniẽs. de simon. Sed post renuntiationem pactio tenet facta liberè, sicut etiam tenet datio. sin autem quæritur quo ad dationem, illa omni tempore fieri potest, si fiat purè, & sine vlla conditione, quia (vt inquit Abb. in cap. cum

10 inter. col. penult. de elect.) in † spiritualibus non habet locum contractus innominatus do vt des, facio vt facias. Et hoc modo si fiat datio purè ex liberalitate, & gratuito, nõ potest contrahi simonia, nisi forsitan mentalis, quando (vt supra) daretur animo commutandi spiritualia pro temporalibus, & hæc mentalis simonia sola pœnitentia aboletur. c. fin. de simon. Ista distinctio probatur ex rationibus, & decisionibus, quæ postmodũ adducentur, veniẽdo modo ad rem, de qua agitur, promissiones & dona d. G. sunt post renũtiationem, vt clarè legitur in dictis apochis. Et dato etiam quòd essemus in ambiguo de tempore, fienda esset interpretatio, factas fuisse post renuntiationem, id est, tempore licito. secundum doctrinam Bartol. in l. non solũ. §. sed vt probari. de oper. nou. nun. Quòd autem post renuntiationem possit aliquid spontè dari ex liberalitate, probatur in c. quàm pio. in fin. j. quęstio. ij. & ibi glo. in verbo, subsidij. sentit quòd causa remunerationis possit aliquid spontè offerri, dum allegat text. in l. si remunerandi. in princi. ff. man. ad idem est tex. in c. j. viij. quæstio. iij. & ibi gl. ponderat rationem, quæ adduci potest ad propositum, quòd postquam est facta renũtiatio, potest aliquid offerri spõtè, quia nihil iam sperat ab eo, qui renũtiauit, sed res pendet ab auctoritate superioris in cuius potestate est collatio beneficij.

11 Nam † per renuntiationem priuatur renuntiãs beneficio. cap. super hoc. c. ex transmissa. de renun. cap. quàm periculosum. vij. quæst. j. & est etiã priuatus ipso iure, vt Abb. scribit in c. quod in dubijs. de renunt. & Modern. in c. ij. de rescrip. idem probat text. in c. Artaldus. viij. quęst. iij. ibi, nullam conuentionem ante, vt eligeret eci, ad idem optimus text. in capit. tua nos. de simon. & ibi glo. ab omnibus approbata, quæ hoc clarè dicit. idem etiam tradit Hostien. in sum. eod. titu.

12 vbi inquit, quòd † omnis cõditio, omnis promissio, omne pactum temporalis commoditatis inducit simoniam. c. quęsitum. de rer. permut. c. vltimo. de pact. secus, si postea gratis offeratur. cap. tua nos. de simon. demum

13 quòd † post renũtiationem possit aliquid dari spontè per eum, in cuius fauorem renuntiatio processit, modo ante renuntiationem nullum pactum interuenerit, ita vult. Ioan. And. Ant. de Butr. & Abb. in c. veniens. el j. in not ab. illius textus, de test. & sequitur ibi Felin. & Dec. & idem Dec. latè in cõsi. cxviij. Viso instrum. col. ij. plus videtur dicendum, quòd etiam tempore resignationis, licèt aliquid liberaliter oblatum recipere, non tamẽ promissione adstringere, quia quędam honestè accipiuntur, quę inhonestè peterentur. l. j. versi. proinde. ff. de varij. & extr. cogn. Sed quod eo tempore liceat recipere liberalitatem, probatur in c. j. x. quęst. ij. versic. hinc liquidò apparet. & versic. non ergo. & cap. in præsentia. de probat. & in c. cum dilectus. de succes. ab intest. & dicit Abb. in c. dilectus filius. el ij. vlt. no. ab. de simon. quòd gratanter oblatum tempore receptionis alicuius iuris spiritualis potest recipi, si nulla pręcessit taxatio. Ex quibus concluditur d. G. crimine simonię non teneri alio non edocto, quę cõclusio adhuc melius verificabitur per respõsionem ad obiecta, ad quę deuenio.

14 Non obstat igitur primò textus † in c. sicut pro certo. de simon. vbi non licèt aliquid dare, & acci-

& accipere pro conferendis, & collatis. quia illud ideo ibi est, quia præcesserat taxatio, & exigebatur seu potius extorquebatur tanquam debitum ab inuitis, ideo non mirum, si istud ibi reprobatur. quæ solutio probatur etiam in c. cum in ecclesia. ibi, pro conferendis, seu collatis aliquid exigatur. eod. titu. & procedit etiam hæc solutio de mente Innoc. in d.c. sicut pro certo. dum ponderat tex. ibi, in verb. exigere. dicens, quòd hoc iustificat illam decretalē, quasi innuat, quòd per hoc non prohibetur liberalis oblatio, prout etiā ibi exponit Ioan. de Ana. pactio autem nullo modo est licita. vt Abb. dicit in c. & si quæstiones. eod. tit. & licèt in d.c. sicut pro certo. adducatur exemplum Giezi, non ideo adducitur, quia illud in omnibus quadret, sed quia Papa voluit ostendere illis de quibus meminit esse damnandos vitio simoniæ, sicut ille damnatus fuit, vt indicant verba tex. quæ sic habent, alioquin & qui dederit, & qui acceperit huiuscemodi pretium omnino damnatum cum Giezi & simoniæ con-
15 demnentur. Non † obstat secundò text. in c. fin. x. quæst. iii. in illis verbis, ante vel post aliquid exigatur, vel ipse dare præsumat, quia respondeo quòd ille text. in ij. parte. alternatiuè non includit necessariò eum, qui liberaliter aliquid donat, cum possit intelligi de dante spontè ex pacto & conuentione, & ita venit intelligendus ille text. quia hoc modo dare ex pacto pro iure spirituali acquirendo est simoniacum, siue anteā, siue post, vt ibi dicitur, vera autem liberalitas ex charitate procedens in simoniam incidere non potest. Et eodem modo respōdetur ad textū, qui tertio loco obijciebatur. in c. eos. in fin. j. quæst. j. vbi pariter dicitur, quòd nec an-
16 tè, nec post licet accipere, quia † intelligendū est ex pacto & conuentione, & ita dictū text. exponit glo. in cap. quàm pio. in verbo, postmodum. j. quæst. ij. & in c. tua nos. in verbo, purè assentiant. de simon. Non obstat dum quartò adducebatur Bal. in d.l. ab Anastasio. qui notat illum text. contra prelatum donantem promotori, aliàs non donaturus, quia huiuscemodi donatio est colorata & simoniaca. & quod d.G. non erat aliàs donaturus, cum donauerit redditus annuos beneficiorum renuntiatorum, & promisit etiā renuntiare dicta beneficia filijs renuntiantis saluo vsufructu, quia respondetur, ꝙ postquam renuntiatio facta fuit liberè, & purè, non video, quòd remissio fructuum aliquot annorum, facta spontè & gratuitò inducat simoniam, cum non sit interdicta alienatio fructuum clericis, quos faciūt suos ad instar vsufructuarij, imò eos possunt donare, saltem moderatè. glo. in c. præsenti. in princ. in verbo, reseruari. de offic. ordin. in vj. & in cap. duo sunt genera. in verbo proprietatem. xij. quæstio. j. & videtur hoc sentire Abb. in c. nō satis. de simon. vbi vult quòd renuntians nō possit sibi ex pacto reseruare annuum redditum. ergo sentit secus esse, si nullum in-
11 teruenisset in renuntiatione pactum, quòd possit is, cui fuit renuntiatum, liberaliter remittere de annuo redditu. nam sine intentione nō committitur simonia, vt quādo aliquid confertur ex liberalitate, & percipitur, & ad literam inquit idem Abb. in c. ex tuæ.
17 super glo. j. de simon. Similiter illa † promissio, de renuntiando filijs dicti P. renuntiantis cum erunt legitimæ ętatis dicta beneficia, non est simoniaca, quia potest aliquis renuntiare beneficium suum, vt alteri de eo prouideatur, modo in ipso actu renuntiationis hoc non deducatur in pactum, sed ipsa renuntiatio liberè, & purè in manibus superioris fiat. vt tenet glo. in c. ordinationes. j. q. j. Abb. in c. dilecto. in secundo not. de præb. &
1 licèt non esset aliter renuntiaturus, nisi speraret certę personę prouisum iri, non ex hoc tamen committitur simonia. glo. in cap. ex parte. el primo. in verbo, dimittere. de officio. delegat. & in d.c. ordinationes. in verbo, pretio. j. quęstio. j. & licèt Bald. in d.l. ab Anastasio. C. mandat. dicat, quòd committitur simonia, vbi quis donat aliter non donaturus, intelligendum est hoc, vbi quis donat intentione corrupta animo consequendi spiritualia pretio temporali, sed ex liberalitate pōt aliquid spontè offerri ei, à quo quis ius aliquod spirituale recepit gratia remunerationis, vt inferius deducam. quę quidem remuneratio promptius pręsumitur, vbi fit super eo, quod quis ab illo met recipit. l. si vero nō remunerandi. §. idem Papinianus. ff. mand. Nō obstāt modo quę quinto loco adducuntur. nam licet Anton. de Butr. in d.c. tua nos. dicat, quòd quando daretur aliquid sine pacto in recompensationem iuris spiritualis, aliàs non daturus, & animo ius ipsum spirituale consequendi, inducatur simonia, hoc intelligendum est de simonia mentali, quia sine pactione datio correlatiua ad inducēdū dationem iuris spiritualis, inducit simoniam mētalem, quę sola pœnitentia a boletur. c. fi. de simo.

de simon.& ita seipsum declarat Anto. in d. c.tua nos. versus finem, quod [illegible] vult idem Anton.in cap. [illegible].cod. tit. di[illegible] post Host.ien.ibi, q[illegible]d datio[illegible] pecuniæ sine pactione, non [illegible], nisi [illegible] lis, quæ per p[illegible] [illegible]uam a[illegible]oleetur. Ex illis colligitur re[illegible]on[illegible]o ad illa verba apochæ, per non parer in[illegible]rato, quia non est prohibitum, im[illegible] permissum [illegible] aliquid ei, qui dedit [illegible] spiritual[illegible]m rem liberè tamen, & purè causa remune[illegible]ationis, quæ non ideo minus dicitur gratuita do[illegible]atio, vt dicit glo.in d.c. tua nos.in verbo purè consentiant. per text. in l.si remunerandi.ff.man[illegible]at. & glo. in d.c. quam pie. in verbo, sub[illegible].x. quæst.ij. allegand[illegible] eund[illegible] m text. in d.l. [illegible] remunerandi. potuit igitur d.G.aliquid dare ex liberalitate causa [illegible]gratitudinis euitand[illegible] [illegible]o P. facta iam renuntiatione, modo non dederit intentione deprauata, quod [illegible] etia illo modo dedisset & promisisset, tãtum contracta fuisset simonia mentalis, quæ non plectitur ab ecclesia, sed sufficit Deo satisfacere per pœnitentiam, & licèt incontinenti post renuntiationem fuerit facta dicta promissio, non tamen ex hoc argui potest quòd fuerit facta animo corrupto, & intentione deprauata, cum fieri potuerit ex liberalitate, vt ex text. in d.c.tua nos.& ibi Ioã. de Anna.ij. notabili optimè decla[illegible]s, dicit quod licèt in alijs materia quæ sequitur statim post actum, videatur etiam in co[illegible]u[illegible]tionem deducta, & præsumatur [illegible] ex quo incontinẽti sequitur; l.si ve[illegible] [illegible] bonis. ff. de priuil. cred. & per Barto.in l.post contractum.ff.de donat. non tamen sic [illegible]o, qui statim purè, & absque con[illegible] modo offert temporalia, post ius spi[illegible] [illegible]ptum, q[illegible]a ecclesia considerat [illegible] celebratum, cum non iudicet intri[illegible]sece licèt quo ad Deum consideretur intentio. & sic in effectu vult iste doctor, quòd ex datione facta incõtinẽti nulla inducatur suspicio sinistra ad præsumendũ vitium simoniæ, & est de mente omnium scribentium superius relatorum, qui concludunt, quod non tantũ post renuntiationem, sed etiam tempore renuntiationis, licèt aliquid liberè dare cessante pacto. Non obstat quod hic interuenit magnum donum, ex quo oritur præsumptio simoniæ. d. cap. & si quæstiones.cum ibi notatis per Abb. quia respondetur, quòd hæc sola coniectura non sufficit, sed aliæ requiruntur probationes, non enim ex leuibus tale crimen iudicandũ

est. vt patet ex eo quod Abb.scribit in c. ve
niens primo in tertio notabili de test. dicens,
quòd etiam vbi agitur de crimine simoniæ
ciuiliter, requiritur plena probatio, vnde
non sufficit dictum vnius testis, etiam cum
præsumptione, quæ oritur ex dicto alterius,
18 qui est particeps delicti, nec † datur iura-
mentum in defectum probationum, cùm
causa non sit leuis, per illum text. & notata
per glo.in c.iam literis.eod. tit. Sed quid plu
19 ra. nam † quod ex sola datione magnæ rei
non iudicetur simonia, est text.in sæpius adu
cto.c.tua nos.ibi, vt bona sua retinere liceat.
Postremò non obstat quod d. G. videatur
fateri simoniã, cùm ab ea petierit se absolui.
Quia respondetur, quòd in supplicatis per
e[illegible] non clarè asserit se commisisse dictum
delictum, sed dubit[illegible]tiuè semper loquitur,
petens d[illegible]in[illegible] se absolui à simonia forsan cõ-
20 tracta, vlterius † petens absolutionem sim-
pliciter non videtur fateri crimen, quia (vt
inquit Rom.in l.j.in prin.ff.de ope.no.nun.)
probationes debent esse claræ vbi agitur de
probando delicto, sed venia poti potest gra-
tia humilitatis. Et quia bonarum mentium
est culpam timere vbi non est.c.ij. de obs.ie-
iunio.& vltra Rom.hoc vult.gl.in c.exhibita.
in verbo, postulauit.& ibi Abb.de hom.Spe.
in tit. de probat.§.videndum. versi. sed nun-
qu[illegible] quis probatur. Arch.in c.pia. de excep.
in vj.Bart.& a[illegible] in l.decem.circa finem.ff.de
verb.obli. Abb.in c.venerabilem.col.penul.
de electio.Bald.in l.ij. C.de inge.&[illegible]num.
Imol.in l.cum [illegible] §.fin.ff.de cõd.& demõst.
vbi refert Cynum hoc tenuisse argum.illius
text.& quia excip[illegible]s vel replicans, non vi-
detur fateri intentionem aduersarij.c. exce-
ptionem obijciens.de reg.iur.in vj. Et ex istis
dico non esse contractum in præsenti causa
vitium simoniæ, de quo appareat, quamuis
suspicio sit nõ leuis, quòd aliqua præcessisset
pactio, tamen quia de hoc non constat, &
occultorum nullum est in ecclesia militante
iudicium. ideo concludo, vt supra & consu-
lo fiendam esse a[illegible]toriam pro præfato
G. & propter probabilem causam litigandi
pars agens quoque absoluatur ab expensis,
secundùm tradita per Docto.in §.si autem.
l.properandum.de iudic.per text.in §.opor-
tet. in Authentic. de iudic. & vt supra fuit
iudicatum ab Episcopo Taurinensi.

Laus Deo.

March.Anton. Natta. Ast.Iureconsul.

E Argumen-

Argumentum.

An emphyteuta vendens rem emphyteuticam irrequisito domino cum constituto, cadat à iure suo, & q̃d de vasallo vẽdẽte feudũ, vbi pulchrè & subtiliter tradit̃ materia.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuta qui bona emphyteutica sine cõsensu domini vendidit à iure suo cecidit.*
2 *Ratum habenti negotium attribuitur, ac si ego ab eo gestum foret.*
3 *Ratificatio censetur facta cum omnibus suis qualitatibus adiectis actui ratificato.*
4 *Emphyteuta q̃ p̃ alienationẽ factã irrequisito dño à iure suo cadat, sufficit traditio resultãs ex cõstituto.*
5 *Constitutum & si ficta sit traditio, ex eo tamen vera possessio, verumq̃ue dominium transfertur.*
6 *Argumentum de feudo ad emphyteusim valet.*
7 *Emphyteuta vendens bona emphyteutica tanquam libera allodialia & frãca priuatur eius dñio vtili. Idẽ in uasallo rẽ feudalẽ alienante tanquã allodiũ.*
8 *Emphyteuta qui canonem soluere cessauit, cadit à suo iure.*
9 *Emphyteuta ad hoc vt per alienationẽ rei emphyteuticæ sine dñi consensu priuetur iure suo, requiritur alienationẽ fuisse factam per ueram traditionem, ita quòd res ipsa in alium actualiter trãslata sit.*
10 *Verb. Transfertur. realem abdicationem denotat.*
11 *Constitutum ab actuali rei relaxatione non liberat, quin ad illam conueniri possit.*
12 *Lex simpliciter loquens de aliquo actu, in actu ficto non uerificatur.*
13 *Constitutum adiectum actui nullo inefficax est, nullamque p[illegible]onem transfert.*
14 *Feudum per precarij constitutionem non perditur.*
15 *Constitutum ad hoc vt effectum habeat, possessio requiritur.*
16 *Ratificatio facta super constituto ab eo, cuius nomine constitutum factum non est, inefficax est.*
17 *Venditio f[illegible] cum constituto & ratihabitione quibus non ob[illegible] venditor in possessione rei uenditæ [illegible]mansit, et perseuerauit ultra annos viginti [illegible] imaginaria præsumitur.*
18 *Venditionem simulatam arguunt esse longa possessio venditoris post venditionem, instrumentum solam pre[illegible] co[illegible]onem non ueram numerationẽ continens, & quòd illud pretium ad venditorem non peruenisse appareat.*
19 *Venditor uidendũ post venditionem pro bonis venditis & poss[illegible] in dominum directum recognouit per annuas canonũ præstationes & alios actus, et emptores nunquam inuestiturã petierunt, arguit contractum esse simulatum & fictitium.*
20 *Mulieres aduersus ratihabitionem restitui possunt ad [illegible] caducitatis pœnam.*
21 *Contractus venditionis in feudis perfectus & consummatus non dicitur, nisi corporali traditione sequuta, vt ex tali alienatione feudum perdatur.*
22 *Intellect. clau. Idem operatur fictio [illegible] casu ficto &c.*
23 *Vendere & uendenti consentire seu uenditionẽ ratam habere in odiosis paria non sunt.*
24 *Verba enunciatiua in materia pœnali & odiosa attendi non debent.*
25 *Venditio facta cum constituto ex eo quòd venditor semper possederit simulata non censetur.*
26 *Possessio uera & propria per constitutũ transfertur.*

CONSILIVM LV.

Vltis rationib⁹ cõcludenter arguitur magnificos d. Fratres d' Bechuttis obtinere posse de iure bona emphyteutica, p̃ quibus iudicium instituerunt aduersus nobilem I. Brunatiã, ratione alienationis factæ per virum eiusdẽ. I. cum cõstituto, & ratificatione eiusdem. I. absque scientia & licentia dictorum d. Fratrum directorum dominorũ bonorum alienãtem. Prima enim est, quia fuerunt ea bona per ipsam. d. I. distracta & alienata sine consensu ipsorum [illegible]tium, à quibus fuerat in emphyteusim [illegible]petuã inuestita, vt in actis constat, quo [illegible] casu procul dubio
1 cecidit à iure suo, fu[illegible] dominium vtile dictorum bonorum ad e[illegible]em dominos agentes deuolutum, & [illegible] consolidatum. l. fin. C. de iur. em[illegible]tuit. de locat. Ad[illegible] non mo[illegible]o[illegible] ipsa possunt vedicare ab eadem I. [illegible], per quam possidentur, sed etiam possent a[illegible] emptore, vel à quocunque tertio, si illa det[illegible], vt in specie consulunt [illegible] ulg. consi cxix. [illegible]is bonis processibus. Nec potest dicta. I. excusari ex eo, quòd ipsa non vendiderit sed eius maritus cum [illegible]lius fratribus, quia [illegible] dictam vẽditionem ratam habuerit, prout in actis constat, perinde est ac si ipsa [illegible] vendidisset, arg. l. mater. C. de rei vend. & [illegible] notata per Barto. [illegible] l. si pecuniam. circa [illegible] ad
2 te. C. de nego. gest. [illegible] concl[illegible] ex ratihabitione negotium at[illegible] habe[illegible] ac si ab eo gestum [illegible] & D[illegible] co[illegible]ilio. cclxxxj. Viso [illegible] censetur [illegible] la vendid[illegible] positio in instrumento v[illegible]

3 maritum, quia † ratificatio censetur facta cum omnibus qualitatibus adiectis actui ratificato. vt Bald. notat in l. multum. colum. iij. circa medium. C. si quis alteri vel sibi, facit regula l. Gaius. ff. de manumiss. cum plenè adductis per Soci. consi. cxxvij. quoniam in præsenti. col. viij. versic. ex parte. & latius consil. cxxv. non insistendo. colum. secunda. in iij. parte. Non quoque excusabitur ex eo, quod realis traditio nō interuenerit, quia videtur sufficere traditio facta per constitutum, per quod & dominium & possess. transfertur l. quædam mulier. ff. de rei vendic. & vulgata l. quod meo. ff. de acquir. pos. cum ibi plenè notatis.
4 Et in terminis † quòd sufficiat traditio resultans ex constituto, vt emphyteuta per alienationem factam irrequisito domino cadat à iure suo, concludit Paul. de Castr. in l. prima. §. si rem. ff. de poss. Mart. Laud. in c. imperialem. in princ. de prohib. alien. feud. per Feder. sequitur Iacob. de S. Georg. in summa feud. in verbo. & cum pacto de non alienan. col. ij. versic. ex hoc infertur. parificans. traditionem factam per constitutum traditioni reali. fecit enim quod in se fuit secūdū eum. & ita consuluit Ant. de Butr. consi. xxxiiij. de iure, cum quo transit Ias. in l. finali quæstio. xix. post gl. in verbo, istam tamen. C. de iure emph. Curt. Iun. in tractatu feudi. in quarta parte. quæst. xx. Fulg. consi. ij. Petrus tenetur. col. ij. versicu. Ad tertium. ea principaliter ra
5 tione moti, quia † licèt per constitutum ficta sit traditio, tamen ex eo vera possessio verumque dominium transfertur l. certè. §. primo. ff. de precar. notat Bar. in l. ab emptione. colum. fin. vbi latius Ias. ff. de pact. & Paul. de Cast. in d. l. quod meo. in fin. versi. item scias. ff. de acquir. poss. & sic vim traditionis obtinet. glo. prima. & ibi doct. notant C. de dot. caut. non num. facit l. Iulianus. §. possessionem. ff. de act. empt. cum plenè notatis in d. l. quod meo. Ideo debet eiusdē effectus esse, cuius est vera traditio, cum idem operetur fictio in casu ficto, &c. vulgata l. filio quem pater. ff. de liber. & posthum.

Secunda ratio deuolutionis, seu caducitatis est, quia emptor illorum bonorum emphyteuticorum non obtinuit à dictis de Bechutis dominis directis inuestituram pro ipsis bonis infra tempus debitum, imò nec vsque in presens. Ideoque hoc etiam respectu iustificatur intentio ipsorum agentium, c. j. quo tempore mil. & c. j. §. preterea. primo de prohib. feud. alien. per Feder. & licèt illi textus loquantur in feudo, tamen idem est in emphyteusi. vt Docto. vtrobique conclu-
6 dunt, procedit † enim regulariter argumentum de vno ad aliud. vt Hostien. notat in summa de feud. in princ. ac Bart. in l. si mihi, & Titio. col. j. in fin. versicu. quæro si emphyteusis. ff. de verbo. obligat. quem Alexand. & postea scribentes ibi sequuntur, ac Bal. in l. voluntas. C. de fideicomm. & ita in terminis concludit Fulgo. dicto consil. ij. colum. ij.

Tertia est, quia non fuit pro alienatione dictorum bonorum solutum Laudemiū prefatis dominis agentibus, ob quod etiam fuerunt bona ipsa deuoluta, & commissa, per dictam l. fin. versi. penult. ac Fulgo. tradit præallegato consil. cxix. col. j. versicu. secundum autē, quod maximè procedit, quia hoc fuit notoria consuetudine in patria diutius comprobatum, cui quidem consuetudini quò ad illud potissimè standū est, vt Aretin. eleganter firmat consil. xlj. Diligenter. in fin.
7 Quarta est, quia † fuerunt bona emphyteutica, de quibus agitur, vendita tamquam libera, allodialia, & franca, prout ex instrumēto venditionis constat, ob quod certū est ipsam venditricē cecidisse à iure suo, vt consuluit Barth. Veron. consi. viij. col. pen. ad fin. concludens, quòd si emphyteuta rem emphyteuticam vendat in allodium, seu tamquam rem liberam, priuatur eius vtili dominio. Et idem in vasallo rem feudalem alienantem tāquam allodium, firmat Afflict. in decis. Neapol. cclv. habens feudum, &c. & Guid. Pap. quæst. cccv. si vasallus. Quinta e-
8 tiam superadditur, quia † canonē debitum pro ipsis bonis nedum triēnio soluere cessauit, sed & multò maiori tempore, qua ratione cecidit etiam à iure suo, l. secunda. cum ibi plenè notatis. C. de iur. emphyt.

His tamē omnibus non obstantibus (quę verè non obstant) in contrarium est ipsa veritas, ac sincera iustitia, si recto iudicio percipiatur. Ad quod clarè demonstrandū longè plures adducā rationes pro ipsa nobili I. pugnantes deinde contrarijs argumentis respōdebitur. In primis enim pro ea vehemē-
9 ter illa vrget ratio, quòd † ad hoc vt per alienationem rei emphyteuticæ sine consensu domini priuetē emphyteuta iure suo, requiritur alienationem fuisse factam per veram traditionem, ita quòd res ipsa in aliū actualiter sit translata, vt probat clarè textus in l. fin. versi. necessitatem autem. ibi, sed nouum emphyteutam in possessionem suscipere. &

in versic. penult. ibi, loci qui ad aliam perso-
nam transfertur. C. de iur. emphyt. & in cap.
imperialem. §. calidis. ibi, & in alios transfe-
runt. de prohib. feud. alien. per Feder. quem
textum ad hoc adducit Aluar. in c. j. §. deni-
que. in xliij. conclusione, quæ fuit prima cau.
10 beneficij amitt. Nam verbum illud, † trans-
fertur, realem denotat abdicationem. glo. in
l. non vult hęres. & ibi Decius de regul. iuris.
Idemq́ue tenet Curt. Iunior in l. j. §. qui man
datam. nume. 19. ff. de offic. eius cui mandat.
est iurisd. facit etiam ad hoc text. in cap. j. ibi,
exutus beneficijs. de prohib. feud. alien. per
Feder. sed per constitutum neque res ipsa,
neque possessio eius actualis in alium trans-
fertur. vt glo. Bart. Bald. ac reliqui scribentes
notant in l. ab emptione. ff. de pact. inferen-
tes propterea, quòd licèt constitutum libe-
ret venditorem ab obligatione tradendi
rem venditam de qua in l. j. de actio. emptio.
11 non † tamen liberat ab actuali rei relaxatio-
ne, quin ad illam possit cõueniri, quod Alex.
comprobat consi. xxviij. viso in secunda par-
te. ac Dec. consil. cclxxxj. Viso puncto. col. ij.
dicens, quòd per constitutum non dicitur
res tradi, sed pro tradita habetur. Sed ad hoc
vt res emphyteutica dicatur alienata sine
consensu domini, & in commissum cadat,
requiritur quod verè tradita sit, vt prædixi,
ac etiam notat Bald. in cap. j. §. aut si libella-
rio. col. ij. post medium. versicul. aut pignori.
quibus modis feud. amit. & in c. imperialem
in princ. versic. sed nunquid. de prohib. feud.
alien. per Feder. & alibi sępè post Spec. in tit.
de locato. § nunc aliqua. versic. xcv. ac Aluar.
in c. j. §. fin. in vltim. col. in xliij. conclus. quæ
fuerit prima caus. ben. amit. & c. j. §. præterea.
de capitulis Corrad. At constitutũ non est
vera traditio sed ficta, vt prędixi. Et ideo lex
exigẽs traditionem, de verba debet intelligi,
& nõ de ficta. l. j. §. si is qui nauem. ff. de exerc.
& vulgata l. iij. §. hęc verba. ff. de nego. gest.
cum plenè notatis per Bart. & reliquos scri-
bentes in l. Gallus. §. videndum. ff. de liber. &
posthum. & ita in terminis in alienatione fa-
cta à vasallo, qui ęquiparatur emphyteutæ,
concludit Alexã. consi. xcij. perspectis. col. v.
versicu. facit quod. in vj. parte. Confirmatur
hęc conclusio ea ratione, quia sumus in ma-
teria odiosa & pœnali, cum agatur ad priuã
12 dum mulierem pręd ictam iure suo, quo fca
su lex simpliciter loquens de aliquo actu, nõ
verificatur in actu ficto. per regulam præal-
legatam. & Alexan. tradit vbi supra ac Rom.
consil. xlv. propositis. col. j. plurimum enim
interest an traditio realiter fiat, aut verbo
tenus. vt ex scriptis Bald. colligitur in cap. j.
circa principium, in verbo, possessio. & seq.
quid sit inuestitura. & istud, quòd vbi tradi-
tio requiritur non sufficiat constitutum, con
cludit Bart. in l. Titia. circa finem. versi. quid
si do tibi. ff. de verb. oblig. refert & sequitur
Dec. in l. contractus. col. iiij. ff. de regul. iur. &
ex istis patet quòd non fecit ipsa l. quicquid
in se fuit, postquam ad actualẽ traditionem
non processit. Confirmatur etiam, quia vera
13 & communis conclusio est; quod † constitu-
tum adiectũ in actu nullo est inefficax, nul-
lamq́ue transfert possessionem, vt Bar. con-
cludit in l. si aliquam. col. ij. versic. sed quæro
vtrum. ff. de acquiren. possess. & idem firmat
Alexan. in l. prima. §. si vir. col. iij. circa finem.
versic. colligitur ergo. iunctis versiculis ante
cedentibus eo. tit. & latius ibidem. d. Claud.
col. ij. & iij. sequentes in hoc Bald. in l. ex te-
stamento. C. de fideicom. & ita etiam consu
luit Alexand. consil. lxxxj. lecto & discusso.
col. v. versi. ex his ergo. in tertia parte. ac no-
uissimè Dec. in d. l. contractus. col. vij. versic.
vlti. conclusio supra dicta. ff. de regu. iur. vltra
quem plura adduci possent, quæ tamquam
non necessaria ne sim prolixior, omitto. Sed
nulli dubium, quin vẽditio rei emphyteuti-
cæ facta sine consensu domini sit inualida.
dicta l. fina. & d. capit. potuit ergo & consti-
tutum illi adiectum nihil operatur, & pro-
pter illud non priuabitur emphyteuta iure
suo, nisi ad actualem rei traditionem deue-
nerit, per præallegata. Vltra præmissa non
parum corroborabitur ista conclusio ex in-
fra dicendis, respondendo argumẽtis supra
in oppositum adductis. Ne tamen authori-
tatibus carere videar, adduco in primis Spec.
ita firmantem in titu. de empt. & vendit. §. j.
versi. & nota. & tit. de locato. §. nunc aliqua.
versi. xlv. & sequen. refert, & sequitur Alua-
rotus in cap. j. col. ij. versic. quid autem, si tra-
ditio. in titu. quid iur. sit si post alien. feud. ac
multipliciter ibi comprobat dicens, quòd ni
mis dura & rigorosa esset cõtraria sentẽtia.
Idemq́ue tenuit Sali. in l. iij. C. de iur. emph.
ac veridicus Docto. Petr. Iacob. in sua praxi.
tit. de act. in rem quæ prop. feud. comp. Istud
quoq; firmat optimis rationibus Guid. Pap.
in Decis. delph. quæst. cj. si quis rem emphy-
teuticariam, dicens ita seruari & iudicari in
illo parlamento, refert, & comprobat d. Rip
pa lib. j. respons. c. ij. peroptassem. num. 21. in
eandem

eandem sententiam concurrit Bald. in cap. imperialem. in princ. col. prima. ante finem. versic. sed nunquid. ibi; Sed si specialiter. de prohib. feud. alien. per Federicum. dicens, quòd si vasallus specialiter pignorat aut vendit feudum sine consensu domini; ita demum cadit à iure suo, si ad facti traditionem peruenit; secus si tradat per actum verbi, & sic per precarium vel constitutum, quod expressius ac formaliter sequitur insignis doctor Matthæus de Afflict. ibi, colum. v. circa medium. versi. & ex hoc infert. nume. 49. nam secundum eum iniuria in dominum tunc non habet locum & effectum, & ideo non est punienda. & ibi refert etiam Bald. ita voluisse in l. ea lege. C. de cond. ob caus. colum. j. versic. tertiò præmitto, &c. dicit quòd ius feudi non transfertur sine vera traditione; nec sufficit abusiua. Sed latiùs, & clariùs hanc conclusionem amplectitur idem Afflict. in c. j. col. ij. in princ. tit. allegato. quid iur. sit si post alien. feud. vasal. recuper. dicens, quòd tunc per alienationē feudi sine consensu domini priuatur uasallus iure suo, si realiter possessionē transferat, secus si uerbaliter; post Bald. & alios tibi per eum relatos. In tantum quòd etiam si uenditor rei feudalis sine consensu domini, constituat se nomine emptoris possidere; non tamen realiter tradat, feudum non amittitur; quia uera traditio requiritur; ut ibi multipliciter probat, subijciens quod hæc est firma conclusio, quæ procedit nedū in feudo sed etiam in emphyteusi, & quod ita sensit Bar. in l. prima. ff. si rem. ff. depositi. quamuis contrarium ibi voluerit Paul. de Castr. quem affirmat in hoc verum non dicere; quia in feudis requiritur vera traditio, nec sufficit ciuilis aut ficta, quæ ex constituto vel precario resultat. & istud etiam voluit summæ authoritatis singularisque doctrinæ vir. Andræas de Iser. in d. c. imperialem. §. Calidi. versi. pœna in istis. de prohib. feud. alien. per Feder. & in c. j. de vasal. qui contra constit. l oth. ac alijs plerisque locis per præfatum Afflict. relatis in eodem cap. imperialem. in xiij. not. col. vij. versi. vigesimo & vlt. ibi; & per talem alienationem. vbi cōclusiuè subiungit in versi. & sic per constitutionem.
14 quòd † per constitutionem precarij non perditur feudum; quia est actus verbi & non facti, dicens hoc esse perpetuò menti tenendum, quia vidit magnos doctores dubitare, vt ibi latiùs per eum. Huic etiam conclusioni adhæsit Ioan. Rai. in comprehensoria feudali super d. cap. imperialem. §. j. col. vj. versic. quæro quomodo clausula ista. motus potissimè, quia per constitutum non fit realis traditio, licèt cautiùs etiam affirmet post Petr. Iacob. vbi suprà per eum relatum, hoc casu in venditione feudi vel emphyteusis adijci clausulam, saluo iure & consensu domini. Postremò consuluit pro hac opinione Curt. Sen. consil. viij. Viso instrumento. per rationes prædictas ut ex ibi scriptis liquet, maximè colum. ij. & iij. & ita etiam rectè consideranti voluit Curt. Iunior. in prællegato tract. feu. parte. iiij. quæst. xiij. & Guid. Pap. consi. cxxvj. in fin. & Alexan. consi. clxxiij. Viso themate. colum. ij. in ij. volum. vbi dicit, ad hoc vt emphyteuta priuetur, requiri 9 processerit ad perfectam & efficacem rei translationem. Idem Bald. consi. ix. colum. ij. libr. j. Ex quibus patet hanc esse magis communiter receptam ac validioribus & efficacioribus rationibus fundatam opinionem, adeo quòd etiam si plures numero doctores in contrariam sententiam concurrerent, ab hac tamen in iudicando recedendum non foret. l. prima. §. omnibus. versic. Sed neque ex multitudine. C. de vet. iur. enu. & §. diuersæ scholæ. Instit. de empt. & vend. cum alijs adductis per Decium consi. cclxvij. pro declaratione. col. iiij. versi. tertiò respondetur. & consil. dcxxx. in causa. col. ij. versi. non obstat. & Curt. Iunio. consil. lxiij. præsupponitur etiam. colum. ij.

Secundò principaliter fundatur conclusio prædicta; quia si rectè aduertatur in instrumento venditionis nobiles Fratres de Brumatijs venditores constituerunt sese, nō autem dictam I. tenere & possidere bona vendita nomine emphyteusis, &c. Nam illa verba, sese, ad ipsos venditores ita præcisè referuntur, vt ad aliam personam porrigi nequeant; vt Bald. notat. in c. fi. col. ij. de offi. delegat. & in c. Coram. iij. notab. eod. titu. ac plenè Doct. tradunt in l. more. ff. de iur. om. iud. ideòque non potuit constitutum illud quidquam operari, tam quò ad cōstituentes quàm quò ad ipsam I. quæ illud ratū habuit, non quidem quò ad ipsos constituentes, cū
15 non possiderēt, prout † requirebatur ad hoc et constitutum haberet effectum. l. quod meo. & ibi Alex. not. col. antepen. circa finē. & col. vlti. ff. de acquir. possess. post glo. in l. quamuis. §. si conductor. quam Angel. & reliqui scribentes sequuntur eod. tit. cum pluribus

possunt isto casu prætendere interesse, ex eo quod emptores nunquam ab eis inuestituram petierint; cum illi nunquam fuerint in possessionem dictorum bonorum, de quo latius infra dicetur responsio secundo argumento suprascripto.

Sextò demonstratur; quia etiam si præmissa cessarent, quæ tamen omninò militãt, foret ipsa I. ex capite minoris ætatis, in qua tunc erat, quando uenditionem illam ratam habuit, ut in actis probatum extitit restituenda aduersus caducitatem prædictam l. si ex causa. §. si in commissum. ff. de minor. & Bald. notat in c. j. col. iij. quo temp. mil. & si dicatur lapsum fuisse tempus restitutionis petendæ, de quo in l. fin. C. de temp. in integ. rest. pet. respondetur clarè tempus illud non cucurrisse, priusquam ipsi I. ius dictæ restitutionis petendæ competeret, & cõsequenter ad illam agere posset. per regul. l. j. §. fin. C. de annal. except. quod non valenti agere, &c. facit l. si hæres unus ibi. non enim his potest silentium imputari, &c. ff. fam. ercisc. sed sic est quòd restitutionis ius ei competere non potuit, nisi tunc demum cum fuit læsa; quia restitutio præsupponit læsionem. l. quod si minor. §. restitutio. ff. de minor. & Bart. notat in l. fin. col. iij. versi. Venio ad vltimum. C. de sent. pass. læsio autem causata non fuit, nisi facta declaratione per duos dominos directos, quod uellent vtile dominium bonorũ emphyteuticorum ad eos deuolui. l. ij. ibi: Si dominus uoluerit. C. de iure emphyt. & Alexan. notat consi. cvj. Viso themate. col. ij. in quarta parte. cum alijs adductis per Dec. consil. ccccciiij. in casu duc. grau. col. ij. in princ. & consil. lxxviij. Visis actis. col. fina. & ideo sequitur quòd ante declarationem factam per ipsos dominos directos, quòd vellent bona prædicta fore commissa, & consequenter ante iudicium per eos institutũ non fuit inducta caducitas, & sic læsio, nec per consequens restitutionis auxilium ei competijt. ergo nullum tempus sibi concurrit per præmissa. & sic patet d. l. fi. & totum titulum. C. de temp. in integ. rest. petendæ, solum procedere, ubi iam restitutionis remedium intentari posset, aliàs non per prædicta.

Septimò, quia dicta I. & si minor non fuisset, † nihilominus restituenda esset aduersus ratihabitionem per eam factam ex clausula generali, si qua mihi iusta causa, &c. ad euitãdam pœnam caducitatis, quia mulieribus succurritur etiam si per iuris ignorantiam damnum incurrerint. l. fina. C. de iur. & fact. ignor. cum ibi plenè notatis per Doct. & in l. iuris ignorantia. C. qui admit. & per Dec. in c. pastoralis. col. viij. in fine. de except. & ideò cum petita fuerit restitutio per ipsam I. vtique sibi non est deneganda. l. secunda. in fine principij ibi; ne auxilium, &c. ff. de his, qui sunt sui, vel alien. iur. Et si dicatur huiusmodi restitutionem absque speciali mãdato iure petitam non esse. l. illud. & l. patri in princ. ff. de minor. respondetur illud procedere, quando principaliter petitur, & per modum agendi; secus, si incidenter, ac per modum exceptionis, prout in casu isto. secundum Barto. in l. indebitam. col. ij. ff. de cond. indeb.

Octauò pro dicta nobili I. mulræ pugnãt regulæ; prima, scilicet. regula l. Arriauus. ff. de act. & obl. & l. fauorabiliores. ff. de regu. iur. secunda, quòd melior est conditio possidentis. cap. in pari. de regul. iur. lib. vj. tertia, quòd in dubio sic interpretandus est actus, vt euitetur pœna. l. interpretatione. ff. de pœn. quæ maximè procedit, vbi agitur contra mulierem, prout in hoc casu. Bald. in l. j. §. item solent. ff. de offi. Proconsul. & legat.

Nonò dici posset ipsam nobilẽ I. in omnẽ euẽtum non cecidisse à iure suo emphyteutico, nisi pro quarta parte; quia venditio facta fuit per tres fratres de Brumatijs, tam suis proprijs nominibus quã nomine ipsius. I. sicque non potest contractus, ille sibi adscribi nisi pro dicta quarta. l. reos. §. cum in tabulis. ff. de duob. reis. & l. si non fuerint. ff. pro soci. & in terminis venditionis factæ à pluribus Bald. notat in l. fin. col. iij. versic. sed pone econtra. C. de ædil. act. ac Dec. consil. xxviij. Viso punct. colum. j. facit etiam l. si cum plures. ff. de exerci. sed in hoc aliter non insistam postquam alijs rationibus suprascriptis releuatur ipsa I. totaliter à caducitate prædicta. Et licèt ex supradictis satis pateat responsio ad argumenta facta in oppositum adductæ nihilominus, vt veritas clarius elucescat, illis formaliter seu in specie respõdebo. Primum enim, quòd constitutum vim traditionis obtineat, clarè tollitur ex supradictis in prima ratione huius conclusionis. nam illud non procedit quoad effectum, vt ex venditione feudi, vel emphyteusis facta sine consensu domini priuetur vasallus, vel emphyteuta iure suo, & sic quò ad pœnam incurrendam, per plura ibi adducta. quibus accedit quod in terminis tradit And. de Iser. in c. j. in princ. col. ij. ad finem. de prohi. feud.

alien. per Loth. & clariùs afflict. ibi col. iij.
21 ad finem in iiij. notabili; dicẽs, quòd † in feudo contractus alienationis non dicitur perfectus, & consumatus, nisi demum sequuta corporali traditione, quò ad hoc vt ex tali alienatione feudum perdatur. Et pro hoc etiam facit, quia ad hoc vt emphyteuta per alienationem, irrequisito domino, factam priuetur iure suo, lex non considerat iuris effectum, sed solum actum facti, vt Bald. notat in d. c. j. §. aut si libellario. col. ij. versic. sequitur in text. ac versi. & idem dico. quibus mod. feud. amit. el primo. sed per constitutũ solùm trãsfertur possessio, prout est ius, non autem prout in facto vel actu possidendi cõsistit, iuxta notata per Barto. in l. ab emptione. colum. ij. ff. de pact. cum alijs preallegatis. ergo, &c. Et ex hoc respondetur ad id, quod obijciebatur, quòd scilicet ex constituto vera possessio transfertur. nam illud verum est prout possessio est iuris; secus autem prout est facti. Hinc est, quòd in dicto instrumento venditionis emptrix sibi prospexit vltra constitutum, quia obligauit venditores ad tradẽdum vacuam, & expeditam possessionem bonorum venditorum, vt ex eo instrumento patet. nam ex hoc sequitur, quòd bona vendita non fuerant tradita, vt etiam Dec. arguit prazallegato consi. clxxxj. col. ij.
22 Ad illud autem † quòd idem operatur fictio in casu ficto, &c. respondetur primò id solùm procedere, si in vtroque casu eadem met ratio militet, secus vero si diuersa, vt Imol. tradit in l. Gallus. §. & quid si tantum. col. iij. ff. de lib. & posth. Secundo procedit in fauorabilibus, non autem in odiosis, vt cõclu dit Areun. in d. §. & quid si tantum. hasque duas responsiones refert & sequitur Socin. consi. lxij. Visa conuentione. col. iiij. versi. ad idem. Tertio respondetur, quòd procedit in his quæ sunt iuris, non autem in his, in quibus factum exigitur, vt Bart. notat in l. si maritus. §. legis. ff. de adult. & ibi Alex. in apostil. Sed veræ & fictæ traditionis longè dispar est ratio, vt ex prędictis colligitur, ac ex notatis per Alexan. & posteriores in l. j. §. si uir. ff. de acquir. poss. ergo, &c. Prætereà tollitur etiam illud primum argumentum de constituto, eo quia venditores, qui constituerunt se possidere nomine emptricis, non possidebant, ergo constitutum illorum fuit inefficax, vt supra dictum est. Item tollitur ex eo, quod ratihabitio, quę facta dicitur de illo constituto, nunquam fuit acceptata, nec peruenit ad notitiam emptricis, ergo non fuit ei quæsita possessio. l. si communis seruus. §. primo. ff. de acquir. poss. & l. si ego. ff. de nego. gest. cũ alijs suprà adductis. Secundum autem argumentum de inuestitura non petita, neque obtenta per emptricem non potest hoc casu procedere; quia nunquam fuit illa tradita possessio, sed illa semper apud d. I. remansit, vt prædictum est; & ideo non tenebatur inuestituram petere vel obtinere, vt dixi supra in quinta ratione huius conclusionis; & vltra ibi allegata ita concludit Iacob. de sancto Geor. in tract. feud. in verbo, qui quidem inuestiti. col. viij. versi. sed pone quod vasallus non possidens. ac Dec. consi. cxliij. Et matu rè. col. iij. post medium nec fuit translata per constitutum in dicta venditione appositum. vt supra clarè probatum est. & vbi translata dici posset, id solum fuit quò ad possessionẽ iuris, non autem quo ad actualem prout requireretur, ad hoc vt propter non petitam inuestituram ius emphyteuticum perderetur; vt patet ex prędictis, & ita in specie firmat Guid. Pa p. quæst. cj. si quis rem. & quęst. clxv. sed iuxta. Tertium etiam argumentum de non soluto laudemio eadem ratione confunditur; quia ob id tantum laudemium deberetur, quia dominus directus nouũ emphyteutam recipit, ac in possessionem inducit. l. fin. C. de iur. emph. Ideoque priusquam emptor sit in realem possessionẽ inductus, nullum tenetur laudemiũ præstare, hocque sic determinat Guid. Pap. d. q. c. j. per d. l. fi.
Quartum verò scilicet quòd bona prędicta ceciderunt in commissum, cum vendita fuerint in francum allodium, locum habere non potest in casu isto quò ad priuandum I. iure suo; quia ipsa non ita vendidit; & licèt contenta in instrumento venditionis ratificauerit, id tamen ei non prędiudicauit quò ad
23 pœnam caducitatis incurrendam; cum † in odiosis paria non sint vendere & vendenti consentire. l. aliud est vendere. ff. de reg. iur. & l. si pater. in fin. de manumis. vendict. seu illam ratam habere; secundum Bald. in l. obseruare. §. fin. quæst. xj. ff. de offic. Procons. & leg. & Dec. refert in certi condictio. §. quoniam. col. ij. ante finem. ff. si cert. peta. quod ergo suprà in oppositũ dixi, videlicet quòd propter ratihabitionem attribuitur actus ratificanti, solum procedit per fictionem; vt ex præmissis resultat; disposita autem in faciẽte actum non verificantur in ratum habente, vt Bald. & Dec. notant in locis prazallegatis, & hoc

& hoc in pœnalibus dico. Præterea cessat dictum quartum argumentum in casu isto, quia cum dicta venditio fuerit simulata (vt supra demonstraui) non potuit illius ratihabitio subsecuta quidquam operari. vt Bart. notat in d.l.ob seruare.vlti.notabili. & Ias.in l.stipulatio ista.§.alteri.col.quarta.in fine.ff. de verb.oblig.ac Deci. consil. ccccclxxxvij. Coram magnificis.col.iij.in fin.cum sequēti. ac etiam, quia non præsumitur dictam I.sciuisse venditionem factam fuisse in liberum allodium, sed potius ipsam ignorasse. per regul.l.verius.ff.de probat. Ideo non censetur ratum habere voluisse, quod ignorabat, argu.l.mater.ff.de inoffi.testam. & ita debet intelligi, vt euitetur pęna dictæ l. interpretatione. ff. de pœn. Nec obesse potest assertio notarij, de qua in instrumēto ratificationis, scilicet quòd ipsam Ioannam certiorauerit de tenore dicti instrumenti vēditionis, quia illi standum non est maximè quò ad hoc vt ipsa I.damnum incurrat. vt notat Anton.de Butr.in c.quoniam contra.col.xiij. de prob. ac Abb.in c.cum causam.col.fin.de empt.& vend.refert Dec.consi.clxxx. visa col.v. circa finem. quod maximè procedit, quia notarius id asserit enuntiatiuè, quo casu talis assertio non probat, vt Bald.notat in rub.C.de fide instrum.col. iiij. cum alijs adductis per
24 Gozad.consi.xj nu.5. maximè † quia sumus in materia odiosa, & pœnali, in qua verba enuntiatiua non debent attendi.vt Bald.notat in l.ij.C.de neces.seru.hæred.insti.refert, ac dicit bene notādum Ias.in l.ex his verbis. col.fin.circa medium.versic.vnum etiam. C. de testam.mil. Item & quia enuntiatio illa est de facto proprio ipsius notarij, & in his, quæ ad eius officium non spectant, ideo militat regula l.omnibus. C. de testib.& quod Bart.notat in l.deferre.§. ijdem decreuerūt. ff.de iure fisc.facit cap. primū. iiij. quæst. iiij.

Accedat quòd etiam, si ipsa nobilis I.vendidisset bona emphyteutica in liberum & francum allodium, nontamen per hoc cecidisset à iure suo, postquam ad actualem traditionem non peruenit, sed solum fecit actum verbalem, vt Bald.& reliqui scribentes concludunt in c.imperialem.in princ. de prohib.feud.alien.per Feder. ac alij supra relati in prima ratione huius conclusionis. Proinde considerandum est, quòd non fuit actum per dictos d.Bech.ob hanc causam, vt ex actis constat, ideo ex ea obtinere nō possent, quia modus agendi debet attendi. l.habebat.ff.de inofficit.glo.in cap. hæc quippe. iij. quæst.vj. cum similibus. Demum in omnem euentum, mulieri prædictæ succurrendum esset via restitutionis aduersus caducitatem, cum talia verba præsumeretur expressisse per iuris ignorantiam, nesciens quòd caderet in pęnam, ideoque non debet ex hoc damnum subire.dicta l.fina.C.de iur.& fact. ignor.cum ibi not.

Quintum & vltimum argumētum quod est de canone non soluto facilè multipliciterque diluitur. Primò quidem ex eo quod oppositum constat ex actis, ideo falsum est partis præsuppositum. Secundò, quia non sufficit emphyteutam cessare in solutione canonis, sed requiritur quòd ad id fuerit interpellatus, vt Decreta dictant.lib.iij.sub rubrica incip.res emphyteutica,&c.quod censetur esse ius commune in patria, vt Socin. probat consi.lxxxj.col.ij.versi. His tamen.in prima parte.Ideoque seruari debuit.capit.j. cum ibi notat. de constitu. Tertiò quia non fuit etiam actum per d. dominos ex hoc capite, vt ex eorum libello patet, ergo militat quod supra dixi in præcedenti argumento. Præmissis igitur attentis, cōcludendum est, dictam nobilem I.omninò fore à petitis absoluendam. Et ita iuris esse censeo, saluo potiori iudicio.

Ego Nicolaus Balbus Præses.

Non obstantibus suprascriptis elegantissimis, & subtilissimis iuris allegationibus, in casu proposito cōtrarium fuit iudicatum per nos Albertum Gattum & Augustinum de Ecclesia regios consiliarios appellationū & causarū priuilegiatarum iudices regię maiestatis citra montes, nobiscum assistentibus magnificis dominis Iureconsultis, ex relatoribus nostris iuratis, d. Raphaele de Bellacumba, Bartholomeo Nomis, Bartholomeo Petito, & Georgio Vinea, ac Hieronimo Bechio aduocatis Curiæ parlamenti citramontani.per regulam text.in l.fi.C.de iur.emph. & in c.potuit.ibi emphyteuta quoque secus præsumēdo, extra locat.& quia magis communis est opinio Docto.pro hac parte, & inprimis in terminis constituti illam tenent Paul.Castr.in l.prima.§.si rem.ff.depos.Iaco. à sancto Georg.super feud.in verbo, & cum pacto.col.ij. Anton. de Butr. consilio xxxuij. de iure.Ias.in d.l.fi.colum.xxxviij.nume. 132. Fulgos.in fortioribus terminis in consilio ij. col.j.in primo dubio.Cuman. consi.xlj.col.j.

in

35 in medio, vbi ampliat † etiam quòd post venditionem factam cum constituto, venditor semper possederit, quia ex hoc solo non arguitur simulatio. Idem tenent Nico. Boer. in suis Decis. quæst. cxij. lib. j. col. secunda, nu. 5. Henr. Ferran. in addit. ad Guid. Pap. in decis. delph. q. cj. sub verbo, contrarium tamẽ. vbi aliquot subtilibus rationibus improbat Gui. ibi sentientem contrarium in dicta decisio. Idem tenent Hippol. Marsilian. in sing. suo cccc xij. Plures sunt. Guid. Pap. sibi cõtrarius in consil. cxlvij. in v. dubio. versic. sed restat, vbi dicit dicta per Specul. & Petr. Iacob. de quibus in prædictis allegationibus non procedere quãdo in venditione interuenit constitutum idem dicit in consil. cxcij. in fin. & verè illi non loquuntur in istis terminis, si videantur, sed simpliciter in emphyteuta vendente & non tradente. Mart. Laud. in capit. imperialem. in princi. de prohib. feud. alien. per Feder. Cur. etiam sibi contrarius in trac. feud. in quarta parte. quæst. xx. Brun. consilio xlij. col. secunda in prin. in feudo. vbi allegat Aluar. idẽ tenentem in c. j. versi. quid autem si traditio. quid iuris, si post alien. feud. vasal. illud recuper. Et prædicta longè magis sibi locum vendicare debuerunt in casu nostro, vbi vltra constitutum aderat etiam attributa facultas emptori propria auctoritate possessionem rei emphyteuticæ per ipsum emptæ ingrediendi, quæ quantæ sit efficaciæ per latè tradita per doct. in l. creditores. C. de pignor. cuique facilè patet omittam etiam hic responsiones quę accommodari possunt ad dicta in prædictis allegationibus de constituto, cum ea satis manifestè tollantur per tradita per Bart. & alios in l. ab emptione. de pact. & in l. quod meo. de acquir. possess. & in l. certè. §. primo, & §. Iulianus de præcar. & in l. quædam. mulier. ff. de rei vendic. vbi passim
36 habetur † per constitutum transferri veram & propriam possessionem, & etiam respondetur per Doctor. supra per me allegatos. Nec obstat quòd prædicta dicta l. non interuenerit in venditione, quia cùm de ea informata (vt constat ex instrumento ratificationis) illam ratificauerit in omnibus partibus, perinde est ac si ipsamet vendidisset, quoniam ratificatio attribuit actum ratificanti, & operatur perinde ac si ab initio ratificans mandasset actum fieri. text. est in l. fi. C. ad Maced. ibi, necesse est enim patris ratihabitionem principali mandato patris vel consensui non esse absimilem, & ibi doct. latè tradunt. & in l. donationes. C. de donatio. inter vir. & vxor. & in regula ratihabitione. de regul. iur. in sexto. l. licèt, ff. de iudi. Deci. consil. lviij. col. j. & multa præsupponuntur in facto per d. supra consulentẽ, quę non erant vera, & de quibus in processu verbum nullum maximè de minoritate d. l. quia ea non fuerat probata, & de simulatione cõtractus ex præsumptione pecuniæ non numeratæ, quia ex instrumento venditionis apparebat de reali numeratione duorũ mille & quingentorum scutorum, & de venditione non facta in francum allodium, quia imò ita fuerat facta, vt ex instrumento patebat. Et de recognitione facta dominis post venditionem, q̃a nulla interuenerat recognitio post alienationem, & de perseueratione possessionis, quia ipsa perseueratio causabatur virtute instrumenti locationis per emptorem venditoribus factæ, de quo in actis, & ex præmissis nos deprehendimus d. consulentem non vidisse acta & processum causæ, & ideo meritò contra ipsius conclusiones fuit iudicatum.

Angelus ab Ecclesia Regius consilia.

Sed pro prima parte in absolutionem emphyteutæ, qui vendiderat cum constituto, sed ante effectualem traditionem à contractu recesserat sæpius iudicauit illustrissima Curia regia Pedemontium, me in numerum senatorum ipsius curiæ iam admisso, & etiam in causam appellationis interiectæ à sententia per tres appellationum & causarum priuilegiatarum iudices, in causa prædicta, in qua illustrissimus & consummatiss. d. Præses Balbus allegauerat amplexando æquiorem opinionem, prout & solebat passim facere, non admittendo caducitates, nisi subsistente magnà emphyteutæ contumacia. 37

Idem Angelus.

Argumentum.

An à castellano seu iudice vasalli inuestiti occasione emptionis à superiore factæ de castro cum mero, & mixto imperio reseruato resortu domino, superiori appelletur ad iudicem appellationum ipsius vasalli seu ad ipsum vasallum, vel potiùs ad Dominum superiorem qui vendiderat seu eius iudicem.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *A Castellano appellari debet superior feudi dominus, qui iurisdictionem infeudauit.*
2 *Vltima inuestitura semper est attendenda cùm ex ea feudi natura alterari possit.*
3 *Vasalli no habetes dignitatē p quā eis vti regalijs concessum sit, ordinariu iudicē constituere no possunt.*
4 *Infeudati à principe obtinente vices supremi principis in suo territorio, magni valuasores seu capitanei appellari possunt.*
5 *Appellatio translata videtur feudo per venditionem & pretij constitutionem translato.*
6 *Iurisdictionem, merum ac mixtum imperium habentes sua iurisdictionis causas uniuersaliter & particulariter committere possunt.*
7 *Appellatur à subdelegato delegati principis ad ipsum subdelegantem, & non ad principem.*
8 *Verbo. Saluo resorto &c. intellectus.*
9 *Iurisdictione loci & territorij translata generaliter et omnium negotiorum, ordinaria iurisdictio vtiq; translata censetur.*
10 *A delegato ad delegantem appellari potest.*
11 *Ab officiali Episcopi in certa parochia constituto Episcopus appellatur.*

CONSILIVM LVI.

N Dei noie amē. Ad clariorem decisionem præmissi dubij disposui argumēta ad vtrāque partē adducere, vt veritas magis elucescat. Primo itaque videtur dicendum,
1 † quòd à castellano Cadralij debeat appellari superior dñs Feudi, qui iurisdictionem ipsius loci infeudauit hac lege, vt rectorius sibi saluus sit, quod tantum est [illegible] vulgare dictū vltramontano [illegible]m, quātū appellatio, hoc patet ex vltima inuestitura, quæ
2 † est plurimum attendenda, quoniā ex ea potest alterari natura feudi. in vsib. feud. de suc. feu. c. vnico. §. filia vero & at [illegible] tit. suc. vxor. in feud. c. j. ij. resp. Secūdo quoniam cū dicti vasalli habeant iurisdictionem in loco prędicto Codralij beneficio alterius, hoc est, superioris domini infeudantis, & non suo iure, non videntur alieri posse mandare ipsius iurisdictionis exercitium. l. more. cum l. sequē. ff. de iur. om. iud. pro quo videtur tex. expressus in Auth. de defens. ciui. §. iusiurandū. ver. nulla existente licentia. col. iij. itaque Castellanus ipsius loci nullam videtur iurisdictionem habere [illegible] quantum vices gerat dictorū nobiliū infeudatorū ex consuetudine, quæ iurisdictionē tribuit. vt l. j. C. de emanci. liber. & in c. cùm contingat. & in c. quod clericis extra de foro com pet. & sic ab ipso non possent appellari ipsi domini inuestiti, quorum vicē gerit, quoniā ipsorū vnū & idē auditoriū esset censendum. vt c. Romana. in prin. extra de appel. lib. vj. & si esset contraria consuetudo, non est seruanda, tamquā perniciosa. vt c. non putamus. extra de consuet. libro vj. pro hoc etiam est casus secūdum lecturā Modernorū qui sequitur Bat. in l. j. §. fina. ff. qui & à quo appel. & in l. præcipimus. C. de app. in princ. ibi, vel vicarius. Præterea & tertiò quia † isti nobiles vasalli cū non habeant 3
dignitatem, per quam sit eis concessum vti regalijs, non possint iudicem ordinarium constituere. text. est in feud. quæ sunt regal. c. vnic. ibi, potestas constituendorum magistratuum. & pro tanto dicit B. extra de præl. vic. suas. c. ij gl ij. quod Episcopus non habet potestatem constituendi iudicem ordinarium, sed solus princeps vel lex. ij. questio. vj. §. quod de arbitris. Itaque cum castellanus ipse non possit esse ordinarius neque delegatus, oportet quòd sit vicesgerens, & vicarius, & sic ab eo appelletur superior eorum, qui ipsum construerunt. propterea istud videtur determinatum in cap. cæterum. extra de iudi. in glo. mag. ve [illegible]. & hæc sunt verba. ibi, item ab eo appellabitur ille superior, qui iurisdictionē infeudauit. & hoc etiam videtur determinari per Bartol. in l. prima. §. si quis in appellatione. ff. de appel. dum quærit, quis sit ordo inter iudices appellationum ibi, quærto in aliqua ciuitate. vbi inquit, quod à rectore constituto per collegium non appellatur ipsum collegium, sed iudex ciuitatis, quæ est superior. Sed in contrarium faciunt iura, & rationes sequentes. Nam præsupposito quod illustrissimus dominus superior dominorum loci Cadralij obtineat vicem
4 supremi principis in suo territorio, illi † ab eo infeudati, vt præmittuntur, possunt magni valuatores appellari seu capitanei, vt in feu. qui feud. dar. poss. circa principiū. & quis dicatur dux march. c. j. circa princ. ibi, qui verò à principe vel potestate. & ibi gl. & isti tales vulgò appellantur Barones; vt ait quidam docto. in sua summa, prout refert Bald. in c. j. qui feud. dare poss. super verbo capitanei qui non sunt sine dignitate. Imo cum hoc sit in

eos perpetuò translatum, videtur maiorem multò potestatem habere, quam cæteri magistratus, de quibus locuti sumus. Et cùm per contractum venditionis factæ de dicto castro, iurisdictione mero & mixto imperio ac resorto, appareat in eum translatam iurisdictionem principalis instantiæ & resorti, est dicendum quod a suo castellano sit ad ipsos dominos appellandum, quia eo modo fuit acquisitum ipsum feudum. Imò in eos videtur translatum ... constituendi magistratus, & aliorum quæ sunt regalia, cum per ip... dominum p... fuerit in ipsum vasallum translata omnia iura, quę habebat in ipso loco, in quo nemini dubium quin haberet regalia, & quæ omnia potuerint in al...um transferri ... ante consensu superioris domini, vt in feud. de prohibit. feud. alienatio. per Lothar. circa principium, & de prohibita feud. alienatio. per Federic. circa princip. sumpto argumento à contrario sensu, quia cum ibi sit prohibitum non alienari sine consensu domini, ergo ipso consentiente potest. vnde ipse dominus superior tenetur id seruare. l.j. §. si is, qui nauem, ff. de exercit. nec est recedendum à proprio significato verborum. l. non aliter. ff. de leg. iij. & si videretur durum, tamen esset seruandum. l. prospexit. ff. qui, & a quibus.

5 Secundo quia posito, quòd verba cessarent, expressè † tamen cum hic sit tráslatum feudum per venditionem & cõstitutionem pretij, quod fuit habitum & receptum, videtur translata appellatio. nam & feudatarius maius ius habet in feudo, cùm illud emit, vt in feud. de feud. dat. mil. valuass. cap. 4. & ita determinat Petrus Iacobus in suis libel. sub rubrica de condi. ex moribus. ver. sed quoniam iurisdictio data est, ibi. ... sic inquit, secus, si Comes vendidisset castrum dicto militi, quia tunc in castro nihil retinere videtur, & sic nec appellationes.

6 Tertiò, quia † cùm isti nobiles habeant iurisdictionem, merum ac mistum imperium à sup. adicto domino, possunt vniuersaliter ac particulariter cõmittere causas suæ iurisdictionis. l. à iudice. in fine. & ibi notatur. C. de iudic. & ... causas iurisdictionis infimæ, sed meri, & misti imperij, & ita singulariter ibi notat Angel. & Bart. in d. l. à iudicè, in fine, licèt quidam contra in causis nõ delegabilibus, vnde sequitur quòd potuerunt Castellanum ibi constituere saltem vt delegatum ad vniuersitatem causarum, & quod ab eo est appellandum ad ipsos nobiles infeudatos, sicut a delegato ad ordinarium. vt Imperatores. ff. de appellat. ... rescripserunt, &c. & multò magis. quia † appellatur à subdelegato delegati principis ad ipsũ subdelegantem, & non ad pri...em. text. est expressus. C. qui pro sua iu...d. iu...dar. poss. circa finè, prout ibi est in text... ad eos, quæ est ... vt dicit Bart. in l. j. §. j. in ... po. ff. q... & a quo. appel. & pro tanto Angel. in d. l. vnic. C. qui pro sua ... nota. inquit ... nota text. ibi, ad eos, &c. in hoc cum hęc ex singularis est, quòd à sententia subdelegati à delegato principis appelletur ad proximum subdelegantem, non ad imperatorem. & in l. fin. C. de iud. in fine, dicit idem Angel. quòd ille est casus singularis in d. l. j. qui pro sua iurisd. & nõ est alibi.

7

Ex quibus infertur, quòd si à castel... no sit appellatum ad principem omissis ipsis nobilibus infeudatis, & qui constituerunt castellanum, non obstante ... valida, tamen partes sunt ... ad ipsos nobiles immediatos iudices ordinarios & superiores ipsius castellani, vt Imperatores, ff. de appel. & ibi notatur per omnes, quæ pars mihi videtur vera, & iusta.

8 Restat ad contraria respondere & primò ad id, quod ipsi nobiles fuerunt inuestiti in vltima inuestitura, s. suo † resortu, &c. Respondetur hoc intelligendũ de secunda appellatione, quoniam al... non potest sanè intelligi, cum fuerint inue..., ... aliàs eorum prædecessores à præ... dicti princi... ita quòd si intelligeretur de prima appellatione, implicaret repugnantiam & manifestam contradictionem, vnde non valeret. l. vbi repugnantia. ff. de reg. iur. & ideo est intelligendum vt præmittitur, vt prima appellatio sit ipsorum nobilium, de qua ipsi soli habẽt cognoscere, & nõ alteri delegare. auth. ad hęc. C. de iud. & secunda principis superioris, & ita diuersis respectibus quilibet habet resortum. nec est credendum quod princeps voluerit tollere, quod semel cõcessit, quoniam decet cõcessum à principe beneficium esse mansurum. vt in reg. iur. decet. & facit in constit. quæ de dignit. §. illud Auth. col. vj. nõ enim potest princeps vasallum deuestire. de eo de quo eum semel inuestiuit, nisi adesset culpa vasalli. vt in c. j. de nat. feud. in feud. & ibi Bal. quod nec successor principis potest, vt c.

vt c.nouit.extra de iudic.nec per secundum priuilegium tollitur primum,& sic nec inuestitura, ideo vt ibi concludit Bald. imperator Feder. non potuit auferre à communi Papiæ comitatum sine culpa.faciunt notata in cap.j.de consti.lib.sexto.& in l. priuilegia. C.de sacr.sanct.Eccl.

Obiectum vero secundum non obstat.
9 Nam † cum hic in istos nobiles infeudatos sit translata iurisdictio loci, & territorij Cadralij generaliter, & omnium negotiorum, videtur in eos trāslata iurisdictio ordinaria. vt l.j.§.cum vrbem.ff. de offic. præf. vrb. l. & quia.ff.de iurisd.omn.iud.& ita determinat Bart. vbi indeterminatè conceditur iurisdictio per principem vel populum. in l. more. ff.de iurisdi.omn. iudic. ibi. Quæro quando princeps,vel populus,&c.& ideo potuerũt iurisdictionem alteri mandare. quia à lege animata, idest, à principe illam habent.& quilibet ordinarius potest delegare. vt vult glo.supra,quam sequitur.Bart. ibi,quærit gl. quis potest.in d.l.more.ff. de iurisd.omn.iud. Quòd autem iste castellanus sit iudex ordinarius non affirmo,sed quòd censeatur vicarius dictorum nobilium hoc expresse nego.nam cum(vt patet ex eorum inuestitura) ipsi non sint solùm inuestiti de vna plebe, vel parte eius,sed de pluribus castris, & partibus castrorum,ille Castellanus, cui est cõmissum exercitium iurisdictionis in loco Cadralij,qui est vnus ex illis, non potest censeri eorum vicarius,sed censetur eorum delegatus ad vniuersitatem causarum in eo lo-
10 co,&† propterea debet ad eos appellari. vt l.pcipimus.ibi,hoc si appellatio fuerit oblata.C. de appell.& pro tanto dixit Innocē.in c.Romana ecclesia.ext. de appel.in eius apparatu in fine primæ glos. ibi. Alij dicunt, &
11 fortè melius,quòd† ab officiali Episcopi cõstituto in certa parœcia, appellatur Episcopus,licèt aliàs si esset officialis generalis appellaretur metropolitanus,vt in c.Romana. de appel. lib. vj.& hanc determinationem sequitur Bart.in l.j.§.ab eo.ff.quis, & à quo. appel.ibi.Sed quæro quomodo cognoscam vtrum sit vicarius. vbi expresse dicit, quòd ab illo vicario, qui est in aliquo loco constitutus ad vniuersitatem causarum, appellatur constituens,& non superior.& hoc obseruat consuetudo patriæ, quoniam à vicarijs in locis pluribus constitutis appellatur ad principem siue eius iudicem appellationum. Nec est verum quòd huius Castellani sit idem auditorium & prædictorum nobilium,quoniam ipsi audiunt causas plurium castrorum,& iste non audit nisi causas Cadralij tantum.

Ad tertium vero oppositum respõdetur, quòd considerato tenore contractus, & infeudationis, fortè possunt constituere iudicem ordinarium, sicut infeudans, sed concesso quòd non possint, saltem possunt facere delegatum ad vniuersitatem causarũ, vt est prædictum.& illa glo.quæ dicit Episcopum non posse facere iudicem ordinarium, reprobatur per Ioan. Andr.in c. Romana. extra de appel.lib.vj.in glo.nota per hanc literam. determinatio autem Innocē.in cap. cæterum.extra de iud. qui vult à vasallo appellari superiorem, qui iurisdictionē infeudauit,est vera quando appellatur ab ipso vasallo,nec hoc negatur,si contingeret appellari ab ipsis nobilibus infeudatis,sed in casu proposito non fuit appellatum ab eis sed ab eorum Castellano delegato ad vniuersitatem causarum in loco Cadralij, ad determinationem Bart.quòd à iudice constituto per collegium appellatur iudex ciuitatis, est clara responsio,quia per collegium nihil potest fieri per quod derogetur ordinariæ iurisdictioni.vt l.fin.C.de iur.om.iud. Sed hic princeps mandauit iurisdictionem in istos nobiles,quod bene potest, vt latè patet per iura superius deducta & infeudando iurisdictionem illam abdicat ab ordinario primęuo,& isti inuestiti efficiuntur ordinarij.ij. quæst. vj. §. quod de arbitris.& in eo loco sunt maiores alijs ordinarijs,quia funguntur vice principis inuestientis.arg. extra de offic. deleg. cap.sanè quidem.& cap. pastoralis. de offic. ord.& xciij.dist.c.si. Ex quibus omnibus restat sine difficultate conclusio, quòd primæ appellationes,quæ interponuntur à Castellano Cadralij pertinet cognitio nobilibus cũ dominis Cadralij, de iurisdictione & resortu à principe inuestitis primo loco, non obstāte reseruatione facta in inuestitura nouissima, quæ intelligēda est secundũ priores,& vt potius valeat, quàm pereat.

Et ita videtur mihi Andreæ de Ecclesia legum Doct.Regio.consi.& totius Marchię Saluc.principis, Vicario general. de pręmissis consulto,de iure dicendum, saniori consilio semper saluo.

Aliud consilium in eadem materia.

F SVM-

SVMMARIVM.

1 *Princeps siue Papa immediatè appellari potest.*
2 *Præsides prouinciarum principis uices gerunt.*
3 *Verb. Iura resorti, ad quæ referantur.*
4 *Princeps legibus uiuere tenetur, ac quarum obseruã tiam omni honestate adstringitur.*
5 *Princeps etiam ex potestate absoluta conuentioni mi ta cum subdito sine causa à lege expressa uel iure ordinario concessa præiudicare non debet.*
6 *Cognitio prima appellationis pertinent & deuoluitur ad immediatum superiorem.*
7 *A uerbis claris recedendum non est.*
8 *Verb. Cũ omnimoda iurisdictione, amplissimã important significationẽ, quę omnẽ iurisdictionẽ includit.*

CONSILIVM LVII.

IDemque quod supra cõsultum est per insignem legum doctorẽ D. Andræam de Ecclesia March. vic. consulo, & sentio iuris esse ego Andræas Briuerius Astensis legũ Doctor. Gradatim. n. appellandũ est. l. præcipimus. C. de appel. cũ alijs superius allegatis. & quamuis iure cano
1 num permissum sit, vt † princeps siue Papa immediatè possit appellari, vt extra de app. c. si duobus. & c. sollicitudinem. & extra de priuil. c. antiqua. in fin. hoc tamen iure ciuili non conceditur, per iura superius allegata, non quia non teneat appellatio, sed quia remittit appellantem ad iudicem competentem, vt in allega. l. imperatores. ff. de appella. nolens præiudicare inferioribus ordinarijs, nec laboribus grauibus & expensis afficere ligantes. & quamuis princeps legibus non adstringatur, tamen secundũ eas viuere debet. vt extra de conces. præb. c. proposuit. & C. de legi. l. digna vox. sic igitur remittere debet illustrissimus Princeps.

Constat indubiè tribunal Castellan. Cadralij, qui particularis est vicarius dominorum dicti loci, debere censeri diuersum tribunal à tribunali ipsorum nobilium sicut supra plenè deductum est per d. primum consulentem, ad quod facit glo. in clem. ij. de rescript. & habetur per Ange. no. in l. præcipimus. circa princip. C. de appell. & idcirco dicẽdum est ad præfatos nobiles dominos immediatè deuolui debere causas appellationum interpositarum à prædicto eorum Castellano. facit auth. de appel. §. fin. col. iiij. & quod notatur per Bald. tit. de pact. iur. fir. §. ad hæc. in versi. quid ergo. & in iuribus antedictis. quamuis. n. dici possit prædictũ Castellanũ gerere vices prædictorũ dominorũ Cadralij, nihilominus per hoc non fit, quominus gradũ cõstituat, quia vices eorũ gerit in particulari ditione ipsorum nobiliũ non in
2 vniuersali. Nã † & pręsides prouinciarũ vices principis gerunt. vt l. eos. C. de mod. mult. & l. præces. ff. de offic. præsid. & facit c. ij. de offi. leg. lib. vj. iuncto c. Quod translationẽ. eo. tit. & tamẽ quia in particulari territorio officiũ gerunt ab eis immediatus princeps appellatur. vt l. imperatores. & ibi notatur. ff. de appel. facit l. à Proconsulibus. C. eo. tit. nam huiusmodi potestates seu Castellani iurisdicentes habent ordinariã iurisdictionẽ respectu territorij. vt l. ex omnibus. & l. oĩa. ff. de offic. præs. & l. pupillus. §. territoriũ. ff. de verb. sig. sed istorũ habentiũ ordinariã iurisdõnem respectu territorij, propriũ est vt suo iure censeantur & non alieno, quamuis largo modo alterius vice fungantur in particulari ditione sua, vt l. cognitio. §. cum propriam. iuncta l. & si prætor. cũ ibi notatis per glo. ff. de offi. eius cui mand. est iur. igitur, &c. & ideo dixit Signorollus doctor excellentissimus in suo cõsilio lxxij. in prima parte. ꝙ in persona Castellani vel potestatis alicuius castri nõ repræsentatur persona nobilis domini ipsius loci.

Confirmatur denique conclusio præmissa ex eo, quia sicut apparet ex verbis inuestiturarum, etiam infeudata fuerunt eisdem
3 nobilibus de Solario † iura resorti, quæ quidem verba ad aliud referri nequeunt, quàm ad iura primi resorti, id est, cuiuslibet primi recursus. nam illud verbum, resorti, importat quemlibet recursum, qui fit ad immediatum superiorem, siue fiat per modũ appellationis, siue aliquo ex his modis, & in illis casibus, qui habetur plenè per Guliel. de Cun. & Doct. in l. nemo. C. de iur. omn. iud. & plenius per Petr. Iacob. in sua pratica in titul. de cond. ex leg. quæ oritur ex liter. oblig. in vers. & in summa. cùm enim eisdem dominis infeudatum fuerit ius resorti, intelligitur consequenter, & necessario ipse infeudans distinguere voluisse causam principalẽ ab ipsa causa resorti, & per consequens hos ambos gradus iurisdictionis pariter constituisse, & infeudasse. arg. l. ad rem mobilem. & ad legatũ. ff. de procurat. & l. ij. ff. de iuris. om. iud.

& facit

& facit l. illud. in fine.ff. de acquir. hæred. & ideo sicut iurisdictio vasalli habentis vtile dominium vel quasi iurium infeudatorum, turbari non debet in suo iure primæ causæ principalis.argum.c.j. in princ. de nat. feud. & est bona ratio d. Bald. in proposito in l.ij. ff. de re.di.in xliij.quest. ita nec turbari debet in ipso iure primarum causarum appellationum, vel alterius primi resorti eisdem infeudato; cum utrorumque sit par, eademque ratio. facit l. inuitus.C. de procurator. cum ibi notat. Non igitur debet princeps, qui fons est iustitiæ, & lex animata in terris, derogare iuri eorundem nobilium vasallo-
4 rum præsertim sine causa; cùm † nil magis deceat principem quàm legibus viuere, quibus etiam seruandis omni honestate adstringitur. l. digna uox.C. de legib. & inst. quibus mod.test.infir.§.fin. & l. ex imperfecto.ff. de
5 leg.iij.nec † valeat etiam ex potestate absoluta, conuentioni initæ cum subdito vel subditis præiudicare sine causa à lege expressa vel iure ordinario concessa; vt in c.j. de probat. & notatur per doct. in d. l. digna uox quoniã maior est virtus conuentionis etiam cum principe initæ, quàm sit ius priuilegij cuiuscunque ab eo concessi, non obstante, quòd ipsum priuilegium etiam uim tacitæ cõuentionis in se contineat; vt l. fundi.C. de fund. patr. & ita notabiliter dicit Bald. in l. qui se patris.C. vnde liber. ibi; & scias, &c. Et vt suprà de iure dicendum videtur etiam mihi Danieli de Scarampis legum doctori, sicque dico & consulo,&c.

Vltra prudenter allegata, & si copiosè, & subtiliter scriptum & cõclusum sit per spect. d.consultorem D. Andræam de Ecclesia doctorem famosum, & ceteros, qui subscripserunt, vt ne quid sit addendum; quoniam plenitudo additione nõ indiget, & vt de Augustino Hieronimus inquit, quòd Augustinus ignorauit, rerum natura nesciuit. & per Bal. in simili c. inter dilectos. extra de fid. instru. Recta quoque & vera conclusio visa est ex
6 deductis, uidelicet, quòd † cognitio appellationis primæ quæ à Castellano Cadralij interponitur, pertinet & immediatè deuoluitur ad dominos eiusdem loci. quod sic probatur, & primo ex regula illa satis euulgata,
7 à † verbis claris non fore recedendum, potissimè in re dubia. l. j §. si is, qui nauẽ. versi. in re igitur dubia. de exercit. ac. ua est, quòd verba contractus sunt clara, ibi; cum finibus, mandamento, & resorto loci eiusdem, vnà cũ mero & mixto imperio, & iurisdictione omnimoda, &c. ac omnibus & singulis pertinentis & iuribus quibuscunque dicti loci. quæ verba pacti seu contractus significant, etiam appellationem à sententia Castellani interpositam immediatè ad ipsum dominũ seu dominos deuolutam & ad eũ cognitionem pertinere, quod sic probatur. nam si quod minus videtur; inesse inest ergo & id de quo magis. auth. multò magis. C. de sacr. sanct. eccl. ff. seruitus vend. l. altius, at minus inesse videtur quod quæ ad merum imperium pertinent, dominus Cadralij exercere possit; quoniam ad publicam vtilitatem spectare dicuntur; vt per Angel. plenè post doct. in l. imperium. ff. de iurisd. om. iud. & tamen patet & constat ex verbis ipsius contractus; igitur & cognitio appellationis a Castellano interpositæ ad eum dignoscitur pertinere; cùm principaliter ad publicam vtilitatem non dicatur pertinere, quoniam potest inter priuatos esse causa.

Tertiò sic deducitur, nam ex verbis quæ præposita sunt, existimo etiam appellationem ab huiusmodi sententia interpositam ad dominum dicti loci pertinere, quasi specialiter hoc dictum esset, propter amplissima contractus verba. argum. est optimum. ff. ad Trebel. l. Balista. in l. hoc articulo. per Bar. de hær. instit. & per eundem in l. j. C. de sacr. sanct. eccl. pro qua sententia bene facit;
8 quoniam ibi sunt verba, cum † omnimoda iurisdictione, quæ verba amplissimam important significationem, ad propositum gl. no. in clem. j. de foro compet. in verbo, omnimodam. quæ omnem includit iurisdictionem facit quod notat glo. in clem. quamuis. de senten. excom. vbi de verbo quamlibet, quod etiam significatũ habet plenissimum; & quæ uerba in præsenti contractu reperiũtur inserta; ergo, &c.

Quartò sic, nã licèt feudatarius ius vniuersitatis vtiliter possidere dicatur, tamen in iuribus singulorum habet plenitudinem, omnimodam potestatem, & directo possidet iurisdictionem in singulis, vt not. Bald. in proemio Digestorum. iij. col. Et sic vt suprà dico. & consulo ego Romanus de Curte legum doctor.

In suprascriptam sententiam, & conclusionẽ d.d. Andrææ de Ecclesia, se subscripsere pariter Doct. illustrissimus D. Rolandus de Curte, Dom. Christophorus de Nicellis, Ambrosius de Vignate, Galeotus Beaqua,

Merlotus de Guaschis, Antonius de Iudicibus, Benedictus de Rauascheis, vt in originali eiusdem consilij in archiuis dictorum dominorum de Solario, existenti patet.

Argumentum.

Bona condemnati pro crimine hæresis, quæ sunt in loco originis, an pertineant ad dominum mediatum eiusdem loci, & sic vasallum, an verò ad dominum superiorem, eo stante quòd talis condemnatus non habitaret in dicto loco originis, sed in alio loco immediatè pertinenti ad dictum dominum superiorem.

SVMMARIVM.

1 *Inferior à principe de iure communi iura fiscalia non habet.*

2 *Ciuitates quæ superiorem non recognoscunt iuribus fiscalibus gaudent.*

3 *Ciuitas uel dominus ex consuetudine initij cuius in contrarium memoria non extat, iura fiscalia habere potest, talis enim consuetudo longissima superioris principis concessione parificatur.*

4 *Pœnæ maleficiorum fiscales sunt.*

5 *Bona uacantia sunt iura fiscalia: Item omnia bona confiscata.*

6 *Feudatarius non solum commoditates & usumfructum habet, sed etiam utile dominium.*

7 *Bona damnatorum extra territorium existentia, an domino terræ vbi decapitantur vel comburuntur, confiscabuntur, an domino vbi bona sita sunt.*

8 *Bona damnatorum occupantur tanquam uacantia ex delicto, non quia decesserit sine hærede.*

9 *Seruus pœna hodie nullus efficitur, fallit in damnatis ad mortem.*

10 *Fiscus uel alius ad quem bona damnatorū deuenerunt vltra uires hæreditarias non tenentur etiam si inuentarium factum non sit.*

11 *Publicatio bonorum si quando de iure speciali fiat ad bona alibi posita non extenditur.*

12 *Bona damnatorum quoquo loco sint à dominis territoriorum ubi sita sunt, tanquam uacantia occupabuntur & nu. 14*

13 *Doctori probabilis authoritatis allegantí consuetudinem uel obseruantiam standum est in dubio.*

CONSIL. LVIII.

Actum sic habet d. Cadralij infeudati fuerūt ab illustrissimis Principibus eorum superioribus de Castro, loco & villa & territorio Cadralij, de mero, ac misto imperio, omnique iurisdictione, ac de alta & bassa signoria cum bannis & multis, prouentibusque diuersis hominibus, & homagijs & cæteris pertinentijs, reseruato solum domino superiori iure dominij directi superioritatis & resorti. Præsupponitur in facto generalis consuetudo in patria, quòd si homo aliquis patriæ damnetur de hæresi, ipse nobilis aut dominus in cuius territorio habet bona, illa appræhendit, & occupat, facta declaratione, & remissione ad brachium seculare per inquisitorem reseruata debita portione inquisiti. Nunc contigit quòd quidam in loco Bernetij & immediata iurisdictione prælibati illustr. d. superioris ipsorum dominorum Cadralij est damnatus de hæresi, & habet bona in loco, & territorio Cadralij, quæritur an bona, quæ confiscantur, pertineant dicto domino superiori, an vero ipsis dominis Cadralij.

In Christi nomine, amen, Pro pleniori quæsiti declaratione est aduertendum, quòd
1 de iure communi † inferior à principe non habet fiscalia iura, per titulum quæ sint re-
2 ga. in vsib. feud. Item † ciuitates, quæ non recognoscunt superiorem, & sic populus liber habet fiscalia iura. l. hostes. ff. de capt. & post. reuer. & d. Barto. in l. secunda in prin. ff. de iure fisc. & plenè notatur in l. Vectigalia. C. noua Vectigal. impo. non poss. quædam verò sunt ciuitates, siue domini, qui, vel quæ, licèt recognoscant superiorem, habent tamen merum, & mistum imperium & regalia ex principis concessione, vt per Barto. in d. l. secunda & prædicta sunt vera de iure communi, ex consuetudine etiam cuius initij memoria nō extat in contrarium, & facit quod notatur in auth. de
3 defen. ciuit. in fine. glo. magnæ. † Ciuitas vel dominus potest habere iura fiscalia, quia talis consuetudo longissima parificatur concessioni superioris principis. l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quot. & æst. & in cap. super quibusdam. §. præterea. de verb. signifi. & ibi glo. ordinaria, & notatur in d. c. j. titu. quæ sint regalia, & in d. l. Vectigalia. & faciūt notata per d. Bart. in l. si publicanus. ff. de publica & per Bal. in l. ij. C. de ser. & aqua. versi. quartò quæro. & in d. l. Vectigalia.
4 Secundò præmittendum est, quòd † pœnæ maleficiorum sunt fiscales. l. multarū. C. de mod. mult. & notat Bald. in d. c. vnic. quæ sint
5 regal. Item † bona uacantia sunt iura fiscalia. l. j. C. de bon. vacant. lib. x. Item bona omnia confisci

confiscata.vt l.si tutoris. C. ad leg.Iul. de vi. & per Bald.d.cap.vnic.

Tertiò est præmittendum, quòd vtilitates & commoditates iurisdictionis, vt ita dicam vtilis, quam habet vasallus pertinet eidem vasallo, quia feudatarius habet vtile dominium. Ideo Bald.in procemio feud. in definitione feudi apponit illa verba, acquisitio
6 fructuosa. quia† feudatarius non solum habet commoditates, & vsumfructum, sed etiã vtile dominium, vt plenè legitur, & notatur in c.j.in glo.de cap. Conrad. & probatur ratione, quia ex omni contractu perpetuo quæritur vtile dominium.§. adeo.instit.locati.& l.j.§. quod ait.ff. de superf.& c. si vasallus.fi de feud.fuer.contr. & est text. & casus de hoc apertus in cap.primo.§.j. in tit. de inuesti. de re alien. fact. in vsib. feud. nam tale vtile dominium est inferius & subalternatur directo, vt plenè notatur in l. traditionibus.C.de pact. & facit quod notatur in l.j.C. de iur. emphyt. His sic præmissis in iure, & supposito in facto, quòd dicti nobiles habeant iura fiscalia in territorio dicti Castri, & bursæ sint diuersæ & distinctæ, dicendum est dicta bona posita in territorio Cadralij pertinere fisco siue bursæ dictorum dominorum, iure vtilis dominij & iurisdictionis, quod est in vasallo, vt in d. c.j. de cap. Conrad.& dixi in tertio euidentiali.
7 An† autem bona extra territorium existentia confiscabuntur domino terræ vbi decapitabitur, vel comburetur malefactor, an illi domino vbi sunt bona sita? Dicendum est quòd quælibet lex siue consuetudo viget in suo territorio, & quælibet ciuitas in suo territorio succedit in locum fisci, ergo quilibet dominus habet bona in suo territorio existentia. facit in l.si quando.C. de bon. vacant.l.pupillo.ff.de tuto.& curat. dat ab his. l.fin.C.de exactor.trib.lib.x. & probatur ratione, quia quælibet ciuitas cẽsetur procurator in rem suam in sibi incorporando. secundũ Bar.& facit glo.in l.fi.C. de præscri. long. temp.& hanc sententiam tenuerunt Gulielmus de Cun.Iac.Bartol.& Bald.in l.cunctos populos.C.de summa Trinit. & fid.catho.& etiam refert Domin.de sancto Gem. in cap. cum secundum leges.de hæret. lib. sexto.
8 Sed† nunquid dicti nobiles occupent ista bona tanquam vacantia ex delicto, ae vacantia, quia decessetit sine hærede? Et dicendũ est quòd tanquam vacantia ex delicto. nam vacauerunt ante mortem naturalem statim quòd transeunte sententia in rem iudicatam fuit factus seruus pœnę, non autẽ mortuus.ff.de iniust.rupt.irritoque testamen.l.si quis filio exhæredato.§.antepen.l. qui duos. ff. de manum. test. Ergo nunc fiscus non est verè hæres, quia cum in morte damnatus ille nihil habeat, ergo non habet hæredem. l.lege Cornelia.ff. de vulg. & pupil.& notatur in authen.ingressi.C. de sacr.sanct. eccle. præterea exemptus est à commertio habendi hæredem, cum sit seruus pœnę ante mortem naturalem effectus, adeo quòd si casu euaderet vel per fugam, tamen seruitus & bonorum ademptio eum sequitur.l. mulier in opus salinarum.ff.de capt.& post. reuers. imò etiam tanquam seruus pœnæ potest vindicare d.l.mulier.item facit pro prædictis l.quoties.§.fin.ff.de nouationibus.§. ratio est quia non est persona, in qua contingere possit nouatio. nam (vt dixit) fiscus non repræsentat personam, sed bona d. l. si tutoris. & ita Bald.in vltim.eius repert. l. Cunctos populos.C.de summa Trin. & fide catho. plenius dixit.& ideo consuluerunt Bar.& Franciscus Tigurini consilio quod incipit, testamentum factum per damnatum ad mortẽ. quòd si statuto ciuitatis caueatur matrem excludi ab hæreditate filij, extantibus cæteris gradibus agnatórum, tale statutum non vindicabit sibi locum in casu Authen. bona damnatorum.C.de bon. damnat. quia tunc non deferuntur bona iure hereditatis. nam sic damnatus mũtat statum, & efficitur seruus pœnæ.l. quidam.l.qui vltimo.& l. qui ad statum.ff.de pęn. sed seruus non potest habere hæredem.l.seruus.C.comm. de succes. & l.quod attinet.ff.de regul.iur.facit l.depor tato.iuncta glo.C. de bon. proscr. Nec ob-
9 stat, quòd† nemo hodie efficiatur seruus pęnæ, in Authen.de nupt.§. quod antem. quia illud est verum nisi in damnatis ad mortem, vt notat glo.in Authen.sed hodie.C.de dõn. inter vir. & vxor.& notatur in l. qui vltimo. ff.de pęnis.& in l.eius qui.§.primo. ff. de testamen. per doct. Et prædicta doctrina est vtilis ad multa, puta, quia licet hęres teneatur vltra vires hęreditarias non confecto inuentario.l.fin.& ibi plenè.C.de iur.delib.ta-
10 men† fiscus vel alius, ad quem talia bona deuenerunt non iure hæreditario, non tenentur vltra quam dicta bona sint, & cum non repræsentent personam, non tenentur ad onera personæ, sed solum quantum ad bona.l. non possunt.ff. de iur. fisc. & notatur

in d.l.fin.& in rub.ff.de acquir. hæred. & alij multi sunt effectus, quos gratia breuitatis omittimus. Pro prædicta autem decisione vt dicti nobiles vendicent dicta bona situata in eorum territorio quasi vacantia facit l. si quis præsbyter.C.de epis.& cler.vbi partem bonorũ habet ecclesia, partẽ curia, vel patronus. & facit l. forma.§. si quis agrum. ff. de censib. & l. iurisperitos.§. cum oriundus.ff. de excusa. tuto. nam cùm iurisdictiones sint distinctæ, & bursæ fiscales, quælibet ciuitas habet bona in territorio suo sita.l. fina.ff. de auct.tut.& facit cap. postulasti. de foro compe.& pro hoc faciunt verba consuetudinis, quæ sunt attendenda, ibi nobiles, vel dominus in cuius territorio sunt bona damnati, illa appræhendat. & sic ista consuetudo extenditur ad quemcunque dominum in cuius territorio sunt ipsa bona damnati de hæresi.l.fin.§.si is qui nauem.ff.de exercit. versi. in re dubia.

11 Nec obstat si quis dixerit, quòd † quando fit publicatio de iure speciali, tunc non extenditur ad bona alibi posita.l. fina.ff.de iurisd.omn.iudi.c.vt animarum.de constit.lib.vj. quia respondeo hic fieri publicationem de iure communi.cap.cum secundum leges. de hæret.lib. sexto. & per Bart. in l.imperator. ff.de iur.fisc.

Nec obstat, si diceretur, quòd ille sub cuius iurisdictione deliquit, habeat omnia bona, quia ipse laborauit in inquirendo. argu. l.quamuis.ff.de in ius. voc. quia respondeo, quòd propter hoc bona nõ amittuntur, sed propter delictum.

Nec obstat, quòd suum territorium est offensum.de hæresi, ergo eius bona debent ad ipsum pertinere.l.fi.C.de litig. quia dico, satis habet vindictam, cum personã puniat, non autem propter hoc lucretur omnia bona, facit c.vnic.si vasal.contra const.Loth.

Nec obstat si dicatur, quòd fiscus videtur esse suus hæres, & sic in solidum ad omnia bona vbicunque existentia.l. hæreditas.ff.de

12 verbo. signific.quia respondeo, quilibet † in bonis suis suę iurisdictionis occupabit bona non tanquam hæres, sed tanquam bona vacantia, vt supra plenè demonstraui, & cuilibet creditoribus pro rata satisfacere tenebitur.l.si certarum.ff.de milit.testam.

Nec obstat, quòd appræhensio bonorum est executio sententiæ. l. à diuo Pio. ff. de re iud.& ibi plenè, quia respondeo non sequitur tamen, quòd ad commodum pronuntiantis fiat appræhensio bonorum.c. cum secundum leges.de hæret. lib.vj. vbi dominus temporalis appræhendit ad sui commodũ bona, licèt inquisitor declaratiuè pronunciet super hæresi. Pro prædicta decisione in fauorem dictorum nobiliũ facit & tenet Alber. de Ros. in oper. stat. suorum in iij. parte.quæstio.ij.& consil. Oldrad. de Ponte.consil. xvij. Postremo adducitur dictum Ioan. Andr.in cap.cùm secundum leges.de hæret. lib.vj.in Nouella, qui ait ita seruari & ita fuisse pronuntiatum per Nicol. Papam iiii.

13 Nam † quando doctor probabilis auctoritatis allegat consuetudinem vel obseruantiã, ei est standum in dubio, secundum Bart.in l. de quibus.ff.de legib. ergo est standum decisioni dicti d.Ioan.Andręæ, qui ait ita seruari de facto, & ita fuisse pronuntiatum. Et ita videtur mihi Andręæ de Ecclesia legum doct. R.C. & Mar. Vic. Saluo. &c.

Idem & mihi Martino de Giratis legum Doct.ideo me subscripsi.

Visis conclusionibus firmatis per excell. D.D.Andræam de Ecclesia apparet intrepidè sequendas esse, quia si diuisæ sunt bursæ in territorijs, in quibus separatim sunt bona damnati, clara est conclusio scribentium in materia, quòd quilibet dominorum in suo iurisdictionali territorio occupabit bona sita, & non ibunt ad alium, pro quo faciunt, quæ adducit Alberic.in l.respublica.ex quib. caus.maior.& in l.fi.de iur.om. iudic. & ideo idem quod suprascripti Doct.& patres consuluerunt dico ego Luchinus de Curte, legum doctor.

Vlterius prædictis consilijs se subscripserunt excellentissimi Doct. d. Ambrosius de Vignate, Iacobus de Puteo, Ioan.de Grassis, Galeotus de Braguis, vt in originali consilio reperitur.

Argumentum.

An legatarius deputatus etiam executor testamenti possit propria authoritate capere res sibi legatas.

SVMMARIVM.

1 *Legatarius ab hærede legatum consequi regulariter debet.*

2 *Legatarius cui testator vim inferri vetuit in bonis eidem legatis, an propria authoritate legatum accipere potest. Quid si legatarius deputatus sit executor testamentarius. & nu. 3.*

L. Non

4 *L. Non dubium. C. de legat. pœna an & quando locus sit: quando legatarius authoritate propria rei legatæ possessionem accipit.*
5 *Testatrix ut legatarius propria authoritate legatum apprehendat, licentiam concedere potest.*

CONSILIVM LIX.



AD decisionem dubij propositi deueniēdo, omissis superfluis, dico, & respondeo, quòd licèt
1 † regulariter à manu hæredis legatarius debeat cōsequi legatum; vt habetur in l. non dubium. C. de legat. & in l. Paulus respōdet. ff. ad Trebel. attamē ex duobus arbitror cōcessam fuisse licētiā per D. testatricē appræhēdendi posses-
2 sionē ꝓpria auctoritate. & primo. quia † vim inferri vetuit domino legatario in bonis eidem legatis, quo casu tribuisse censetur facultatē & authoritatē appræhēdendi legatū propria auctoritate; vt est text. in l. perinisērim. §. species. ff. de acquir. poss. & illū text. ꝓ singulari allegat Lud. Rom. in authen. similiter. in xx. speciali vltimarū voluntatū. C. ad leg. Falc. qui dicit. quòd Bald. illam allegauit pro singulari. in l. j. C. comm. de legat. & tradit Ang. in l. hæc si res. ff. de rei vendit.

Alia etiam ratione impunè fieri potuit ta-
3 lis appræhensio; quia † d. legatarius fuit deputatus executor in testamento, quo casu censetur ei data facultas ita faciēdi; vt tradit Alex. i l. Paulus respōdet. ff. ad Treb. & ita tenēt Bal. Ang. Salic. & Ias. in dicta l. nō dubiū.

Vlteriùs dici potest, quòd cessantibus præ-
4 missis, pœna † legis non dubium. C. de legat. habeat locum, quando tempore adeptæ, & apprehensæ possessionis per legatarium, hæres iam adiuisset hæreditatem, & apprehendisset possessionem rerum hæreditariarum; secùs, si ante aditam hæreditatem & appræhensam possessionem; quia tunc legatarius nō cadit à iure suo, secundum gloss. & doct. in dicta l. non dubium.

Ad quod facit pulchrum dictum Bald. in l. vnica. C. quorum legatorum, vbi admonet viduas, quibus mariti fecerunt legata, vt sint veloces, in occupando bona sibi legata antè, quàm hæres adeat hæreditatem, & ad istud conferunt, quæ dicit Cor. Peruſ. in secundo vol. consi. cx. in vj. col. versic. circa tertium vbi inquit, quòd legatarius non cadit à iure suo, nisi in casu l. si quis in tantam. C. vnd. vi.

Ex quo igitur d. testatus prohibuit molestiam fieri d. legatario, quem etiam executorem deputauit, iubēdo solui legata per eum. censetur eidem dedisse licentiam apprehendendi legata propria auctoritate; quam qui-
5 dem † licentiam poterat ipsa concedere per l. Titia cum testamento. §. j. secundum vnum intellectum glo. ff. de leg. ij. & scribentes tradunt maximè Ias. in d. l. non dubium. C. de legat. Phil. Franc. in c. si pater in quarta col. de testamen. in vj. Card. Zabar. in consil. lj. in septimo dubio, & plures alias limitationes ad d. l. non dubium. ponit d. Ioan. Crot. in l. nemo potest. colum. xvj. ff. de legat. primo. Guid. Pap. consilio cxv. incipiente; dominus Ioannes, & secundum cōclusiones superius firmatas consuluit nouissimè d. Phil. Decius consil. ccccviij. in secundo dubio. & ita vt suprà conclusum est iuris esse censeo, saluo iudicio cuiuslibet rectius sentientis.

Franc. de Ecclesia March. Cons.

Argumentum.

In materia negatoriæ, an possessorium, & petitorium possint simul intrari.

SVMMARIVM.

1 *Cōclusio ad modū agēdi cognitionem attendenda est.*
2 *Possessorij retinendæ quæ sit conclusio.*
3 *Petitorium & possessorium retinendæ an & quando simul intentari possunt & nu. 5. 6.*
4 *Petitorium & possessorium retinendæ contrarietatis ratione simul intentari seu cumulari non possunt.*
6 *Interdictum retinendæ pro iuribus incorporalibus intentari non potest.*
7 *Negatoriæ qua agitur ius non esse aduersario vtēdi fruendi & c. domino competit.*
8 *Dominium ex sola possessione probatur, quando de dominio principaliter non agitur, sed de seruitute.*
9 *Seruitus habens causam continuam per tempus, quod hominis memoriam excedit nedum acquiritur, sed & ea, quæ discontinuam causam habet.*
10 *Seruitus habens causam discontinuam intra quæ tempora acquiratur.*
11 *Possessio sequens ex antiquiori clandestina & uitiosa præsumitur.*
12 *In seruitutibus præscribendis bona fides requiritur, licèt titulus non requiratur.*
13 *Interdictum retinendæ ex quibus causetur.*
14 *Præscriptioni nō sunt effecta quæ in usu publico sunt.*

CONSILIVM. LX.

IN causa cõmunitatis Saluciarũ cõtra particulares de Verzolio vidẽdũ est primò, quã actione dicta cõmunitas egerit cõtra eosdẽ particulares. secundò an illã actionẽ cõtra eos potuerit intẽtare. tertiò, an in actione intentata suam probauerit intentionẽ. quartò, an dato, ꝙ probauerit suã intentionem, an ex probationibus partis remaneat elisa. Circa primũ dicendum est inclytam cõitatem Saluciarum intẽtasse negatoriã, & sic petitoriũ, & etiam possessoriũ retinendæ, hęc duo probantur ex cõclusione supplicationis, & libelli exhibiti, &
1 producti, quę quidẽ† conclusio videtur attẽdẽda ad cognitionẽ modi agendi, vt notatur per Innoc. in c. super literis. extra de rescr. & per Dyn. in c. nullus pluribus. de reg. iur. in vj. & per Bald. in l. edita. C. de eden. ibi, vnum tñ scias. Nã dum in conclusione libelli, siue supplicationis petitur declarari bedale de quo in eisdem supplicatione, & libello liberam esse à diuersione aquę, quam nituntur facere homines Verzoli, & eos condemnari ad nõ diuertendũ, & caueri de non diuertẽdo, intẽtatur petitorium, hoc est negatoria. Institu. de actio. §. ęquè. versi. contra quoque. & l. ij. in princi. & l. harum. & l. ei. ff. si seruit. vendic. & habetur per Bart. in l. si quis. ff. de oper. nou. nunt. Item dum petitur in ipso libello communitatem Saluciarum tueri in quasi possessione dicti aquęductus, & quòd caueatur de non turbando, intentatur pos-
2 sessorium retinendæ, quia† in ipso possessorio ita concluditur, vt notatur in l. vnic. C. vti possid. & per Bart. in l. j. §. interdictum. ff. eo. titu. & sic ex conclusione ipsius libelli ac etiã supplicationis, quæ in hoc debet attendi, intentatum reperitur petitorium per negatoriam, & possessorium retinendæ per interdictum vti possidetis. & hoc de primo. Circa
3 secundũ† an eadẽ communitas remedia illa potuerit intentare. Videtur prima facie dicẽ-
4 dum ꝙ non, quia† petitoriũ, & possessorium retinendæ, ratione contrarietatis simul intẽtari non possunt, vt notatur in l. si de vi. ff. de iudic. l. ordinarij. C. de rei vend. & in l. incerti. C. de interd. & per Bal. & alios doct. in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquir. poss. vbi materia. Sed, his non obstantibus, cõtrarium dicendum est, quia licèt pro rebus corporalibus remedia ista nõ possint cumulari, vt in prædictis iuribus habetur, tamen
5 †pro rebus incorporalibus simul intentari possunt, vt in d. §. ęquè. versicu. Quod genus actionis. instit. de act. & plenè per glo. Bar. & alios in d. §. nihil commune. Nec obstat, si fortè diceretur, negatoriam non posse intentari pro dicto bedali, quia competit pro seruitute neganda, vt d. l. ij. ff. si seruit. vendi. & dicti de Verzolio seruitutem prætendere nõ possunt, quia seruitus seruitutis esse non potest. l. j. ff. de vsufr. quia respondetur, quòd quomodocũque negetur seruitus, competit negatoria, siue neget seruitutem competere, ex eo quòd non possit esse seruitus, siue ex eo, ꝙ non debeatur, licèt possit esse deberi, quia sufficit negare seruitutem competere, quomodocunque non competat, vt d. versi. contra. & d. l. ij. non obstat etiam si dicatur
6 interdictum† retinendæ pro iuribus incorporalibus intentari non posse, vt quidam dixerunt, quia opinio illa non procedit quando intentatur pro quasi possessione seruitutis habentis causam continuam, vt est seruitus aquęductus, vt habetur per Bart. in l. j. §. j. ff. vti poss. & per Docto. in d. l. vnica. C. eod. tit. & in l. penultima. ff. de seruit. & in l. foranea. ff. de seruit. vrb. præd. & plenissimè per Butri. in cap. peruenit. extra de cens. in x. & xiij. colum.

Circa tertiũ, an cõmmunitas Saluciarum suã intẽtionẽ probarit in remedijs per eam
7 intẽtatis. Et dicendũ est, ꝙ sic, quia †negatoria, qua actũ fuit, cõpetit domino. d. l. ij. §. j. si seruit. vend. Sed ipsa cõmunitas probauit se dominã huius bedalis, vt probabitur, igitur probauit suam intentionem ex parte ipsius communitatis agentis, & ex parte dictorum de Verzolio conuentorum, quorum sola cõtradictio iudicialis sufficit ad hoc vt potuerit intentari negatoria, vt notatur per Bart. in d. l. si prius. in solutione quintæ opposi. quòd autem probauerit se dominã, probatur sic.
8 Quotiescunque† nõ agitur de dominio principaliter, sed de seruitute, ex sola possessione probatur dominium. Bartol. in l. quidam in suo. ff. de condit. instit. & in l. siue possidetis. C. de probatio. Sed communitas Saluciarũ nedum per suos testes, sed etiam per testes partis aduersæ probauit se tenuisse, & posse-

disse,

disse, ac tenere, & possidere dictum bedale à flumine vraite vsque ad locum Saluciarum, & in suo libello allegauit, illud habuisse, & habere, fuisseque & esse in possessione ducendi aquam per dictum bedale, ergo probauit se dominam dicti bedalis ex dicta possessione, quantum ad intentandum negatoriam contra nitentes velle diuertere aquam ab eodem bedali. Hoc etiam probatur ex euidentia facti, quæ est maior probatio quàm illa quæ fit per testes. l. si irruptione. §. ad officium. ff. fin. regund. Præterea negari non potest dictam communitatem habuisse & habere ius ducendi aquam per ipsum bedale, cum probauerit per tantum tempus aquam duxisse, quod hominis memoria in contrarium non extat, ex qua probatione constat ipsam communitatem acquisiuisse ius ducendi aquam per dictum bedale etiam si proprietas fundi esset illorum de Verzolio, quia per † tantum tem-
9 pus nedum acquiritur seruitus habens causam continuam, sed & etiam discontinuam l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqu. quot. & æst. & notatur in l. seruitutes. la grande. ff. de seruitu. & in dicta l. secunda. C. de seruit. & aqua. sed habens seruitutem aliquam dicitur dominium ipsius seruitutis habere. l. qui vsufructum. ff. si vsusfruct. pet. & notatur per Bartol. in l. prima. ff. de leg. primo. ergo illius dominij potuisset communitas intentare negatoriam aduersus dictos de Verzolio nitentes aquam diuertere. Vnde siue dicamus lectum siue alueum bedalis ad ipsam communitatem Saluciarum pertinere, siue seruitutem ipsi competere ad ducendum aquam per ipsum alueum, probata est intentio communitatis in negatoria per ipsam intentata, cum probetur possessio seu quasi tanti temporis, quòd hominis memoria in contrarium non extat.

Circa verò quartum & vltimum videtur dicendum prima facie dictos de Verzolio, ex probationibus per eos factis eneruasse intentionem communitatis Saluciarum, quia probarunt per multos testes accepisse aquam in dicto bedali, & per certos bochetos illam duxisse ad irrigandum eorum prata in certis regionibus situata, per quas dictum bedale discurrit, & sic acquisiuisse ius extrahendi aquam à dicto bedali. Sed istis probationibus non obstantibus, dicendum est intentionem dictæ communitatis non fuisse elisam, quia siue dicamus dictam communitatem Saluciarum aquam duxisse iure seruitutis, quasi proprietas fuerit dictorum de Verzolio ex tali extractione aquæ non potuerunt acquirere ius aliquod, quia non potest dari seruitus seruitutis. l. prima. ff. de vsufr. siue autem dicamus duxisse veluti per fundum proprium ipsius communitatis, vt præsumitur ex possessione, ex talibus extractionibus, non potuit ius aliquod acquiri alicuius seruitutis extrahendi & diuertendi aquam, quia licèt aliqui testes dictas extractiones, & diuersiones fuisse factas; tamen testes communitatis & plures ex examinatis parte ipsorum de Verzolio, dixerunt & dicunt sæpissimè & quasi quodlibet anno dictam communitatem Saluciarum iuisse cũ banderia & multitudine gentium, de longo in longum dicti bedalis vsque ad flumen vraitæ, ac ipsum bedale purgasse, & abstulisse impedimenta in eo posita ad diuersionem aquæ, & obturasse bochetos per quos aqua diuertebatur ad prata dictorũ de Verzolio, ex quibus apparet quòd aqua non diuertitur ad prata nisi opere manu facto, & sic diuersio illa dicitur habere causam discõtinuam, & per consequens per tempus, de quo deponunt testes illorum de Verzolio
10 non potuit seruitus acquiri, cùm † in acquisitionibus talis seruitutis requiratur tantum tempus cuius initij hominis memoria non est, vt dictum est.

Item & si illa diuersio diceretur habere causam continuam, fuit interrupta per communitatem Saluciarum, quia ad interruptionem præscriptionis sufficit vnicus actus contrarius, nec requiritur multiplicata interruptio, vt notatur per Innoc. Ioan. Andr. & Antonium de Butr. in c. auditis. extra de pręscrip. Sed nedum vnicus actus contrarius interuenit, sed plures. ergo dicti de Verzolio nullam seruitutem vel ius diuertendi
11 aquam potuerunt acquirere. Præterea † ex possessione antiquiori, sequens possessio pręsumitur clandestina & vitiosa. vt notatur in d. cap. licèt causam. extra de probatio. & per Bart. in l. census. de vsucap. & in l. non ignorat. C. ad exhib. sed possessio communitatis Saluciarum fuit antiquior quàm extractio dictorum de Verzolio, vt apparet ex attestationibus testium, ergo extractiones ipsę præsumuntur clandestinæ, & mala fide factæ, & per consequens non potuerunt operari præ-

12 præscriptionem seruitutis. Nam † etsi non requiratur titulus, requiritur tamen bona fides. l. si quis diuturno. ff. si seru. vend. & notatur per Bart. in l. j. in princ. ff. de itin. actuq; priuat. Et ex prædictis apparet communitatem Saluciarum nedum in negatoria suam intentionem probasse, sed etiam in possessorio retinendæ, cùm probauerit possessionẽ dicti bedalis, & etiam possessionem iuris ducendi aquam, & turbationem dictorum de
13 Verzolio, ex † quibus duobus causatur interdictum retinendæ. Institu. de inter. §. retinendę. & notatur per Bartol. in dicta l. j. ff. vti possid. & habetur in l. vnic. C. eod. Et præmissa longè magis procedunt, si dixerimus ductum illum aquæ esse publicum, & in vsu publico, vt videtur esse, quia ducitur ad ingenia principis principaliter, quod considerandum est, licèt in consequentiam respiciat commoda priuatorum aliquorum. per ea, quæ habentur in l. si quis nec causam. & l. rogasti. in princi. ff. si cert. petat. nam tali casu clarum est aquam ex ipso aquæ ductu extrahi non posse, & extrahentes puniri debere. l. ij. l. omnis seruitus. l. decernimus. & l. fin. C. de aquæduct. lib. xj. nec tali pręscriptio
14 ne acquiri potest, quia † quæ sunt in vsu publico, non præscribuntur aliquo tempore. l. vsucapionem. vbi notatur de vsuc.

Si vero dixerimus ipsum aquæductum esse priuatum illorum, qui ex eo commoditatem recipiunt, ab eo non posset extrahi aqua per illos, per quorum prędia discurrit, quia ducentes aquam dicuntur habere seruitutem aquæ ducendæ, vt supra dixi, cùm tanto tempore duxerint, quod sufficit ad præscriptionem seruitutis ducendi aquam per eorũ prædia, & si illi impediunt, contra illos competit interdictum de aqua quot. & ęstiua, vt dicit Bart. in l. quo minus. de fluminibus. in x. quæst. & facit l. si tibi seruitutem. C. de seruit. & aqu.

Et ita censeo ego Georgius de Ecclesia I. V. D. & Regius consiliarius.

F I N I S.

RERVM AC VOCVM

OMNIVM PRAECIPVARVM

ſpeciatim in quolibet voluminis huius Conſilio explicatarum.

INDEX,

Cuius prior numerus paginam, alter vero paginæ locum indicat,



etſi

B

Bona

Consue-

G

H

Nullus

Q.

S

T

V

Index.

F I N I S.